REGULAE CANCELLARIAE APOSTOLICAE, INNOCENTIJ OCTAUI, IULIJ...

Chiesa cattolica : Cancelleria apostolica, Iulius 2.>, ...



REGVLAE CANCELLARIAE APOSTOLICAE,


Innocentij octaui, Iulij secundi, ac Clementis septimi, cum Commentarijs & scholijs longè quàm olim castigatiores.

HIS ACCESSERE,

REGVLAE, Ordinationes & Constitutiones Cancellariæ S.D.N.D. Pauli Diuina prouidentia Papæ tertij.

Bart Solom[illegible]





LVGD. APVD ANTONIVM VINCENTIVM.

1545



OTVS iste libellus seu Tractatus regularum Cancellariæ Apostolicæ, seu Papaliũ cõstitutionum & ordinationum (ut clarius in eo contenta documenta Lectoribus innotescant) in quinq; diuiditur partes principales. Prima pars, quæ incipit à prima regula tractat principaliter de Reseruationibus Apostolicis tam generalib. quàm specialibus. Et durat usq; ad regulã XXVII. in qua & multis sequentibus regulis tractatur de literis Apostolicis expediẽdis. Et durat usq; ad regulã quadragesimamseptimam. Vbi & in pluribus sequẽtibus regulis tractatur de dispẽsationibus Apostolicis impetrandis & obtinendis. Et durat usq; ad quinquagesimamsextam regulã, ubi de indulgentijs Apostolicis concedendis & obtinendis tractatur. Et durat usq; ad sexagesimam regulam. In qua & sequentibus regulis usq; ad finem tra=

ctatur de beneficijs uacantibus & certo modo uacaturis per Papam conferendis. Quibus regulis seu constitutionibus adduntur regulæ Cancellariæ Apostolicæ domini Papæ IVLII secundi, cum fertilißimo ac copiosißimo ipsarum regularum glossemate, multisq; è regione foliorum marginarijs additionibus, ac coctationibus, rem ipsam mirificè exornantibus.

*

*

SANCTISSIMI
DOMINI NOSTRI,
DOMINI INNOCENTII DIVI-
NA PROVIDENTIA
PAPAE VIII.

*

REGVLAE,
ORDINATIONES,
ET CONSTITVTIONES
CANCELLARIAE,
SCRIPTAE
ET
CORRECTAE IN CANCELLARIA
APOSTOLICA.

*



ÆC Rubrica in quolibet verbo, Reuerendissime domine, deberet ponderari, quia Rub. est de textu. sufficiat l. Imperator. ff. de in diem addictione. Non curo allegare gloss. in verb. Titulis. in prooemio Sexti. Ideo valet argumentū à significatione Rubricæ. sufficit l. j. §. hæc verba. ff. quod quisque iuris. hoc tamē est verum, nisi in Rub. Decretorum, quia

non sunt authenticæ, secundum Doct.in diuersis locis. & sufficiat gl.in Rub.c. Chartæ.iij.q. ix. quod intelligo verum,quando est contraria textui,vt ibi. aliàs secus.Et sic intelligo glos.in c.sacrificium. de consecr.dist.ij. & c.volumus. lxxxix.di. Et circa Rub. possem allegare tam de iure Canonico quàm Ciuili multas gl.& dicta Doctorum. Sed quia non faciunt ad propositum,pro nunc omitto. Sed hæc volui dixisse, quia hic ponuntur vt diuersæ, scilicet regulæ, ordinationes & constitutiones, quarum significationes sunt diuersæ,licet videātur idem significare. arg.l.si idem. C.de codicillis.cum glos. Nam similia vocabula quæ adinuicē differūt, nunquàm differunt sine magno mysterio,vt dicit Bal.in l.ex legato.C.de legatis. per dictam l.si idem. Et ne sim longus,omitto pro nunc.

¶ Sed ex ista Rub.sequitur quòd constitutiones hic cōtentæ non solum debent obseruari in Cancellaria & in Curia, sed in vniuerso orbe: exceptis illis quæ concernunt expeditiones literarū, quæ non sunt dandæ indistinctè,vt infrà dicam. Et dicuntur Cancellariæ,id est iustitiæ,vt latius infrà subijciam.Et vnumquodque verbum hic positū deberet ponderari.Sed quia ex parte loquor, non video fore iustum dicere hic ista quæ æqualiter sunt puerilia. Protestor tamen R. P. quòd nolo multa allegare,sed tantum aliqua facientia ad casum, & omittam superflua, & imitabor Iurisconsultum in l.si quis obrepserit. ff.de falsis.& gl.in c.tales.xxiij.distinct.& c.fi.de æta.& qual.maximè pro tanto domino pro tantaque curia,vbi verba inter literatos dicuntur pauca & compendiosa: & sic debet fieri de iure. argum.cap.diffinimus. in fine.xvij.quæst.ij.

PRO

¶ PROOEMIVM.



Anctiſsimus in CHRISTO pater & dominus noſter, dominus Innocentius, Diuina prouidentia Papa VIII. ſuorum prædeceſſorũ veſtigijs inhærendo, normam & ordinem gerendis dare volens, in craſtinũ aſſumptionis ſuæ ad ſummi Apoſtolatus apicẽ, videlicet die XXX. menſis Auguſti, anni à natiuitate Domini M. CCCCLXXXIIII. reſeruationes, cõſtitutiones, & regulas infraſcriptas, quas etiam extunc ſuo tẽpore obſeruari voluit: & quas de eius mandato &c. Nos Rodericus miſeratione diuina epiſcopus Portuẽ. ſanctæ Romanæ eccleſiæ vicecancellarius, diæ lunæ XIIII. mẽſis Septembris, in Cancellaria Apoſtolica fecimus publicari.

30 Aug. 1484

HIC vnus curioſus R. P. dubitauit, vbi ego nõ dubito: ſed pro ſimplicibus curialibus ſubiungam quòd aut fortè eſſet vitium impreſſoris, aut vitiũ ordinatoris huius prooœmij: quia Papa fuit creatus die Dominica XXIX. Aug. ergo ſequitur quòd hic male dicitur de XXX. die. Sed certe ſalua auth. D. T. & etiam illius qui hoc aſſereret, bene poſſumus ſaluare hãc literam: quia ſi dictio, videlicet, hic poſita, referatur ad illud verbum in craſtinum, tunc bene ſtat: quaſi dicat quòd licet Papa fuerit electus XXIX. tamen in craſtinum, id eſt alia die ſequenti, quæ fuit XXX. fecit iſtas regulas: & ſic

non est vitium impressoris, nec vitium ordinatoris. Sed si referatur ista dictio, videlicet, ad verba suæ assumptionis, quod est prope: ita quòd sit intellectus, quòd ea die XXX. fuit assumptus, tunc esset mala sententia: quia nō fuit factus nisi die XXIX. & hoc esset bene punctuare: quia dictio videlicet est restrictiua termini cui adiungitur, vt notatur per gl. & Bartol. in l. quæsitum. ff. de fundo instructo. Et semper debemus virgulare & punctuare dispositionem salua ratione recti sermonis cum illo verbo cui magis congruit: vt notanter dicit Bald. in l. j. C. de liber. præter. Sed vt euitemus incongruitatem sentētiæ, melius est punctuare primo modo per iura vulgaria: sufficiat pro nunc c. Marcion & Basilides. j. quæst. j. cur tamen in regulis Sixti, vbi quasi eadem verba dicuntur, de decima die qua fuit electus Sixtus: & dictio videlicet ibi posita refertur ad verbū assumptionis & nō ad verbum in crastinum ibi positum. Sed in hoc non est facienda vis: quia infinitæ leges habent orationem negatiuam in litera textus, & in alijs libris eædem leges habēt verba affirmatiua: & tamen vtraq; lectura saluatur, vt sæpe videmus. Ergo sic in proposito nostro vtraq; lectura potest saluari. Sed si secunda sit vera, possumus dicere, quòd fuit vitium scriptoris, siue vitium impressoris: quia vbi debebat dicere XXIX. dixit XXX. & potius volo hoc dicere, scilicet fuisse vitium scriptoris, quàm superbè reprobare conditorem legis. argumen. capit. ego solis. ix. distinct. Et de hoc non est mirum, quia in multis libris impressis est iste error: quia aliquando ponitur in eis aliquod superfluum, aliquando aliquid diminutum, vt sæpenumero vidimus, maximè in

Videlicet, dicitur dictio restrictiua termini cui adijcitur.

in prima impreſsione Decret. & etiam in feu- dis & in alijs,& circa hoc deberet prouideri: quia infinita mendacia ſunt in impreſsionibus, tam in grammatica quàm in ſentẽtia, vt etiam in iſtis regulis Innocentij infrà videbimus.

Circa impreſsiones deberet prouideri, quia infinita continẽt mendacia.

¶Et licet debemus recurrere ad regiſtrũ quã do dubitatur de aliqua decretali vel de lege,vt dicit gl.xxix. diſt.in ſum. per c. vt veterum. ix.diſt.Et ſi multi libri habent aliquam legem vt decretalem,præſumitur lex vel decretalis, vt dicit gl.prædicta. Tamen hoc intelligo verum,quando multi libri ſunt diuerſis temporibus ſcripti vel impreſsi: ſecus in vna impreſſione,quia tunc etiã ſi vna lex eſſet in mille libris impreſsis in vna impreſsione, non valeret magis quàm ſi in vno libro tantùm foret.facit gl.notab.in l.ſi conuenerint.in fin.quæ eſt lex quarta.ff.de pign.act.omitto in ſimili allegare gl.canoniſtarũ ad hoc.& cum vnico actu imprimantur mille libri,error vnius eſt etiã in alijs: ideo non faciũt quo ad hoc fidem magis mille quàm vnus liber, tantum per prædicta & per multa alia fundamenta ſalua correctione D.T. R. ſed vtcunq; ſit,ponderãda ſunt verba huius procemij in hoc. ¶Ex quibus ſequitur ꝙ Papa dicitur aſſumptus tempore electionis, etiam ante coronationẽ:& hoc vult gl.hic in c.fin.de cõceſ.præben.lib.vj.quam notat ibi Dominicus:licet gl.in data ſexti libri, & in procemio Cle. voluit contrariũ : tamen quo ad iuriſditionalia,credo hoc fore verum de iure.arg.c.j. xxiij.diſt. vbi probatur ꝙ ſtatim quãdo Papa eſt electus poteſt adminiſtrare,& cõmuniter tenetur in c.licet.de elect.& de coronatione Papæ ꝙ debeat fieri, nõ memini me legiſſe alibi quàm in d.c.j.xxiij.diſt.vbi dicitur de inthro-

Quãdo dicitur Papa aſſumptus.

nizatione,& quid operetur, non est meum pro nũc dicere:sed alibi dico. & maxime quãdo dicatur pontifex,an à tempore electionis vel coronationis:latè dico in Tractatu Iubilei quẽ direxi domino Sixto,quem vtinam nõ fecissem: quia habui labores in vanum,vt solueret lx.floren.quos mihi debebat de lectura mea: & nunquã soluit,& sic perdidi labores & pecunias: & cum hoc procemio concordat procemiũ Sixti:sed procemium Pauli dicit contrarium,scilicet à tẽpore coronationis:& hoc est vtile scire propter datas bullarũ : quia licet Papa Innoc. fuisset coronatus xij. Septẽb. tamẽ ea quæ antè signauit debent datari tẽpore quo signauit etiã ante coro.& secundum quòd audio statim cum fuit Papa creatus, etiam in Conclaui de nocte, quòd potuit fieri.arg.c.licet de elect.tunc signauit aliquas supplicationes:& per prædicta dico quòd si fuit electus,tũc die sabbathi de nocte & ante mediam noctem,tũc dicitur assumptus die xxviij.& si post mediã noctẽ,tũc dicitur assumptus xxix.ar.l.more Romano.ff.de ferijs.& c. cõsuluit.cum nota.de off.deleg.l.& extunc deberet poni data:& si datarius poneret aliã datã tunc posset probari contrarium per testes ibidẽ existentes ad hoc rogatos.faciat glos.ad hoc quam notat ibi Dominicus in c. duobus.de rescrip.lib.vj. Sed hodie vsitatur in curia,quòd non datantur supplicationes signatæ etiam in conclaui,nisi post coronationem,licet possint datari extunc per ea quæ superius dixi:& quia pendet de facto, nunc sileo:sed certe si adhæsissem Papæ, dicerem, quòd cassaret generaliter quicquid tunc signauit:quia illud quod tunc facit præ gaudio,nõ deberet valere:quia est quasi extra mentem.arg.c.vnusquisq;. iuncta glos.

Tractatus Iubilei.

An contra datariũ sit probari ꝙ falsam apposuerit datam.

xxij.

xxij.q.iij.& gl.iūcto textu bene intellecta inst. de libert.§.serui verò.in verbo,balneū.de quo dico latius in q.Cardinalium:sed tunc cardinales non essent bene contenti:in me tamen bene fuit hoc seruatum,quia Papa ante cōclaue promisit mihi vnum beneficium vacans,& postea quando descendit ad sanctum Petrum prope altare dixi S.suæ si recordabatur verbi mihi promissi:& dixit quòd sic,& quòd placebat:& osculatus sum manū,quia pedes nō potui : & cū in sero iuissem cū supplicatione vt eā signaret, dixit quòd Cardinales voluerūt habere omnia beneficia vacañ. & quia vidi quòd mihi promiserat præ gaudio,habui patientiam in bona hora.Item pōderanda hic arbitror illa verba ibi, quas etiam extunc suo tempore obseruari voluit &c.Nam in alijs regulis prędecessorū suorum dicebatur,quas etiam extunc suo tempore duraturas &c.Et istud verbum duraturas fuit hic cancellatū,& nescio an fuit præ gaudio vel ex deliberatione:sed credo quòd eadem sit sententia.Sed propter aliqua dubia iuuenilia dico breuiter quòd si illud verbum extunc, referatur ad illud,obseruari voluit, intelligitur quòd à tempore compositionis regularum incipiunt ligare & etiam ante publicationem:& tunc videretur quòd esset absurdus intellectus. argu.l. leges.C.de leg.& cap.cognoscentes .& cap.final.de constitutionib. ¶ Nam lex non incipit ligare nisi post duos menses.vt in authentic.vt factæ nouæ constit.vel saltem post publicationem &c.vt iura apertè loquuntur:sed istæ constitutiones fuerunt factæ xxx.Aug.& publicatæ xiij. Septembris. ergo sequitur quòd iste intellectus esset absurdus . Salua tamen disciplina D. T. R. dico quòd istud verbum extunc,

Quādo lex incipiat ligare.

Verbū extunc quid denotet.

tunc, denotat hic maximam sententiam: nam licet regulariter debet attendi tempus duorum mensium, vel saltem publicatio constitutionis, vt liget, tamen hoc verum, nisi princeps velit quòd statim liget, & hoc quo ad retractationem actus: secus quo ad pœnam. hoc vult notanter glos. in verbo exnūc. in cle. ij. de hæret. & hoc tenet Abbas in d. c. cognoscentes. de quo per Bal. in d. l. leges. Et sic iste est verus intellectus huius dictionis, extūc, hic positæ: nā vult Papa quòd statim incipiant ligare: & ex hoc soluo vnam q. quæ est nunc in Rota de Hispania: quia regula infra de x. reuocat expectatiuas quæ ali quo modo sunt sortitæ effectum &c. & vacauit beneficiū istud die qua fuerunt cōditæ istæ regulæ, sed nōdū erāt publicatæ: & vnus amicus meus acceptauit vigore gratiæ in aliquo sortitæ effectum: dico quòd gratia sua sit reuocata, etiā ante publicationē reuocationis, & hoc per istud verbum extunc, hic positū, de quo doleo: sed ista videt̄ mihi veritas; & hoc intelligo verum nisi acceptatio & prouisio præcederēt etiā per horam hanc publicationē: quia hæc constitutio non extenditur ad præterita: sed tantū ad futura. arg. dictorū iuriū: sed si non cōstat, præsumitur hanc constitutionem præcessisse propter potētiā Papę. ar. eorū quæ dicit Dominic. in c. si à sede. in ij. col. de pręb. lib. vj. & allegat in simili Innoc. in c. praeterea requisiti. de app. Et licet multa circa hoc possem hic dicere, tamē causa breuitatis omitto, maximè quia ista videtur mihi veritas. Si verò dicimus extunc suo tempore &c. iste intellectus videretur absonus: & quia hoc noluit sentire compilator, ideo non insisto. ¶ Sed dubium facio: an per ista verba, durent istæ constitutiones post obitum Innoc.

Regulæ cācellariæ apostolicæ, an durent post obitū cōditoris.

&

& certe dico quòd non, quia voluntas expirat cum conditore. arg. legis iij. ff. de reg. iur. & c. si gratiose. de rescrip. lib. vj. cum concordantijs. ergo sequitur, quòd cum hic dicatur quòd obseruare voluit suo tēpore &c. quòd eo mortuo eius voluntas expirat: & sic etiam leges istæ expirant. Ex quo sequitur quòd vtroq; casu est male cancellatū illud verbum antiquū aliorum pontificum: scilicet suo tempore duraturas &c. & licet de natura legis est, quòd sit perpetua, ar. c. nōn debet. de consang. & affi. & sic istę regulæ deberent esse perpetuæ ex quo conditæ sunt à prīcipe per iura vulgaria: tamē Papa ponit hoc ex humilitate: vel fortè facit de necessitate virtutē: nam nouus Papa reuocabat regulas sui prædecessoris &c. sicut facit de expectatiuis, & vtinam sic faceret Papa quicunq; de omnibus quæ nō vult facere maturè vel de consilio Card. puta tunc de officijs solicitatorum &c. ¶ Et propter istud verbū vidi altercari in curia, si familiaris Card. vel Papæ cuius beneficia sunt reseruata per regulas cancellariæ vt infrà videbimus, mortuo Papa antequā alius sit factus moriatur etiā in familiaritate Cardinalis extra curiā, an beneficia sua sunt reseruata. Et videbatur quòd non per istud prooemiū. & per c. præsenti. primo respon. de offi. leg. lib. vj. & ibi tenet Dominicus per illū textū. tamē Papa Paulus declarauit cōtrariū propter decisiones duas in nouis dicentes quòd beneficia semel affecta semper manent affecta, videlicet Decis. clxxvij, quæ incipit, Itē si beneficia collectorū. & ccxiiij. quæ incipit, Item si iuxta ordinationē Greg. &c. & ad c. præsenti. possem respondere quòd aliud est quādo legatus reseruat, aliud est quando ipsemet Papa reseruat. facit quod dicit Bald.

Nota.

Reseruatio Papæ & reseruatio legati differunt.

Bald.in c.naturalis.si de feudo fuerit cõtrouersia.coll.x.Itẽ per hoc proœmiũ practicat Rota hodie,quòd si à tempore Sixti vacauerit beneficium & expectans acceptauit illud & fecit sibi prouideri & infra tres menses ad insinuandùm secundum regulam Sixti vel infra annũ ad experiendum cum aduersario mortuus fuit Papa, quòd non tenetur insinuare vel experiri: quia regula expirauit,vt hic: & sic vidi primo pronuntiari tempore Pauli per dominũ Antonium de Graſ.qui est fidelis relator,ac doctissimus,& semper sequitur vota dominorũ anno lxvj.iij. Februarij:& tunc practicaui cum Casarello maximo aduocato:& dixit mihi totum oppositum per rationes iuridicas, maximè quia ex quo lex incipit ligare&c.& replicaui sibi quòd Rota ea die pronũtiauit contrariũ.respõdit mihi, quòd Rota aliquando rotat:tamen ista sententia Rotæ videtur mihi verior de quo faciat pro & contrà glossa in verbo decætero.& quod ibi dicit Dominicus in cap.licet canon. de elect. lib.vj.& ibi tenui hoc legẽdo hic Romæ.& ad contraria respondeo:quia illud est verum si incipit ligare constit. &c.si in aliquo indiuiduo incepisset ligare.arg.l. furiosa.cum glos.C.qui testamẽ. facere possunt. aliàs secus in diuiduis, vt isto casu.ar.cap.vtile per inutile.de reg.iur. lib.vj.& facit glos.ibi cum suis concordantijs. & idem dico si vnus tantũ acceptauerit,& ante prouisionem sibi factam moreretur Papa,quòd etiam si non faceret sibi prouideri per mensem, postea gratia eius non est nulla per prædicta: nam non est tempus statutum à iure expectanti infra quod debeat sibi facere prouideri,nisi per regulas cancellariæ,ergo &c.hoc dico sub correctione D.T.R.Item inquantum hic dicitur de vicecancellario qui publicauit has regulas in

Rota aliquãdo rotat.

can

cancellaria apoſtolica &c. ¶Sciendũ neceſſarium puto,quòd vicecãcellarius eſt ille qui has regulas regit,& ad eius diſpoſitionem dantur in curia & extra eam cũ ſubſcriptionibus duorum abbreuiatorum,vt dicit vna regula,& ibi videbimus infrà:& iſte eſt iudex in pertinentibus ad expeditiones iuridicas bullarũ,& eſt in curia maior poſt Papã,vt dicit Card. in dicta cle.ij.de elect.in xij.col.in iiij.q.& vocatur de iure antiquo Bibliothecarius.lxiij.diſt.c.Adrianus.lo.j.iuncta gloſ. Et arbitror quòd propterea vocatur bibliothecarius,quia debet cuſtodire & libros bullarum & libros regularũ extrauag.& ex hoc in curia practicatur,quòd habet de regiſtro bullarum certam partem:quia tenetur reddere rationem de omnibus ibidem contentis. Item vocatur Quæſtor de iure cõmuni. tex.eſt cum gloſ.in l.omnẽ.C.de pet.bon.ſubl. l.x.& in l.fi.C.de diuer.reſcrip.& poſſem allegare multa iura ad hoc,ſed de iure cano. eſt caſus mihi vnicus quòd vocetur quæſtor.in c.forus.de ver.ſig.& ſic per prædicta iunctis multis iuribus loquentibus de quæſtore apparet. & ſic infero quòd vicecanc.poteſt ſtare cum auditoribus Rot.in deciſionibus cauſarum etiam in preſentia Papæ. ¶Nam ipſe eſt præſes iuſtitiæ in curia: & hoc nomen vicecãcellarius non reperitur in decretis,nec in decretalibus quod meminerim. Sed in proœmio Sexti.ſic tamen bene reperitur cancellaria, in cap.Ad hæc. de reſcript.& in capite,Cum dilecta. iuncta gloſ. eod. tit.& c.dura.de crim.fal.& c.Porrecta.de confir.vtili vel inutili.omitto clem.ij.de elect. & cap.ſtatutum. de reſcrip. libro vj.vbi bona gloſ. Ex quo ſequitur quòd vicecancellarius debebat appellari cancellarius, & non vicecan

Vicecãcellarius dicitur maior poſt Papã in curia.

Cancellarius,eſt præſes iuſtitię.

cancellarius:tamen Zabarella in dicta clem.ij. dicit quòd antiquitus contendebat de paritate cum papa,saltē de facto : & propterea vocatur vicecancellarius:& allegat Laurentium ibi: & licet aliqui curiales dicant quòd propter sanctum Laurentium non vocatur cancellarius: tamen hoc non est verum,secundū Card.ibi:quia sanctus Laurētius non fuit camerarius:quod apparet ibi cum dixit tyranno, Thesauros quos quæris manus pauperum deportauerūt &c.secundum eum in d.cle.in xij.col.Ex quibus infero quòd solus Papa vocatur cācellarius Christi, à cancello,as, id est tollo tollis, scilicet id quod iniustè petitur,& non quòd tollat bona Christi &c.Item infero contra vulgares curiales dicentes quòd quando præsentantur bullæ vicecancellario quòd propterea ponit antè vnum L magnum,ad denotandum quòd gerit officiū sancti Laurentij:quia illud est falsissimū per supradicta. Sed ipse ponit ibi vnum L magnū ante bullā : quod significat quòd est bulla lecta : & postea ponit ex alia parte vnū R magnum,quod significat nomē suum:quia vocatur Rodericus : vel mandat quòd registretur &c. Quis tamen sit maior vel vicecancellarius vel camerarius Papæ,hoc dico latissimè in tractatu camerariatus,quē direxi D. Rothomagēsi,in verbo, tibi omnia. Et omitto hic inserere, an potestas vicecancellarij restringatur hodie per regulas cācellariæ positas infrà de potestate vicecācellarij:& ibi dicā contra somniū Io.Frācisci Patauini,qui dixit quòd sic.Itē quo iure potest vicecācellarius hodie derogare regulæ cancellariæ, qua cauetur ꝙ executoriales dentur sub plūbo &c.aliàs non valēt.Itē quomodo potest dare in forma humilibus rescriptū sine suppli

Papa dicitur cancellarius Christi.

pli

plicatione cum derogatione c. statutum. de re-
scri. lib. vj. quo ad dietas. Itē quo iure cauetur,
q cācellaria ponit in bullis decretū irritans &
alias clausulas non petitas in supplicatione: &
de multis aliis de quibus infrà aliquid dicā: &
quid per signaturam per placet in commissio-
nibus an sit necessaria, vel sufficeret potestas vi
cecancellarij: & an esset melius quòd non esset
nisi potestas vicecancellarij, & non darentur
aliæ commissiones per placet. hoc dico in tra-
ctatu quem feci D. Tirasoñ. & non in alio quē
direxi domino Sixto de futuro Concilio: & for
tè aliquid dicam infrà sub correctione D.T.R.
Venio ad primā regulam de Reseruationibus.

REGVLA PRIMA.

IN primis reseruationes fecit similes illis quæ in constitutione fe.re. Benedicti Papæ XII. quæ incipit, Ad regimen. cōtinentur: & illas locū habere voluit, etiam si officiales in eadem cōstitutione expressa Apostolicæ sedis offic. ante obitum eorum esse desierint quo ad beneficia quæ tēpore quo offic. erāt obtinuerant. ac reseruauit beneficia quæ per constitutionem piæ me. Io. Papæ XXII. quæ incipit, Execrabilis. vacāt vt vacare contigerit.

ISTA regula dicit quòd facit papa similes reseruationes illis quas fecit Papa Benedictus XII. in cōstitutione, quæ incipit, Ad regimen. etiam si officiales ibi comprehensi ante obitus eorum officiales esse desierint &c. Item reser-

uat beneficia vacantia per constitutionem Execrabilis &c. Diceret D.T.R. ad quid fuit facta ista regula, cum constitutio Ad regimen. & etiã Execrabilis. reseruẽt illa beneficia, & illae constitutiones sunt perpetuae: ergo &c. Respondeo quia aliàs ego quaesiui in cancellaria ab abbreuiatoribus de parco maiori: & dixerunt quòd illa Ad regimen. fuit aliàs regula cancellariae. Sed certè istud est somnium: quia illa & etiam Execrabilis. sunt constitutiones ad perpetuam rei memoriam, vt ibi dicitur. ergo &c. Sed vnus alius dixit mihi, quòd fuit hoc vsitatum, ne viderentur sublatae illae extrauagantes &c. pro quo facit quod notatur in cap. pastoralis. de fide instru. per doc. & per Bald. in l. cum prolatis. ff. de re iudi. & ista aliquantulum placet.

Constitutio ad regimẽ, & constitutio execrabilis. an sunt constitutiones perpetuae.

¶ Sed posset dicere, quòd quãdo cõstitutio noua idem disponit quod antiqua, tamen clarius disponit, tunc dicitur etiam necessaria & nõ superflua, vt vult Angelus in auth. vt omnes obediant iudi. in princ. col. v. pro quo facit glos. in c. licet de elec. lib. vj. & sic est hic. ¶ Vel aliter dico quòd licet aliquid sit statutum de iure communi, potest iterum statui etiam ab statuto particulari, vt tollatur facultas supplicandi. Item vt magis puniatur transgressor, vt est casus in iure canonico mihi notabilis in cap. nullus. lv. dist. in princ. & sic est in casu nostro.

An posit statui iterum quod iure cõmuni est iã statutum.

Sed non credo, quòd licet hic renouentur istae constitutiones, quòd mortuo Papa dicãtur expirasse illae reseruationes ibidem cõtentae cum sint constitutiones generales & ligant. arg. c. j. de constitu. & l. leges. C. de legi. Item non credo quòd reseruationes ibidẽ contentae sint speciales tanquam factae per regulas cancellariae ex eo quòd hic approbantur. Nam licet reseruatio

uationes inductæ per regulas cancellariæ sint
speciales, tamen contentæ in extrauag. ad re-
gimen. sunt generales, vt dicit deci. Rot. CCC-
XXXIIII. quæ incipit, Item si mandetur
mihi prouideri. & idem intelligo de reseruatio-
ne contenta in extrauaganti, execrabilis. & li-
cet Io. Milis dicat quòd hoc verum est de con-
tentis in extrauaganti ad regimen. quæ conti-
nentur in iure communi, vt in cap. ij. & in cap.
præsenti. de præbē. lib. vj. aliàs dicit quòd sunt
speciales: tamen salua sui gratia, quia decisio
loquitur indistinctè. Item dico aliud, si regula
dicat quòd generaliter reseruat Papa &c. &
tunc dico illam reseruationem generalem pro-
pter illud verbum generaliter quod etiam in di
spositione odiosa habet aliquid operari: faciūt
notata in cap. cum dilectus. de consuetu. Et li-
cet Ioannes Milis in verbo, reseruatio. dicat
quòd est generalis quantum ad verba, sed spe-
cialis quantum ad reseruationem mentalem.
Certè credo quòd male dicat, & sic practicat
Rota: & hoc facit ad regulam infrà positam di
centem quòd de generali reseruatione debet
specifica mentio fieri &c. Item ad prædicta fa-
cit verbum, similes, hic positum: quasi dicat
quòd non tollit Papa illas constitutiones ad re
gimē, & execrabilis. sed quòd facit similes &c.
Et debet intelligi de non contentis ibidem, sed
de alijs officialibus. Nam non est omnino idē
quod habetur pro eodem, vt est gl. notabilis in
l. mercis appellatione ff. de verb. signifi. quam
allegat Bald. sæpe, maximè in cap. j. de consue.
feud. recti feudi. colla. x. in ij. colum. vbi notat
quod non est omnino idem quod habetur pro
eodem, ergo &c. vel potest dici, quòd in eo
quod hic additur, videlicet quòd etiam si desi-

Non est omnino idē quod habetur pro eodem.

nant esse officiales &c. tunc videtur quòd ista constitutio non sit superflua: ex quo addit, sufficiat ad hoc quod etiã not. Angelus in dicta authent. vt omnes obed. iud. &c. coll. v. etiã dicit quòd si constitutio noua dicens idem quòd antiqua, si addit, nõ obstante priuilegio &c. quòd tunc non dicetur superflua. sed quia vidi postea extrauagantem Ad regimẽ. credo quòd prima opinio sit vera: nam reseruationes ibi contentæ sunt temporales vsque ad obitum Benedicti XII. & hoc patet ex verbis in fine positis ibi, ordinationi, dispositioni, ac prouisioni nostræ, donec diuina clementia nos vniuersalis ecclesiæ regimen possidere concesserit &c. & ibi authoritate Apostolica reseruamus. & hoc est clarum per cap. si gratiosè. de rescrip. lib. vj. & per concordantias ibi &c. & tunc mirandum est de decisione Rotæ quam superius allegaui, quomodo loquitur, scilicet affirmando quòd sit generalis reseruatio: sed quo ad extrauagãtem execrabilis. vbi dicitur sedis apostolicæ dispositioni &c. reseruamus. dicẽdum arbitror quòd superius dixi: aliquid tamen infrà dicam de ambabus.

REGVLA II.

ITem reseruauit specialiter omnes ecclesias etiam Patriarchales, archiepiscopales, episcopales, necnon omnia monasteria virorum valorem ducentorum florenorũ auri communi æstimatione excedentia, quotiescunque illis vti voluerit.

IN ista regula dicit Papa, quòd reseruat specialiter omnes ecclesias cathedrales, etiam patri

patriarchales,& monasteria virorum exceden
tia valorem C C. flor. auri, quoties illis vti vo-
luerit &c. Hic posset D.T.R. quęrere quid est
specialis reseruatio,& quid sonet. ad hoc scien
dum arbitror, quòd siue sit specialis reseruatio,
siue generalis, amplius ordinarius se non po-
test intromittere in conferendo: sed solus Papa
etiam si ignoret &c. sufficiat c. si eo tempore.
de electio. lib. vj. Sed reseruatio generalis valet
ad hoc vt in expeditione literarum fiat expres
sa mentio de ea, aliàs non venisset, vt ait regu-
la infrà L X I I. ¶ Sed in speciali facta à Pa-
pa, ex quo beneficium est reseruatum, satis est
quòd Papa sit certus de vacatione, & proui-
deat: quia tunc non est opus quòd ponatur in
bullis generalis reseruatio, sed specialis: & hoc
est quod vult dicere de speciali: & de istis so-
let Papa prouidere consistorialiter. Sed si sine
consistorio faceret, valeret. argumen. c. cuncta
per mundum. ix. q. iij. maximè, quia nulla con-
stitutione cauetur, quòd debet fieri prouisio
consistorialiter: tamen ex quo solet fieri, an ha-
beat locum in gratia, si neutri: & allegaui &
obtinui in curia quòd nō, licet decisio Rotæ di
cat quòd omnia quæ debent seruari in prouisio
ne, debēt seruari in gratia, si neutri: & dixi de-
cisionem habere locū in surreptione: & sic lo-
quitur decisio, de quo refero me ad consilium
meum. Item inquantum textus dicit hic de ex-
cedentibus C C. flor. &c. vidi in curia dubitari,
an intelligatur hoc etiam de Cathedralibus, pu
ta in Italia, quę non valent C. florenos. certè di
co quòd istud adiectiuum excedentia, tantū de-
bet construi cū monasterijs & non cū cathedra
libus: ideò secundum hoc istud adiectiuum de-
bet intelligi de monasterijs & nō de cathedra-

Prouisio consistorialis.

libus. faciat glos. fin. in cap. si Papa. de priuile. lib. vj. facit quod dicit Bald. in. l. j. C. de libe. præte. Ex quo infero quòd etiam si cathedralis non valeat nisi X X. duca. tamen censetur reseruata. ¶ Sed ponamus quòd monasteriũ valet C C. sed in camera est taxatũ minus. an censeatur reseruatũ? & dico ꝙ sic: & hoc propter verbũ hic appositum ibi, communi æstimatione. ex quo sequitur quòd etiam si sit taxatum in camera in C C. duc. & cõmuni æstimatione non valet centum, quòd non est reseruatum, vt hic. arg. l. de pretio. ff. de public. tamen in isto secũdo casu dubito propter stylum curiæ: quia Papa dicit in bullis quòd dudum reseruauerat dispositioni suæ tale monasteriũ &c. & credendum est sibi per cle. j. de proba. sed si nõ posuisset ista verba, crederem quod dixi. ¶ Item ista regula dicit, quotiẽs illis vti voluerit &c. Ex qua sequitur ꝙ cum voluntate Papæ censetur expirasse per eius obitum. arg. c. si gratiosè. de rescrip. lib. vj. & facit. l. iij. ff. de reg. iur. vbi dicitur quòd eius est velle cuius est nolle, & ecõuerso. & quòd si Papa Innoc. qui fecit has regulas moreretur, & antequàm eligeretur alius põtifex vacaret episcopatus vel monasterium de quo hic, quòd si vnus eligeretur & cõfirmaretur in partibus, valeret electio & cõfirmatio illius per ista verba: vel si tantum eligeretur, & antequàm cõfirmaretur eligeretur alius, & faceret regulas, ꝙ tũc valeret electio: sed cõfirmatio illius postea secuta nõ valeret per ista verba: vt est casus notabilis in. d. c. si eo tẽpore. de elec. lib. vj. Et si dicatur ꝙ illa cathedralis censetur reseruata per extrauagantẽ Ad regimen. dico ꝙ non est verũ: quia illa expirauit mortuo Benedicto X I I. qui fecit illam: vt suprà dixi in

Nota quæstionẽ quotidianam.

Voluntas Papæ expirat per eius obitũ.

regula

egula ꝓxima: & hoc apparet ibi in fine. quin-
no plus dicerē: ꝙ si vacasset episcopatus vel
ıonasteriū tempore Innoc. & antequàm proui
eretur de eo moreretur Papa, quòd eo mortuo
osset fieri electio & cōfirmatio de iure: tamen
ropter hoc venit vna regula infrà posita quæ
st decima: quæ disponit quòd eo casu censetur
eseruatū cuiuscunq; sit valoris à cōtrario sen-
u hic. ¶ Sed posset dubitari quid de monaste-
io vbi sunt fœminæ & viri permixti: de quo in
.indēnitatibus. §. supradicta. per doct. de elec.
.vj. vbi etiā dicit de vna facetia: licet: de iure
on deberent esse talia monasteria, vt in c. diffi
imus. cum tribus seq. xviij. q. ij. sed si fit de fa
to aliquod monasterium tale, an tale monaste-
ium foret reseruatum vigore huius regulæ: &
ertè dicendum arbitror salua determinatione
.T.R. quòd si regeretur per masculos, sit reser
ıatum: sed si per fœminas, secus. arg. l. herma-
hroditus. ff. de testi. canonizata. iiij. q. iij. & in
. quærit. ff. de sta. ho. licet in rei veritate foret
atis dubitandum: quia appellatione simplicis
ıon venit cōpositum & mixtū. l. ij. ff. de verb.
bl. vbi per doct. c. statutū. de elect. lib. vj. vbi
onus casus: tamen primū credo verius, maxi-
mè quia declararet Papa pro sua reseruatione.

Quæstio singularis.

Simplicis appellatione non venit compositum.

REGVLA III.

ITem reseruat generaliter dispositioni suæ omnes dignitates maiores post pontificales in cathedralibus & Metropolitan. ac principales in collegiatis ecclesijs valorem x. florenorū auri cōmuni æstimatione exceden. necnō prioratus præpositu-ras & præpositatus, ac alias dignitates con

uentuales & præceptorias generales ordinum quorumcunq; : ſed non militiarum. Necnon quæcunq; beneficia, quæ ſui & ſanctæ Romanæ eccleſiæ viuẽtium tunc & qui erunt ſuo tempore cardinalium familiares continui commenſales obtinent: & in poſterum obtinebũt eorum familiaritate durante: & in quibus ſeu ad quæ ius ei competit, etiã ſi ab ipſa familiaritate per obitũ cardinaliũ eorundem, vel aliàs receſſerint.

IN iſta regula reſeruat Papa maiores poſt põtificales dignitates in cathedralibus & metropolitanis, & principales in collegiatis eccleſijs excedentes X. flor. aureos communi æſtimatione. Item reſeruat prioratus præpoſituras generales ordinum quorumcunq;. Sed non militiarum, & beneficia ſuorum familiarium & cardinalium &c. Et iſta regula habet tres partes. & circa primã partem, in qua reſeruantur maiores dignitates poſt pontificalem, eſt dubium, quæ dicitur maior dignitas in eccleſia etiã collegiata: & in hoc deciſio Rotæ laborat cccc. xliiij. quæ incipit, Item fuit dubitatum vtrum præpoſitura. & Old. cõſil. ccxxvij. quod incipit, de toto themate queſtionis. in penul. & vlt. col. & per Io. And. & Doct. in c. deliberatione. de offic. leg. lib. vj. breuiter tamẽ credo ſtandũ fore cõſuetudini, vt vult gl. in d. c. deliberatione. & recõpilator deciſionũ in dicta deciſ. & ſi nõ apparet quæ eſſet maior, tunc ſalua tuæ R. D. deliberatione crederem quod ſuperius dixi per multa iura in ſimili & per d. l. & in hoc quo ad principalitatẽ debet attẽdi illud quod principa

Quæ dicitur eſſe dignitas poſt pontificalẽ maior.

aliter reputatur & nō accessorium. facit gl.
o text.in c.sciāt cuncti.de elect.lib.vj.& in
.de pact.eod.lib.Ex quo sequitur ꝙ cum in
pania & in Gallia,& credo ꝙ alibi,sint di-
tates habētes sub se canonicos in collegia-
tamen habēt sedes in cathedralibus, ꝙ istæ
nitates sunt reseruatæ ex quo sunt principa
in collegiatis licet sint minores in cathedra
us.& sic fuit in Rota pronuntiatū in vna ab
tia Burgeñ.& inquātum hic non fit mentio
patriarchalibus,fortè nō censetur maior di-
itas post patriarchalē reseruata.arg.c.quis.
e præbē.lib.vj.& in c.ij.de pac.eli. ¶ Quo
secundam partem,ego nō intelligo hanc re-
uationē:quia supra regula proxima reserua-
monasteria valoris C C. ducatorum, & hic
incipales in collegiatis &c. nisi intelligatur
gula proxima de monasterijs monachorū tan
m:& ista secūda pars de monasterijs fratrum
el de ecclesijs cōuētualibus,puta leprosorum
el alterius cuiuscūq; ordinis, & ꝙ sit differen
a inter monachos & fratres, plenè per Doct. Monachi & fratres differunt.
iodernos in c.causam quæ.de iudic. Sed satis
st ꝙ cōuentualis dicitur vbi collegialiter viui
ur,vt ait gl.in cle.j.§.cæterū.de sta.re.de quo
er doc.in c.nobis. de iure pat. ¶ Ex quo se-
uitur quòd prioratus ordinis sancti Augusti-
i,& sancti Dominici sunt reseruati,quia colle
ialiter & cōuentualiter viuunt fratres ibidem
xistentes : sed quia non sunt beneficia perpe-
ua,non videntur reseruata : nam beneficia de-
ent esse perpetua. cap. præcepta. lv. distinct.
& notatur in cap. veniens. de filijs presbyt.&
gloss.in cap.j.de cap.mo.lib.vj. maximè quia
lli fratres sunt mendicantes,& non habent be
eficia. ergo &c.& in hoc dico cogitandum

fore: tamen circa præceptorias est hic notãdum quòd præceptoriæ ordinis sancti Iacobi de Spata nec de Alcãtara nec etiam de Calaterba aut sancti Ioannis Hierosolymitani, non sunt reseruatæ, ex quo sunt militiarũ vt hic: nã sunt institutæ cõtra Sarracenos, vt patet in eorũ priuilegijs, maximè in Hispania: & circa illud quod dixit de præpositura &c. Postea interrogaui vnũ doctissimũ virũ, & dixit mihi, quòd erat verum illud quod dixi: & allegauit mihi exemplum in fratribus sanctæ Ceciliæ trans Tyberim & de similibus: & quòd prioratus sancti Augustin & sancti Dominici non cõprehendebãtur sub ista regula: quia erant tẽporales. Postea cõsului dominum Nicolaum de Castello vtriusq; censuræ monarchã & abbreuiatorem bene stylatum: & respondit mihi in effectu, quòd regula præcedẽs loquitur tantũ de abbatialibus monasterijs: & in illis solet poni in bullis dudum tali præsidẽti &c. specialiter reseruamus. & ista loquitur de alijs monasterijs quæ reguntur per priores &c. Etiam si sint alijs subiecta vel per se reguntur etiam per abbatem, & non valerent cc. libras, quòd nõ essent reseruata, nec per regulam proximam, nec per istam. Et ita dicit quòd seruatur in Cancellaria: sed certè in Rota nescio si seruaretur: quia ista regula non distinguit, ergo nec nos distinguere debemus. l. iij. cum glos. ff. de offic. præf. Ideò oportet cõsulere Papam: quia lex non debet esse obscura. c. erit autẽ lex. iiij. dist. Et est verecundia, quòd talia emanẽt à sede apost. salua eius auth. sic scripsi dicto Nicolao. ¶ Quo ad tertiam partẽ, in qua dicitur quòd reseruat beneficia familiariũ suorũ & cardinaliũ continuorũ cõmensalium &c. quæ obtinent durante familiaritate, super hac regula

Quatuor præceptoriæ quæ nõ sunt reseruatæ.

Lex seu cõstitutio nõ debet esse obscura.

iuncto

ıcto procœmio ibi, ſuo tempore duraturas &c.
di valde altercari in curia: & fuit ſententiatũ
o & cõtra, videlicet ſi antequam eſſet iſta re-
ıla facta vel publicata vnus familiaris Car-
nalis receſſerat à familiaritate Cardinalis: an
eneficia ſua eſſent reſeruata: & allegabatur di
um Dominici in c. præſenti. de offic. leg. lib.
. quòd non, per illum textum iuncto procœmio
gularum: tamen Papa Paulus declarauit con-
ariũ, quòd beneficia ſemel affecta ſemper ma-
ent affecta: & incipit illa declaratio, Ad Ro-
ani pontificis &c. Calen. Septẽbris, anno ter-
o ſui Põtificatus, ſcilicet anno XVII. Et de
oc ſufficiant quæ dixi ſuperius in procœmio.
¶ Item quæro hic, an curialis qui habet certã
ortionem à Cardinali vt aſſociet eum, non ta-
ien facit guardiam nec alia ſeruitia familiariũ,
n beneficia illius ſint reſeruata: & certè poſſet
ici quòd non eſt familiaris continuus cõmen-
ılis vt hic requiritur. Sed poſſet potius appel-
ari vaſallus ratione feudi quod habet ex cana-
a vel camera, iuxta c. ſciendũ. & quod ibi ex-
onit Bal. de feudi cognitione. coll. x. in verbo
d tempus. & exponit ibi Bald. ad tempus, ſi de
ane & vino &c. facit quod dicit Bald. in cap.
. primo reſponſo. in verb. quid de feudis ſcuti-
ferorum & aduocatorũ & capellanorum. de feu
do guardiæ. collatione x. maximè quia reſer-
uatio eſt odioſa quo ad ordinarios & quo ad cu
riales, ergo reſtringenda per regulam, odia. de
regul. iur. in vj. maximè quia aliud eſt eſſe de
familia, & aliud eſſe familiarem, vt dicit Ioan-
nes de Milis in verbo familiarium, qui ſic in-
telligit l. pronuntiatio. ff. de verb. ſignific. ¶ Et
ſic ego fui cum domino Montisferrati & cum
domino Vlixbonen. Item quid de beneficijs fa

Beneficia ſemel affe-cta ſemper manẽt affe cta.

Reſeruatio dicitur eſſe odioſa quo ad ordinarios.

milia

miliarium aliorum familiarium papæ aut cardinalium an sint reseruata. & per text. in l. j. C. de episc. & cler. & per ea quæ dicit ibi Salic. respondisse Papã in cõsistorio pub. videtur quòd sic. Sed crederẽ de iure iuncta ista regula quòd si papa vel Card. daret sibi expẽsas sicut patrono, tunc essent reseruata, aliàs non, per hanc regulam, maximè quia familiaritas non est nisi quędam societas, vt dicit Ioan. Andr. in c. sicut. de verb. sig. lib. vj. Sed ego habeo quòd socius mei socij meus socius non est: vt in l. nam socij. ff pro socio &c. ¶ Sed ego volo vnam submittere quæstionẽ casu quo beneficia illius qui habet portionẽ à Cardinali essent reseruata, si habeat pro se & vno familiari, & ipse tenebat tres vel quatuor familiares, an beneficia illorũ sunt reseruata, vel nulli⁹. & breuiter dico quòd nullius. arg. l. duo sunt Titij. ff. de test. tut. & l. si fuerit. ff. de rebus dub. & facit glos. nota. in c. nolite recedere. xj. q. iij. quæ dicit quòd si vnus est interfectus ab vno ex tribus, & nescitur à quo, quòd in dubio possunt omnes promoueri.

Quæstio practica.

¶ Item hic moueo vnam quæstionem, quæ est nunc in practica: quia D. T. R. ante cardinalatum fuit familiaris sanctæ memoriæ Pauli: & post cardinalatũ fertur quòd habebat expẽsas ab eo, an beneficia familiarium suorum dicãtur reseruata papę. & certè licet Oldradus dicat in consil. xlviij. quod incipit, Ius commune, quod posuit in tit. de cler. non resid. quòd nullus est magis familiaris papæ quàm cardinalis: tamen fateor quo ad eius fauorem vt ipse loquitur, secus in suum odium. Item licet sit familiaris, nõ tamen continuus commẽsalis, vt hic dicitur, & etiam est de iure c. licet. de priuil. lib. vj. & c. fi. de verb. signi. eod. lib. Item quia etiam si fuisset

D.

T. R. familiaris cõtinuus cõmensalis papæ:
nen ista constitutio non comprehendit cardi
les,ex quo de eis non facit expressam men-
onem.arg.c.fin.de offic.deleg.lib.vj.& c.ne
qui.de priuil.lib.vj.& dixi latius in quæstio
ous cardinalium.q.xvij.Ex quo infero quòd Illatio.
am si papa dedisset D.T.R. expensas & etiã
s familiaribus,tamen etiam beneficia D.T.S.
niliarium non comprehenduntur sub ista re-
la,ex quo persona tua non comprehenditur,
go nec familiares tui tanquàm accessorij.arg.
accessorium.de regulis iuris.lib.vj.

REGVLA IIII.

Tem reseruauit generaliter omnia beneficia ecclesiastica quorumcunq; collectorum & vnitorum in quacunque ciuitate vel diœcesi, qui suo tempore eorum officia exercuerint sub collectorum fructuum prouentuum Cameræ apostolicæ debitorum,illa videlicet beneficia duntaxat quæ durantæ eorum officio obtinuerint, & in quibus seu ad quæ ius tunc eis competierit.

N ista regula reseruat Papa beneficia collectorum & sub collectorum vnitorum in vna ciuitate vel diœce.&c.Et circa hãc reseruationem sciendum est, quòd beneficia collectorum deputatorum per papam sunt reseruata : & sic cõcludit decisio cciij.quæ incipit, Item si iuxta ordinationem domini nostri Greg.Et tunc debet intelligi ista regula ibi,qui suo tempore eorum officia exercuerunt,id est,de subcollectoribus tantũ,& non de collectoribus,ita quòd fiat

pun

Qualiter debemus punctuare dictiones.

punctus ibi collectorum:nam debemus pũctuare siue virgulare depositiones salua ratione recti sermonis,vt dicit Bal.in l.j.C.de lib.præte. Et isti subcollectores licet debeant esse vniti in ciuitate vel diœcesi, vt hic dicitur:tamẽ si vno remoto succedit alter, beneficia vtriusque sunt reseruata,vt hoc etiã vult dicta decis. ¶ Et circa hanc regulam vidi dubitari in curia, & consului,nescio tamen quid fuit decisum, scilicet si Papa imposuit subsidiũ in aliquo regno contra Turchos , & posuit ibi collectores,& illi deputarunt subcollectores,an beneficia istorum sunt reseruata:& tandem post multa conclusi quòd non,quia isti fructus vel prouentus nõ sunt debiti Cameræ apostolicæ,sed in subsidiũ &c.Et quia verba regulæ debent intelligi propriè , & nõ impropriè vel fictè.l.iij.§.hæc verba.de negot.gest.quia exorbitat à iure.c.quæ cõtra ius. de reg.iur.lib.vj.l.ius singulare.ff.de legibus. ergo &c. Et si dicatur quòd illud quod succedit loco debiti cameræ debet esse eiusdem naturæ : vt vult Bart.in rub.C.de iure fisci.lib.xj. Fateor,quando esset omnimoda similitudo,arg. eorum quæ dicit Ioan.Andr.in regula,qui sentit.in mercurial.de reg.iur.lib.vj. & doct.in c. quanto.de cens.Si de familiaribus subrogatis loco aliorum,an gaudeant eodem priuil.sic consului,nescio tamẽ quid fuerit decisum. ¶ Item vidi dubitari,si Papa dedit alicui priuilegium, quòd etiã si foret collector vel subcollector apostolicus,quòd eius beneficia non forent reseruata : tamen postea fuit collector, an eius beneficia sunt reseruata : & credo fuisse conclusum quòd sic ; quia ista regula tollit omnes leges generales vel speciales loquentes in contrarium: & fuit allegatum tunc dictum doct.in c.fin.§.in

De subsidio à papa imposito cõtra Turchos.

Nota.

præben

gbendis. de cõsuet. lib. vj. nescio quid fuit cõ-
isum seu decisum in vna causa Legionensis.
¶ Item notandum est, quòd si sint multi col-
tores simul in vna diœcesi vel ciuitate, tamē
rum beneficia sunt reseruata, vt hic quorum-
nque &c. Et illud verbum vnicorum, refertur
constructionem suam; & ibi inferius subcol
torum.

REGVLA V.

Tem reseruauit omnia & singula bene-
ficia ecclesiastica quorumcunq; curialiū,
ios dum curia Romana de loco ad locum
ansfertur, eam sequendo decedere conti-
erit, & quouis loco quantumcunq; etiam
dicta curia remoto.

N ista regula reseruat Papa omnia beneficia
quorumcunque curialium decedentiū vbicun
ie sequendo curiam. Ista regula etiam cõtine
r in extrauag. ad regimen. & venit ad exten-
onē c. præsenti. de præben. lib. vj. vbi dicitur
iod beneficia dicũtur vacare in curia, cum va
int infrà duas dietas à curia &c. tamen hic di-
tur quòd vbicunq; moriatur curialis, etiã vl-
a duas dietas, censentur eius beneficia reser-
ata, si sequendo curiam moriatur &c. & pon-
ero ibi verbum, dum cur. Rom. de loco ad lo-
im transfertur, eam sequendo &c. ¶ Ex quo
equitur, quòd si cur. Rom. nõ mutatur, sed tem
ore pestis vel aliàs curialis vadit ad solatium
ltra duas dietas, & ibi moriatur, quòd eius be-
eficia non sunt reseruata. Nam nõ est receden
im à verbis huius regulæ. arg. l. non aliter. &
lle aut illc. ff. de legat. iij. maximè quia quod
non

Beneficia quando dicuntur vacare in curia.

non mutatur, quare stare prohibetur. l. præcipimus. C. de ap. cum similibus. & ex bono consului, quòd si curialis recedens ad partes in via mortuus fuit vltra duas dictas, quòd eius beneficia poterāt acceptari vigore expectatiuæ. ar. huius regulæ iuncto c. præsenti. de præben. lib. vj. & in hoc casu crederem salua tua determinatione, quòd curia dicatur vbi est Papa, & non vbi est audientia Rotæ & contradictarum, quia cle. intelligitur tantum de electione Pontificis, licet verba ibi posita de curia transferēdo &c. tamen arbitror Rotam sic pronuntiasse tempore Pij: nam ipse Pius recessit in æstate ad balnea, & audientia māsit in vrbe, & curiales tunc sequentes Papam moriebātur ibi vel infra dietam: tamen visum fuit gratias expectatiuas nō habere ibi locum secundū regulam istā: egeret tamē declaratione meo videre. ¶ Item inquātum textus dicit de quibuscunq; curialibus, sequitur quòd etiā intelligatur de cardinalibus, nam curiales sunt, quia curia dicitur à cura. & illi potissimè curiales dici debent per quorum curam & consilia Respublica expeditur: tales ergo sunt cardinales: ergo &c. Verba sunt Oldradi in Consil. ccxj. quod incipit, Ad propositum fratrum sancti Antonij. versi. circa secundam. Et si dicatur, quòd beneficia cardinalium sunt reseruata, quia sunt familiares, vt vult Oldral. cōsil. xlviij. quod incipit, Ius cōmune. vbi dicit quòd cardinales magis sunt familiares Papæ quàm alij, tamen quo ad reseruationem beneficiorum non est verum: quia regula tertia suprà non dicit nisi de familiaribus continuis commensalibus. Sed cardinales non sunt tales. ergo &c. Et ideò dico quòd in beneficijs cardinalium habet locū ista regula si sequuntur Papam

Curia Romana dicitur esse vbi est Papa.

Cardinales dicūtur curiales.

pam capiēdo curiam hic,vt dixi pro loco vbi
est Papa,& per hoc verbum quorumcunq;,hic
positum,quod est vniuersale.ergo etiam Cardi
nales comprehendit, arg.c.solitæ. de maio.&
obedien.& de hoc latius dico in xvij. quæst.
cardin.vbi dico istam quæstionem, an regulæ
cancellariæ comprehendant Cardinales. Sed
de hoc etiā clarè disponit extrauagans, Ad re
gimen : quæ reseruat beneficia cardinaliū etiā
vbicunq; decedētium,& quorumcunq; officia-
liū sedis Apostolicę.Et hæc sufficiant pro nūc.

REGVLA VI.

ITem reseruauit omnia officia cubicula-
riorum & cursorum suorum.

ISta regula dicit ꝙ reseruat Papa beneficia cu
bicularioru & cursorum suorū : & debet in-
telligi de cubicularijs extra muros,qui nō sunt
cōmensales sui,quia aliàs non esset dubiū.nam
regula tertia dicit de familiaribus cōtinuis com
mensalibus &c. Ex quo sequitur, ꝙ beneficia
officialis Papæ etiā causa honoris cēsentur re-
seruata:& ad hoc allego glossam mihi singula-
rem iūcto text.in auth.vt ordinariæ præfectu-
ræ.§.j.coll.v.per quam gl.aliàs dixi ꝙ capel-
lanus honoris Papæ est exēptus ab ordinario
etiā si nō exerceat actu officiū suū.& idē dico
de cubiculario,vt hic,& hoc etiā vult decisio
Rotæ in nouis cciiij.quæ incipit,Itē licet iuxta
ordinationem. ¶Itē ex ista regula iūcta regula
tertia sequitur ꝙ nec cubicularij extra muros,
nec cursores sunt cōtinui commensales Papæ:
quod valet ad prærogatiuas familiariū conti-
nuorū cōmensaliū,& quo ad expeditionē gra
tis:& quòd valeat arg.à cōiunctione duorū iu-
riū vel duarū regularū,facit gl. notabilis in l.

Capellan⁹ Papæ dicitur esse exemptus ab ordinario.

prospexit. ff. qui & à quib. & not. Bald. in l. Gallus. §. penult. ff. de liber. & posth. ergo &c.

REGVLA VII.

ITem reseruat dispositioni suæ generaliter quæcunq; Canonicatus & præbendas, ac dignitates, personatus & officia in Basilica principis Apostolorum & sancti Ioannis Lateranensis, ac beatæ Mariæ maioris de vrbe ecclesijs, necnon ad collationem, prouisioné, præsentationé seu quamuis aliam dispositionem sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalium à Romana curia absentium ratione suorum episcopatuum cardinalatus: & in eorũ cardinalatibus ecclesiarum, ac titulorum spectantia, quamdiu absentia sua durauerit Canonicatus & prębendas dignitates personatus administrationes vel officia: cæteraq; beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura vacantia, & in antea vacatura, tam in eadé vrbe quàm in ecclesijs, ciuitatibus & diœcesibus dictorum episcopatuum consistentia, ac decreuit &c.

ISta regula habet duas partes. Prima dicit q Papa reseruat beneficia sancti Ioãnis Lateranẽ. & sancti Petri & sanctæ Mariæ maioris. Secunda dicit quòd reseruat omnia beneficia spectãtia ad collationẽ &c. alicuius cardinalis ratione episcopatus siue cardinalatus, & ratione titulorũ suorũ cardinalatus quãdiu cardinales fuerint

fuerint absentes à suis episcopatibus, vel à suis
titulis, & apponit decretũ &c. Et ratio dubitã-
di in prima parte est: quia vt dicũt Doctores in
c. fundamẽta. de elec. lib. vj. quatuor sunt eccle
siæ patriarchales in vrbe sicut in orbe, scilicet
sancti Petri, sancti Pauli, sancti Laurentij extra
muros, sanctæ Mariæ maioris: & sancti Ioannis
est principalior in vrbe: & propterea vocantur
patriarchales secundũ aliquos, quia vnaquæq;
illarum ecclesiarũ est quasi cathedralis: & fer-
tur, licet iure nõ fundetur, quod nullus potest cele-
brare in altari maiori cuiuslibet ipsarũ, nisi so-
lus Papa vel de eius speciali mandato penden
te bulla apud altare: ideo videbatur quòd in
istis tribus ecclesijs habentibus archipresbyte-
rũ, posset ipse archipresbyter se intromittere:
tamen Papa dicit hic contrarium: cuius disposi
tioni in istis maximè standum est, & nullus po-
test ei dicere, cur ita facis, vt dicit gl. mihi no-
tabilis in cap. v. de translat. episc. vel electi. &
non posuit hic de alijs duabus scilicet sancti
Pauli & sancti Laurentij: quia sunt monacho-
rum & non secularium: & posuit hic dignita-
tes personatus &c. & tamen in nulla earum est
aliqua dignitas nec personatus, nisi principa-
lis, scilicet archipresbyteratus: & illa cense-
tur reseruata tanquàm principalis in collegia-
ta, vt suprà in regula tertia. Sed posuit hoc ad
ostendendum quòd in illis ecclesijs sint digni-
tates sicut in cathedralibus alijs, aliàs nescio
ad quid posuit. Item ponit hic primò ecclesiam
sancti Petri, quàm sancti Ioannis. Ex quo vide
tur quòd sit principalior in vrbe & in orbe ab
ordine literæ. arg. l. quoties. de vsufruct. c. mã-
dato. de præbẽ. lib. vj. Et quod ibi notatur: sed
contrarium est verum, & communiter tenetur

Nullus potest dicere Papæ, cur ita facis.

in dicto cap. fundamenta. & in c.ij. de præscriptionibus. lib. vj. & in cle.ij. eod. tit. de elect. licet. c. futura. xij. q. j. velit contrarium. & c. sanctorum. x. q. j. tamen gl. in d. c. futura. vult contrarium si bene intelligatur: nam ecclesia Lateranensis est principalior in vrbe & in orbe: quia primò fuit fundata &c. & vltra doctor. allego legem ciuilem in l. cum diuer. ff. de relig. & sum. fu. vbi dicitur quòd vbi est caput, ibi est locus religiosus, & non vbi sunt corporum membra. Sed in sancto Ioanne sunt capita beatorum Petri & Pauli: ergo &c. & non curo de alia ratione quòd ecclesia sancti Petri est in diœcés. Portuen. &c. quia dico non esse verum: quia Papa dicit in bullis, datum Romæ apud sanctum Petrum &c. & si dicatur, vnde dicitur Papa episcopus: certè posset dici, quòd non habet ecclesiam certam: sed dicitur episcopus ratione ordinis, & cẽsetur habere dignitatem vrbis Romæ vel vniuersalis ecclesiæ. Nam non reperitur illud quod dicunt vulgares quòd est episcopus ecclesiæ Lateranensis, quod de iure fundetur. Sed bene reperio quòd vocetur vrbis Romæ episcopus vel Rom. ecclesiæ præsul, vt de primo dicit Anastasius in suprascriptione, in cap. transmarinos. xcviij. dist. Et de secundo Gregorius in suprascriptione. in c. Aphros. ead. dist. Sed nunquàm reperi quòd vocaretur Lateranen. episcopus. potest tamen fundari ex supradictis: quia si ecclesia sancti Ioan. est principalior, ergo &c. & quòd suprascriptio sit de textu, sufficiat gloss. in cap. Ad apostolicæ. de reg. iur. lib. vj. in princip. & in clemen. ij. de rescrip. & de iure ciuili in l. propter insidias. C. qui accus. nõ pos. ¶ Ex quibus sequitur quòd omnia beneficia vrbis de mero iure pertinent

Ecclesia lateranensis dicitur prĩcipalior in vrbe romana & in orbe.

Papa quare dicitur episcopus.

Suprascriptio legis seu capituli dicitur esse de textu.

Papæ

Papæ tanquàm diœcesano: ideo habent locum expectatiuæ in eis, nisi in hac reseruatione: & hæc est ratio dicēdi hic. Item ecclesia sancti Petri vocatur hic basilica, & sancti Ioannis & sanctæ Mariæ vocantur ecclesiæ: & certè de hoc aliàs dubitaui, quia basilica vocatur ante cōsecrationem: sed ecclesia post consecrationē propriè. gl. est notabilis in c. j. de relig. do. ergo sequitur ꝙ ecclesia sancti Petri non est cōsecrata, & ꝙ debet vocari basilica, per prædicta: ex quo sequitur quòd in ecclesia non consecrata possunt esse beneficia. Ex quo sequitur ꝙ verba indulgētiæ debent intelligi propriè, vt vult gl. in cle. j. de reliq. & venera. sancto. quòd indulgētia illa cōcessa in die corporis Christi audientibus officia in ecclesijs, quòd nō extendatur ad basilicā sancti Petri. Sed dicēdum est ꝙ aliquādo ponitur basilica pro ecclesia, vel ecōuerso, vt dicit Sicul. in Rub. de cons. ec. vel alt. & in d. c. j. & ad hoc allego tex. in c. omnes basilicæ. xvj. q. vij. iūcto c. omnes basilicæ. de cōsec. dist. j. de quo decido latius in tractatu Iubilei, in verbo, basilicas vel ecclesias. ¶ Quo ad secūdam partē huius regulæ fuit ratio dubitandi: quia cardinales episcopi ratione cardinalatus qui sunt sex, videlicet Host. Portuēsis, Albanē. Sabinē. Prænestinus & Tusculanus. & olim erāt sanctæ Rufinæ. & fertur ꝙ illa ecclesia est vnita Portuē. & isti episcopi etiā si essent absentes habent iurisditionem episcopalem & etiam collationē in dictis episcopatibus suis, & possunt habere vicarios: vt per totum titulum, de officio vicarij. Item etiam alij cardinales habent titulos suos, in quibus habent iurisditionem episcopalem: & est textus vnicus in iure in c. his quæ. de maior. & obed. & ibi Doct. &

In ecclesia non consecrata possunt esse beneficia.

Romæ sex sunt sedes seu tituli cardinalatus.

ſic videbatur quòd poſſent dimittere vicarios ad confitendum &c. tamen Papa vult contrarium hic proprer excellentiã cardinalatus, & vt non ſint abſentes. ¶Et ex iſta regula ſequitur quòd beneficia illarum eccleſiarum vrbis Rom. quæ non ſunt de titulis cardinaliũ quòd nõ ſunt reſeruata: ideo etiam in eis haberet locum gratia expectatiua etiã in præſentia Papæ: quia ipſemet eſt qui confert. ergo &c. Item ſequitur ex verbis iſtius regulæ quòd ſi ſit aliqua eccleſia Romæ quæ non habeat cardinalem pro tunc, ſed aliàs eſt titulus cardinalis, ꝙ beneficia illius eccleſiæ non ſunt reſeruata per hãc regulã ibi, à Ro. curia abſentiũ &c. & ideo haberet locũ tũc expectatiua, puta in eccleſia ſancti Laurentij in Damaſo, vbi ſunt boni canonicatus; & hoc maxime ſi Papa eſſet abſens.

Illatio.

REGVLA VIII.

ITem voluit quòd cõceſſa per prædeceſſorem ſuum & de eius mandato expediantur in forma, rationi cõgruit, vt moris eſt.

IN iſta regula dicitur ꝙ cõceſſa per Sixtũ expediãtur in forma, rationi congruit &c. Forma rationi cõgruit eſt iſta, ꝙ ſi Papa Sixtus ſignauit vnã gratiã, per illã gratiã eſt ius quæſitum de mero iure. ſufficiat gl. ſingularis iuncto textu in cle. dudum. §. nos enim. de ſepul. omitto allegare Bald. in l. humanum. C. de legi. & Doct. in procemio vj. & Abbatem in c. noſti. de elect. & in cap. in noſtra. de reſcript. Tamen quia nõ datur fides ſupplicationi ſiue cõfectioni literarũ iuxta regulam cancellariæ, vt infrà patebit: & iuxta ea quæ dicit Bald. in l. falſus. C. de furt. in rubr. qui ſucceſſores teneantur. in

Supplicationi ſeu ſignaturæ non datur fides.

prima

prima rubr. col. x. & Oldr. in consil. cccxxiiij. quod incipit, factum tale est. in iiij. col. maximè in his gratijs, quæ tribuunt iurisditionem, vt dicunt dicti Doctores: ideo videbatur, ꝙ ex quo bullæ nō erant expeditæ tempore Sixti, quòd amplius non debebant expediri: quia gratia videbatur facta, vt inde expedirentur bullæ, vt dicit Antonius in suo consilio. & etiam Oldrad. in vno alio consilio suo, cccxxvj. quod incipit, articuli. in v. col. maximè, quia multa cōceduntur & statuuntur causa extorquendi pecunias indirectè, iuxta notata per Phil. & Ioan. Andr. in c. sedes in rescrip. vbi dicunt ꝙ est magna liberalitas sedis Apostolicæ: quia dat plumbum & exigit aurum. & de statutis per sedem Apostolicam possem ponere exemplum in cap. non debet. de cōsang. & affinit. & in c. de multa. de præben. & in c. si motu proprio. de præbē. lib. vj. & in multis alijs &c. Tamē Papa vult hoc, vt expediātur istæ supplicationes per formam rationi cōgruit, in qua dicitur, quòd rationi cōgruit, vt ea quæ à prædecessoribus nostris concessa fuerunt, præpediente obitu ipsius non fuerunt expedita, quatenus tamen temporibus nostris plenum habeant effectum & expediantur &c. & tunc expediuntur per cancellariam sine noua concessione vel signatura per istam regulam. ¶ Vidi tamen dubitari in curia, & est nunc in practica, si vnus malitiosus tempore Sixti expediuit vnam Bullam, sed non placuit sibi in aliquo, & tempore Innocentij expediuit iterum in forma rationi cōgruit, vbi erāt ea quæ voluit. An talis Bulla valeat, vel non. Et certè ego respondi quòd non valet propter procemiū istud, scilicet rationi cōgruit &c. cuius verba denotāt causam finalē. l. fi. ff. de hær.

An supplicatio sola faciat fidē.

Magna sedis Apostolicæ liberalitas.

Cautela malitiosa.

Bona cautela si seruaretur.

Forma rationi congruit qualiter intelligatur.

instit. ergo &c. Itē quia de prima expeditione debet intelligi & nō de secūda. arg. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. signif. & c. non potest. de præbē. lib. vj. & per hanc rationē idem posset dici de bina expeditione etiā tēpore eiusdē pōtificis: & propterea deberent officiales tēpore expeditionis in forma ista capere iuramētū ab expeditore, ꝙ tēpore alterius pōtificis non expediuerit per prædicta. sed hoc nō seruatur. Et omitto hic dicere, an cōcessiones aliorū pōtificū possint expediri per hāc formā: & credo ꝙ nō, quia hic tātū loquitur regula in singulari, scilicet per prædecessorē nostrū &c. & ideo oportet habere cōmissionē vel mādatū signatū super hoc. & dictum fuit mihi, ꝙ sic practicatur in cancellaria. Item omitto hic dicere de verbis regulæ istius tempore Pauli quæ erant magis prolixa: sed non sine causa fuerunt omissa à Sixto & hic ab Innocentio: & fortè hoc dicam in alia regula infrà.

REGVLA IX.

ITem declarauit omnium & singularum ecclesiarum cathedralium & monasteriorum prouisiones quas præfatus dominus Sixtus eius prædecessor ordinationi dispositioni suæ, necnon omnia & singula beneficia ecclesiastica quæ dictus prædecessor etiam præfatæ dispositioni cum interpositione decreti reseruauerat, quæ quidem Ecclesiæ & monasteria necnon sic reseruata beneficia tempore obitus prædicti prædecessoris vacabant, aut eccle-

siæ & monasteria huiusmodi sic commendata vel eis administratores deputati non fuissent etiam tunc vacassent remansisse & remanere per huiusmodi reseruationẽ & decretum affecta, nullumq́; de illis præter Romanum pontificem ea vice se intromittere vel disponere potuisse sine posse quoquo modo, decernens irritũ & inane si secus de illis attẽtatum forsan erat tunc vel etiam in posterum contigerit attentari.

IN ista regula dicitur quòd si tẽpore Sixti vacabant aliqua beneficia quæ ipse reseruauerat dispositioni suæ & ipse non contulit antequàm obiret, nihilominus remanent affecta & reseruata &c. Ratio dubitandi fuit. c. si gratiose. de rescrip. lib. vj. quia ex quo Papa reseruauerat dispositioni suæ, videbatur quòd erat personalis ista reseruatio, ideo cum persona extinguebatur per illud capitulũ. Sed hic deciditur contrarium: & ratio est, quia iam erant affecta ista beneficia: & quia vacabant, nullus alius se poterat intromittere in eorum collatione: quia beneficiũ semel affectũ semper manet affectũ, ut dicunt Decis. Rotæ quas superius allegaui. Et sic facit c. vt nostrũ. de appel. & c. j. vt ecclesiastica beneficia. & ponitur exemplũ in ecclesia cathedrali vacãte tempore Sixti. Nam per regulã secũdã erat reseruata quoties illa reseruatione vti voluisset: sed eius volũtas expirauit per eius obitũ: quia eius est velle cuius est velle. ff. de reg. iur. ei⁹ est velle &c. Sed ex quo vacauerat ante obitũ Papæ, videbatur iam affecta. ergo &c. Ex quo infero à cõtrario sensu, Beneficiũ semel affectũ semper manet affectum.

quòd si vacasset ecclesia illa post obitũ Papæ: & antequã Papa fecisset reseruationes ecclesiarũ cathedraliũ fieret electio & cõfirmatio in forma iuris, q̃ illa valeret: & Papa modernus nõ potuit se intromittere de illa amplius, quia esset tollere ius quęsitũ quod nõ posset facere de ordinaria potestate. c. quamuis. de rescr. lib. vj. & c. super eo. de off. deleg. & non obstat ista regula: quia loquit̃ quãdo tẽpore obitus vacabãt beneficia hic posita: ergo à cõtrario sensu sequitur quòd secus est si postea vacabãt, id est post obitum, arg. hic à contrario sensu quod etiam in regulis istis habet locũ, quia etiã tẽpore Papæ qui eas fecit faciunt ius commune. sufficiat l. j. §. ius rei. ff. de off. eius cui man. est iurisditio. & c. cum virũ. de regula. & non obstat declaratio Pauli, quæ vult idem quo ad beneficia reseruata quæ postea vacauerũt vt superius dixi, quia ista cõstitutio non habet locũ, neq; loquitur in episcopalibus vel principalibus in collegiatis, neque in monasterijs, sed in beneficijs officialium vel familiariũ Papæ vel cardin. & hoc apparet ibi in verbo vt præmittitur, ibi posito, quod refert præterita tantum, vt sunt glos. in cap. cupiẽtes. §. ad hoc. & §. quod si per xx. de elec. lib. vj. ergo &c. & hanc credo fore veritatẽ: ideo si starẽ in partibus, & vacaret ibi ecclesia cathedralis &c. consulerẽ quòd canonici eligerent & archiepiscopus cõfirmaret: quia tunc fortè Papa esset mortuus, & valeret electio & cõfirmatio per prædicta: si essem ibi canonicus etiã eligerẽ. Itẽ quia in dicta declaratione Pauli non fit mẽtio de episcopatibus. ergo &c. sufficit gl. in c j. de præb. lib. vj. Itẽ patet hic quòd per cõmendã non perimitur prima vacatio, imò durat, vt notatur in c. nemo. de elec. lib. vj. & c. si

Argumentũ à cõtrario sensu in istis regulis locũ habet.

fol. 77. 196

ſtiterit. de accuſato. nam commendare nihil
d eſt quàm deponere, vt l. cõmẽda. de verb.
. ergo &c. de quo pro nunc me nõ intromit
ed latius dicã infrà: nam diuerſas ſententias
i pro & cõtra in Rota. circa hoc tamen hoc
d dixi tenet & reſpõdetur ad iſtũ textum,
d verũ eſt quòd non vacant de facto groſſo
lo propter appoſitionẽ manus Papæ, ſed de
ſic per prædicta: & idẽ credo in adminiſtra
ne per eadẽ fundamenta. & hæc ſufficiãt pro
ic. Itẽ quia adminiſtrator non habet titulum
enefi. vt vult Ant. in clem. ij. de reſcrip. ſu-
gl. in verbo, electionẽ. quem allegat Ioan.
Milis in verbo, adminiſtrator.

Admini-ſtrator nõ debet titu-lũ in bene-ficio.

REGVLA X.

Tem, Reuocauit quaſcunque Expectati
nas quæ in aliqua ſui parte ſunt ſortitæ
ectũ, ac reualidationes, extenſiones, col
ionum mutationes eas quomodolibet
cernẽtes, necnon alias quàm ſuper qui-
s per cancellariam apoſtolicam literæ in
rma ſolita expediri conſueuerunt reſer-
tiones de quibuſuis etiam patriarchali-
s metropolitanis & alijs cathedralibus
cleſijs ac monaſterijs & beneficijs vacatu-
s cum mandatis de prouidendo & exten-
nibus inde ſecutis per prædictum Si-
um prædeceſſorem in fauorem quorum-
nq; & quibuſcunque conceſſas & factas
facultates nominandi reſeruandi & con
rendi prærogatiuas & indulta quæ circa
gra

gratias & reseruationes huiusmodi ab eodem prædecessore emanarunt quo ad ea in quibus nondum sunt sortitæ effectum.

Expectatiua dicitur priuilegiũ & non rescriptum.

ISta regula dicit, quòd Papa reuocat quascunque expectatiuas concessas per Sixtum quæ in aliqua parte sunt sortitæ, effectũ. Item reualidationes &c. Itẽ reseruationes de quibusuis beneficijs vacaturis in fauorem quorũcunq;, excepta reseruatione, secundũ quam literæ solitæ sunt expediri per cancellariã. Itẽ facultates nominandi, reseruandi & conferendi. Item prærogatiuas & indulta circa gratias &c. Et diuiditur in tres partes, prout infrà dicam. & circa hanc regulam est notandum, quòd expectatiuæ non sunt reuocatæ ipso facto per mortem concedẽtis, vt hic. & facit c. si super gratia. de rescrip. lib. vj. ¶Et ratio est, quia expectatiua. dicitur priuilegium principis, & non rescriptum, vt notat Sicul. in c. ex parte. Io. j. & ibi Doct. de off. deleg. ergo sequitur, quòd illud priuilegiũ debet esse perpetuum. c. decet concessum à principe. de reg. iur. lib. vj. & quicquid emanat à principe potest dici priuilegium, vt not. Ioan. And. in c. olim. de verb. signific. secundũ Bal. in præludijs feudorum. in viij. col. & in cap. j. de noua for. fid. in fin. & non obstat c. fi. de cõces. præb. lib. vj. Nam illud c. non dicit quòd ipso iure reuocatæ sunt expectatiuæ per mortẽ Celestini: sed quòd ipse Bonifacius reuocauit. & declarat ille textus quid retineatur per illã reuocationẽ, & cõcludit quòd ius ad rem, sed non ius in re. & arbitror quòd ipse fuit primus qui reuocauit expectatiuas prædecess. suorũ. facit c. si is cui. & c. quodã. de præb. lib. vj. & si dicatur ꝙ per c. si cui. in ij. resp. cẽsentur reuocatæ expectatiuæ.

ybi dicitur quòd si mãdatur prouideri ali- le beneficio vacaturo, quòd expiret manda mortuo mãdatore re integra. ergo &c. Di- reuiter non curando de solutione gloss. ibi, dicto c. si; super gratia. & veritas est ista, d propter fulminationẽ processus quam fe- xecutor ostẽsa sibi bulla expectatiua, non amplius res integra. & ideo illud c. facit hac parte dum dicitur ibi, quòd reuocantur data de prouidendo re integra &c. & hoc gl. intellecta bene in c. præsenti. in verbo ur. de off. leg. lib. vj. quæ ad hoc allegat di- c. si cui. Aliàs in legato notificatio in iudi- & decretũ non perpetuant iurisditionẽ, vt t gl. sed in executore Papæ vult contrariũ. oc est clarũ de iure, quòd expectatiuæ non sentur reuocatæ per obitũ cõcedẽtis: quod lligi debet verũ si ante obitum est fulmina- processus, vt dixi. & hoc vult Lapus quẽ re Dominicus in dicto c. si cui. in ij. col. qui di quòd si executor eligit procedere vt iudex debet citare ad perpetuationẽ iurisditionis, eligit procedere vt executor, tunc incipit pere à processu qui sufficit sine citatione, aliud mandaretur per superiorẽ obseruari. quo infero, quòd cùm gratia expectatiua ceditur absenti, & de stylo cancellariæ com titur in partibus in forma dignum arbitra- &c. & si antequam veniat ad manus exe- oris in partibus, & antequam fulminet pro- ium, Papa moriatur. quòd ipso facto cense- illa gratia reuocata per dictũ c. si cui. in fin. oc circa primam partem huius regulæ. Cir- quam quæro: Hic dicitur quòd reuocat Pa- expectatiuas quæ sunt sortitæ effectum ali- m. &c. ponas quòd non sit sortita vna gra- tia

Mandatũ de prouidẽdo an expiret mortuo Papa.

tia expectatiua aliquem effectum à contrario sensu, videtur quòd non sit reuocata, vt hic. sed nunquid manebit integra ad omnia beneficia ibi comprehēsa: vel satis est quòd postea sortiatur aliquem effectū: & cum aliàs fuissem in curia de hoc dubio interrogatus dixi quòd nō durabat quo ad omnia beneficia ibidem comprehensa, sed quousque sortiatur aliquem effectum: & ad hoc allegabam l. Arriani. C. de hæret. & in omnibus authen. incipientibus, sed hodie vel hodie &c. ergo sequitur quòd cum illa gratia sortiatur effectum aliquem, statim vigore istius regulæ est reuocata per prædicta.

¶ Quo ad secundam partem ibi, necnon &c. hic solebat esse in regulis Pauli & etiam Sixti, etiam si sint sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinales: sed hic non ponitur: & quod non exprimitur hic non comprehenditur, vt dicit expressè Ioannes Andr. & aliqui alij in capitu. de schismatic. lib. vj. loquentes de regulis cancellariæ an comprehendant cardinales: vnde aliquid dicunt ibi, & in cap. fin. de concessione præben. lib. vj. quòd etiam illa reuocatoria capituli fin. gratiarum expectatiuarum non comprehendebat cardinales. De hoc tamen aliquid dicā in alia regula nouiter facta infrà, quia latissimè dixi in xvij. q. cardinalium, in tertia parte. ibi, ac facultates nominandi, reseruandi, ac conferendi &c. per hoc verbum conferendi vidi magnas altercationes in curia, an alternatiua concessa ordinario censeretur reuocata per hāc regulā. & vidi dari dubium hoc modo, an alternatiua domino episcopo Tirasonen. quamdiu ecclesiæ præfuerit cōcessa, per regulam domini Sixti sit reuocata: & in hoc dubio allegauit Ioachinus de Naruia aduocatus famosus, & tenuit quòd non.

Alternatiua cōcessa ordinario quādo censeatur reuocata.

.incipit eius allegatio,ad primum dubium
& possem hic interserere eius allegationes,
n forem longus : & in hac causa non re
or quid fuerit sententiatum. Sed de anno
v. datum fuerit simile dubium per Bartho
æum de Belentinis quod sequitur, videlicet
m alternatiua moderni episcopi Legioñ.
rauit per obitum felicis recordationis do
Pauli, attentis eius verbis, & tenore regu
ancellariæ : & in hoc fuerunt allegationes
licæ: & pro parte affirmatiua tenuerũt do
us Coronatus de Planca & dominus Pau
Tuscanella tunc auditor & tunc aduocatus
istorialis. & ego consului pro hac parte: &
ilium meum: incipit, Istud primũ dubium.
d hic etiam possem inserere : tamen nescio
Papa secretè declarauerit mentem suam au
ribus: tamen xviij. Ianuarij anni prædicti
inus Bartholomæus de Belentinis auditor
nuntiauit pro Salmeron contra Ludouicum
res quod nõ expirauerat: & fuit ratio, quia
atio beneficiorum pertinebat episcopo soli
capitulo, & propterea non videbatur re
ata, quia non erat facultas. argumen. capit.
aliquibus. cum glossa, de rescriptis. libro
o. Sed certè nescio quid responderi possit
erba alternatiuarum : quia licet in eis di
r, dum ecclesiæ tuæ præfueris &c. tamen
m dicitur ibi, ac si nostræ non existerẽt ex
atiuæ &c. ergo sequitur quòd licet per
tem concedentis non expirauerit, tamen
nouas expectatiuas scilicet successorum di
tur expirasse per dicta verba. facit capitu
, si gratiose. in argum. de rescriptis, libro se
. tamen quia verba alternatiuarum sunt va
refero me ad veritatem ; & illud quod tenui
in

in consilio meo tunc, teneo nunc, & non obst. quòd dicitur in hac regula, & pūctuatur isto modo per Ioachinum, scilicet conferendi, scilicet prerogatiuas & indulta &c. quia hoc nō est verum, imò debet ibi fieri punctus conferendi tantum. Nam nunquam fuit visum quòd Papa daret alicui facultatem conferendi prærogatiuas: ergo debet intelligi de collatione beneficiorū, arg. l. verbum volo. C. de fideicom. ¶Et quia reuerēdissime Pater nunc super cauda istius regulæ oriuntur variæ quæstiones, scilicet an prærogatiuæ gratiarum quæ nondum sortitæ sunt effectum sint reuocatæ: quia à cōtrario sensu huius regulæ videtur quòd non, tamen breuiter agam, & dico quòd de prerogatiuis regularū scilicet quòd graduatus non graduato &c. ergo non dubito, & dico quòd expirauit procemium istarum regularū, & quod ibi dixi. Sed de alijs prerogatiuis scilicet concessis familiaribus descriptis, & de similibus certè reuerendissime domine in hoc ego dubito: & cōsului vnum auditorem, & dixit mihi quòd prerogatiuæ cōcessæ collegio non expirabant, sed aliæ sic. & postea dixit, quòd ex quo prærogatiua erat pars gratiæ quòd ex quo durabat gratia etiam videtur durare prærogatiua: & nihil mihi allegauit. Ego vero sub correctione D. T. R. dico quòd cum familiaritas non est aliud nisi quædam societas, vt dicit Ioannes And. & Doct. in cap. sicut. de verb. sign. libro vj. ergo sequitur quòd mortuo pontifice soluitur ista societas. Instit. de socie. §. soluitur. ex quo sequitur quòd licet remaneat gratia, non tamen remanet prærogatiua: quia prærogatiua est separabilis à gratia. faciunt gl. & iura ibi alleg. in cap. vtile. de reg. iuris. lib. vj. & quod dixi s. in procemio. ergo &c.

An per obitum Papæ expirent prærogatiuæ.

Familiaritas dicitur quædā societas.

Item prærogatiua deſcriptorum ſibi data
ɔullam quãm vidi & habui corã me, dicit
ı finẽ, & in medio, quòd in aſſecutione be-
iorum debeant illi familiares præferri, &
ıs alius poteſt ſibi ratione priuilegij præ-
&c. Ex quo ſequitur quòd iſta qualitas fa
ıritatis debet adeſſe tẽpore vacationis be-
ːij: quia qualitas adiecta verbo debet adeſ-
mporeverbi. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff.
oxa. ſed hoc eſt impoſsibile, quòd illa qua
familiaritatis poſſet tũc adeſſe: ergo ſequi
quòd expirauit illa prærogatiua, maximè
ı ſub vno conſtructo ponuntur illi familia-
& reguntur ibi à verbo ſint potiores, ibi po
ergo debet intelligi in aſſecutione benefi-
um, vt ibi dicitur, ſecundum doctrinã Bal.
tális ſcriptura. ff. de legat. j. & vltra Doct.
go glo. in c. cum ſpeciali. in verbo de recu-
ria. de appel. in ſimilibus verbis: & ſi obij-
ur mihi de lege ſi cognatis. ff. de rebus dub.
probatur, quòd ſatis eſt quòd qualitas ſit
pore diſpoſitionis. reſpondeo quia quando
litas ponitur cauſa demõſtrationis, ſatis eſt
ıd aſsit momento temporis, vt in illa l. ſed
ndo ponitur loco finalis cauſæ: tunc ſecus
quia ceſſante cauſa &c. hæc ſunt verba Bal.
. humanitatis. in vj. col. C. de impub. & a-
ſubſtitu. qui ſic intelligit d. l. ſi cognatis. &
eſt caſus noſter, ex quo ſequitur quòd mor-
Papa vel recedente familiari deſcripto ab
tũc ceſſat cauſa familiaritatis: quòd ſi poſt-
vacet beneficium, ceſſat prærogatiua: & ſic
i in receſſu familiarium pronuntiare in Ro
empore Pauli: & poſtea conſului R. P. D.
ſcopum Nucerinum. & per iſta mea funda-
nta idem dixit mihi, cui credendum eſt: quia

Qualitas adiecta debet adeſſe tẽpore verbi.

Quæſtio.

Familiari Papæ recedente ceſſat ipſius prærogatiua.

est doctus & valde expertus in Rota. & idē; dixit d. Coronatus aduoc. consistorialis valde doctus & stylatus. & in hoc etiam est mecum do. Nicol. de Castello doctissimus & resolutus doctor, abbreuiator de parco maiori aduocatus consistorialis. Ex quibus infero, quòd cum cessset prærogatiua descriptorum, quòd à fortiori cessat prærogatiua ad instar eorū, quia vbi nullum est subiectum, corruit correlatiuum, vt dicit Bald. in c. j. de feu. guar. in col. x. & alleg. gl. in c. j. de fid. instru. Sed in hoc licet prædicti domini idem dixerint mihi, tamē Nicolaus de Castello dicebat contrarium, quòd licet cesset priuilegium descriptorum, tamen non istorum ad instar: & allegauit mihi Bald. in l. priuilegia. C. de sacrosan. eccle. tamen contra eū possum allegare glos. iuris canonici & ciuilis quas omitto causa breuitatis. Et hoc credo verius: ipse tamen dixit mihi quòd essem causa si hoc tenerem, quòd multi habētes ad instar destruerentur. ego tamen dico quòd si mea opinio foret vera, prout credo, ero causa lucri multorū pauperum, qui sunt diligentiores in processu: & quia dixi de prærogatiuis datis collegio, ꝙ non expirant: fateor quando toti collegio dantur, secus si singularibus de collegio: & sic intelligo l. sed si hac. §. qui manumititur. ff. de in ius voc. qui §. est canonizatus. xxij. q. ij. c. qui manumittitur. & hoc vult gl. in simili in cap. cumvenissent. de restit. spo. quæ dicit, quod collegio datur, nemini datur, per illum §. sed quia quæstio pendet cōtra vnum de certo collegio, pro nunc taceo. Sed de hoc quādo appellatione personarum comprehendatur collegium vel ne, plenè dixi in tractatu futuri cōcilij. in verbo vniuersitas. quem direxi Sixto cōtra Venetos:

Prærogatiua ad instar descriptorum familiarium.

& hæc

æc sub correctione D.T.R. & ad argumen-
à contrario sensu huius regulæ respondeo,
a cessat hic: quia contrarium fundatur de iu
vt dixi. Sufficiat c. à nobis. lo. iij. de senten.
com. & non curo hic ponere quid est quod
dicitur in fine, quæ nondum sunt sortitæ ef
um &c. quia essem longus in sermone. cre-
tamen quòd super hoc exponentur multæ
uniæ. Quia tamen aliquis posset dubitare,
d vult ista regula ibi: necnon alias quàm
er quibus &c. & breuiter est intentus regu-
quòd reuocātur reseruationes speciales, ex-
tis illis super quibus literæ in cancellaria
ūdum stylum expediuntur, puta per munus
secrationis. Item per contractum matrimo-
, per assecutionem alterius incompatibilis,
l per professionem emittendam: quia in istis
et cancella. scribere secundum certum sty-
n, scilicet dudum, si quidem prouidimus de
i ecclesia. Titio per munus cōsecrationis spe
tur vacare talia beneficia quæ donationi no
æ reseruauimus &c. ea tali conferre manda-
us &c. tunc si ante consecrationem illius mo
atur Papa, nō expirat illa reseruatio. Et hoc
ult dicere ista regula. & istæ reseruationes li-
t sunt speciales, tamen non reuocantur hic,
iam si sint ad beneficia vacatura: & sic respō
t mihi dominus Nicolaus de Castello, qui
it conditor istarum regularum Innocētij viij.
sic respondit & posuit exemplum.

Reseruatio beneficij p munus cō-secrationis &c.

REGVLA XI.

ITem rationabilibus suadentibus causis
ipse dominus noster oés vniones, anne-
iones & incorporationes de qbusuis ca-
nedralib. necnō alijs ecclesijs ac monaste-

rijs dignitatibus personatib⁹ officiis & beneficijs & locis ecclesiasticis, qualiacunque fuerint inuicẽ, vel alijs ecclesijs monasterijs mensis dignitatibus personatibus officijs beneficijs & locis quomodolibet apostolica vel alia quauis authoritate factas quæ suũ sortitæ nõ sunt effectũ: ac quæcunque concessiones & mandata super vnionibus, annexionibus & incorporationibus taliter faciẽdis, reuocauit cassauit & irritauit, nulliusq́; decreuit existere firmitatis: nec alicui quascunq; clausulas vel adiectiones in quibusuis apostolicis etiam quæ motu proprio aut ex certa sciẽtia processerãt & emanauerunt literis quomodolibet contentas aduersus reuocationem, cassationẽ & irritationem huiusmodi voluit aliquatenus suffragari, vnionibus, annexionibus & incorporationibus in fauorem sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinaliũ: quas in suo robore permanere voluit in his omnibus duntaxat exceptis.

ISta regula dicit quòd reuocat Papa omnes vniones, annexiones & incorporationes quę non sunt sortitæ effectum etiã si motu proprio &c. Ratio dubitandi fuit maxima, quia priuilegium principis vel ordinarij debet esse perpetuum. ar. c. decet. de reg. iur. lib. vj. ¶ Sed ratio decidẽdi est clarissima, quia vt dicit Old. cõsi. cclx. quod incipit, quòd vnio facta per episcopum

pum in principio vnio duarũ ecclesiarũ est con
ra ius cõmune,& etiam duorũ beneficiorum:
quia quælibet ecclesia debet habere proprium
ectorẽ.c.quia nõnulli.de cler.non resi. xxj.q.
per totũ.& hoc est quod vult dicere Bal.in c.
.in j.col.episcopum vel abbatẽ. col.x. dicens
quòd regulariter vna ecclesia nõ est ancilla al
erius.& allegat Io.Mo.aliàs Io.An.in c.si.de
escrip.lib.vj.idẽ intelligo de beneficijs alijs:
quia de iure communi vnusquisq; deberet resi-
ere in beneficio suo,etiã x x.solidorum.c.con
querẽte.de cle.nõ resi.ergo &c.Ideo istæ vnio
es dicũtur odiosæ de iure communi: quia per
as minuitur cultus diuinus, & debẽt restringi.
.odia.de regu.iur.lib.vj.Et est sciendũ, ꝙ in-
er ista vocabula,scilicet vniones, annexiones
& incorporationes,est maxima differẽtia: quia
õ est adeo vocabulũ quod licet videatᷣ vnũ &
dem cum alio,quod nõ habeat differentiã ali-
quam,vt est tex.cũ glos.in.l.si idem esset.C.de
odi.ideo dicit Bald.in l.ex legato.C. de leg.
ꝙ similia vocabula quæ adinuicẽ differũt,non
ifferũt sine magno mysterio.& ideo licet vnio
otest fieri vno de tribus modis secũdũ gl.c. &
ẽporis qualitas.xvj.q.j.& c.j.ne sede vacãte.
& in cle.per literas. de præben. & est magna
ifferentia inter modos istos:& ibi tamẽ de in-
orporatione pono nunc exemplum quod vidi
n legatione domini Vlixboneñ. nã fuit propo
ta vna supplicatio corã eo quòd ecclesia col-
egiata habẽs iiij.canonicos & canonicatus nõ
alebat nisi v.duca.& nõ seruiebãt canonici,
ꝙ vnirẽtur dignitati eiusdem ecclesiæ propter
aupertatẽ &c.ego dedi votũ contrarium per
rædicta iura quæ superius allegaui.& ista pro
riè vocatur incorporatio:quia extinguitur be

Vnio est contra ius commune.

Vna ecclesia non debet esse ancilla alterius.

Vnio annexio & incorporatio differunt.

neficiũ & incorporatur alteri in eadẽ ecclesia. Item ista regula habet locũ in istis: quid tamen factũ sit in illo nescio, quia episcopi referendarij tunc erant contra me. ¶ Et inquantum ista regula dicit: nisi sortitæ sint effectum &c. super hoc emanauit vna extrauagãs Martini V. quæ declarat istã regulam, scilicet quãdo non est secuta possessio: & vult etiã sentire de possessione pacifica. sed ego intelligebã istam quãdo stabat per aliquẽ cuius fauore fiebat vnio quo minus haberet possessionẽ, quia tunc in eius odiũ censetur reuocata illa vnio, quia fortè expectabat pinguius beneficiũ &c. ideo fraus & dolus nõ debent ibi suffragari. l. nemo ex delicto. ff. de reg. iur. sed si volebat capere possessionẽ, & fecit quantũ in se fuit, & nõ potuit habere, sed tamẽ executor suus sibi cõtulit, tunc secus: nam in hoc casu non credebã habere locũ illam extrauagantẽ per iura vulgaria. c. imputari. & c. cum nõ stat per eum. de reg. iur. lib. vj. & quia per collationẽ acquiritur ius in re. c. si. de concess. præbẽ. lib. vj. ergo censetur iste habere effectum in tali vnione. & hoc allegaui in Rota in vna causa, nescio quid fuit determinatũ. Et de materia vnionum multa possem hic dicere: sed quia nõ facerẽt ad propositũ omitto. ¶ Vnum tamẽ dicã, ꝙ iste modus vnionũ est vnus de tribus ad fraudandũ c. de multa. & extrauag. execrabilis. de duobus vel tribus incõpatibilib. quia nõ habet locũ in beneficio vnito. c. super eo. de præb. lib. vj. alius modus est per administrationẽ, & alius per cõmendã. c. dudũ. de elect. & c. qui plures. xxj. q. j. & vel nobis cũ istis fraudibus dũ steterimus ante tribunal Christi, qui est scrutator cordiũ, & cognitor secretorũ. c. tua. de simo. & c. in ciuitate. de vsur. & sic se excusant

Qualiter cognoscitur quod vnio non est sortita effectum.

Incompatibilitas tollitur per vnionem beneficiorum.

q. [illegible] publ. [illegible] q. ij

ſant Cardinales qui habẽt tres eccleſias cathedrales in adminiſtratione, vel cõmẽdam, vel faciũt vniri ad idẽ de epiſcopis. ¶ Item nõ omitto aliud in hoc dicere de annexis. ꝙ impetrans beneficium, & nõ faciens mentionem de annexis, ſi valorem verũ etiam cũ annexis expreſſit, non cenſetur gratia ſubreptitia, vt vult gl. not. in c. gratia. de reſcri. lib. vj. & ſic obtinuit vnus in Curia in cuius fauorẽ allegaui hoc: ſed iſtud intelligo verum, quãdo illa annexa erant acceſſoria ad illud beneficium impetratum: ſecus ſi fuiſſent principalia, ſcilicet quodlibet per ſe: ad hoc allegarem gl. in d. cle. per literas. de præben. & c. ne ſede vacante. & in d. c. temporis qualitas. xvj. q. j. Nam ſi tunc expreſsiſſet, nõ ita de facili habuiſſet impetrans. ar. c. poſtulaſti. & quod ibi no. Io. de Lig. & Abb. de reſcri. ergo &c. Iſta ſufficiãt ꝓ nũc: et omitto dicere hic quare excipiant hic Cardinales. et qa eſt ꝑiculoſum ponere os in cœlũ, meli⁹ eſt tacere. Os in cœlum ponere periculoſum eſt.

REGVLA XII.

Item prædictus dominus noſter oẽs & ſingulas ab ipſo Sixto prædeceſſore infra annũ ante diẽ obitus eiuſdẽ gratiæ conceſſas vel iuſtitiæ literas tẽporibus debitis earũ executoribus non præſentatas omnino reualidauit, & in ſtatum priſtinum quo videlicet antè fuerãt, & eos pro quib⁹ erãt obtẽtæ quo ad hoc plenariè reſtituit, ac decreuit per executores prædictos vel ab eis ſubdelegatos perinde ad ipſarũ executionẽ ꝓcedi poſſe & debere, ac ſi executio huiuſmodi tẽporibus prędictis inchoata fuiſſet,

ISta regula dicit quòd Papa reualidat literas gratiæ vel iustitiæ emanatas à Sixto per annum ante obitum suum nõ præsentatas executoribus earum: & mandat quòd executores earum possunt perinde procedere super eis, ac si tempore debito fuissent præsentatæ &c. Ista regula habet duas partes: primam quo ad literas gratiæ, secundam quo ad literas iustitiæ. Quo ad literas gratiæ potest poni exemplum in restitutione ad appellandum, & in alijs similibus concernentibus iurisdictionem: & de hoc loquitur ista regula, quod apparet ibi dum loquitur de executoribus, & de eorum delegatis: & hoc est quod voluit dicere Bald. in c. j. §. ad hæc. in iiij. col. de pace iuramen. firman. col. x. vbi quærit an gratia facta super iurisditione potest probari sine sacris apicibus: & dicit ꝙ non. allegat. l. j. C. de man. princ. & l. probatorias. C. de diuer. offi. lib. xij. Nam etiam gratia potest fieri super rebus concernentibus iurisditionem: nam princeps videtur facere gratiam in eo quod tenetur facere etiam naturali ratione, vt ipse no. in eod. §. viij. col. & non loquitur illa regula de gratijs expectatiuis super quibus dantur executores, quia regula alia superius dicta reuocat expectatiuas: nisi vellemus dicere, quòd non reuocantur etiam illæ expectatiuæ etiam non præsentatæ executoribus quando nullum sunt sortitæ effectum, vt ibi dicitur. & sic intelligi potest etiam ista regula etiã de gratijs expectatiuis: quia licet de iure essent reuocatæ, ex quo res erat integra, vt in cap. si cui. §. fin. de præben. lib. vj. tamen reualidat eas dũ tamen infra annum ante obitum Sixti fuisset data expectatiua. Ex quo sequitur, quòd cũ data omnium expectatiuarum fuerit de primo an-

Gratia facta per Papam super iurisditione probari debet per sacros apices.

no

no ſui pontificatus de primis & ſecundis ſub vna alia data,quòd iſta regula non haberet locum in expectatiuis,niſi in eis quæ fuerunt datæ ſub data currēti fortè propter reſeruationes ſpeciales &c. & hoc verum in his quæ fuerunt conceſſæ ante annum obitus ipſius,vt hic dicitur. Item non intelligatur iſta regula de nouis prouiſionibus vel de gratia ſi neutri, quia licet in eis dentur iudices & executores, tamen etiā ſi ſint conceſſæ ante annum obitus ſui,nihilominus crederē, quòd nō cenſentur reuocatæ:quia ſuprà in octaua regula dicitur quòd poſſent expediri conceſſa per Sixtū in forma rationi congruit &c. ergo ſequitur quòd cum de iure fuit acquiſitum ius per ſolam ſignaturam Papæ in gratia ſi neutri vel in ſola prouiſione,iuxta notat. per Doct. in prooemio Sexti. & per gloſ. in clemen. dudum. §. nos enim. de ſepult. Et ſuperius dixi quòd iſta regula non extēditur ad nouas prouiſiones vel ad gratiam ſi neutri,etiam cōceſſam ante annum obitus Sixti:& ratio eſt, quia conſtitutio etiam generaliter loquens cōprehendit in ſe exceptiones etiā poſitas in alijs conſtitutionibus,licet ibi non dicātur : & idem etiam ſi exprimātur aliqui caſus tantū ibidem, vt eſt gloſ. mihi notabilis in l. ita nobis pudor. & ibi Salic. C. de adult. & in l. j. C. de cond, inde. & ſic eſt in caſu noſtro,quia iſta conſtitutio generaliter loquens non excludit caſus cōprehenſos in alijs regulis, ſed in diſpenſationibus vel in reſtitutionibus in integrum vel in ſimilibus habet locum in iſta regula. Quo ad ſecundam partē iſtius regulæ,videlicet de literis concernentibus iuſtitiam poteſt poni exemplum in capitulo, gratum. de officio delegati. quia licet reſcriptum concernens iuſtitiam in forma con-

An per ſolam ſignaturā queratur Ius in beneficio.

quæstus, vel significauit: vel ad audientiam vel forma rationi cõgruit, vel aliud simile emanatum à Papa Sixto non præsentatum executoribus vel iudicibus tempore obitus sui est reualidatum hic: quinimò secundum dictum c. gratum. & similia iura etiã si fuisset repræsentatũ, sed iudex non citauit ante obitum Sixti ipso facto expirauerat iurisditio sua, vt ibi, tamen ista regula reualidat talia rescripta quæ sunt perpetua de iure, vt in l. falso. C. de diuersis rescript. & verum est quòd limitatur, dum tamen res nõ sit integra, iuxta not. per glossam in capitulo, si autem. & in c. j. de rescript. tamen in hoc habuit Papa bonam aduertẽtiam cum bona æquitate. Et inquantum dicitur hic de concessis ante annum obitus, voluit Papa notare negligentiam impetrantis, ex quo tanto tempore non præsentauit, iuxta cap. plerũq;. de rescript. & hæc sufficiant pro nũc quo ad istã regulam salua correctione D. T. R. & alterius melius sentientis, hæc mihi vident̃ vera: & sic ex prędictis respõdi hic in curia quãdo obijt Sixtus, quòd si fuit impetratum rescriptum eius tẽpore quo iudex ibi datus non poterat citare eo mortuo: sed consului quòd expectaret hãc regulã quæ reualidat rescriptum, & tunc posset procedere, aliàs non.

Impetrantis negligẽtia notat.

REGVLA XIII.

ITem reuocat quascunque facultates concessas quibusuis patriarchis, archiepiscopis, episcopis, & alijs prælatis & personis, necnon apostolicæ sedis nuntijs ac fructuũ & prouentuum cameræ apostolicæ debitorum collectoribus, de dispensando cum quibusuis personis super matrimonio contra

tracto vel contrahendo in gradu prohibito, ac super natalium & ætatis defectibus, & de incompatibilibus ecclesiasticis beneficijs insimul retinendis, necnon de notarijs publicis creandis, ac aliàs à præmissis officia ipsorum nũtiorum & collectorum directè non concernentes quo ad omnia in quibus facultates ipsæ non sunt sortitæ effectum, etiam si nuntijs eiusdem dictæ sedis legatis de latere competens fuerit concessa potestas.

IN ista regula reuocantur facultates datæ legatis vel quibusuis patriarchis &c. vel officialibus apostolicæ sedis de dispensando in matrimonio contrahendo, vel super defectu natalium &c. in omnibus non concernentibus eorũ officium in his in quibus non sunt sortitæ effectum &c. Ista regula venit ad limitationem & declarationem superioris regulæ vbi reualidantur literæ gratiæ vel iustitiæ emanatæ à prædecesso re suo &c. sed hæc limitat nisi in casibus istis hic expressis, & sic oportet quòd intelligatur ista regula de facultatibus concessis à Sixto, & non ab isto Innoc. nam aliàs cum lex simpliciter loquitur, vt l. Arriani. C. de hæretic. videtur quòd etiam facultates concessæ ab Innoc. sint reuocatæ, quod non est verum. Nam lex declaratiua vel interpretatiua alterius debet intelligi in terminis illius declaratæ. sufficiat glos. in cap. is qui. & cap. qui contra. de cler. lib. vj. & quòd debeat intelligi de facultatibus concessis à Sixto & non ab ipso Innocentio patet: quia quando genus distinguitur per speciem, tunc dici

Lex declaratiua alterius legis qualiter debeat intelligi.

dicitur interpretatio & adiectio, vt notat Bald. in cap. j. de noua form. fid. col. x. sed genus regulæ superioris distinguitur per species hic numeratas, ergo sequitur quod hic est adiectio & interpretatio superioris regulæ. Ex quo sequitur ꝙ debet intelligi secundum terminos superioris regulæ. facit gl. in c. de multa. quam not. ibi Abb. de præben. Item quia quando est intellectus dubius, recurrere debemus ad rationẽ naturalem & ad regulas Iuris. De j. in l. scire oportet. §. & si maximè. ff. de exc. tut. de ij. not. in l. omnes distin. ff. de reg. iur. quæ iura allegat Bald. ad hoc in c. j. de alien. feud. in v. col. Sed ista est ratio naturalis: ergo &c. nec obstãt verba generalia hic posita: quia debent intelligi ciuiliter, & prout ratio dictat, & non abusiue. l. si cui. ff. de seruit. & ff. de pig. l. obligatione generali. quę iura ad hoc propositum allegat Bal. in c. j. in xj. col. de capitaneo qui cu. vend. col. x. & hoc nõ dixi sine causa: quia vnus magnus vir & magnæ scientiæ dicebat contrarium, & fortè pendet causa: ideò est tacẽda. Et inquantum regula dicit quòd facultas quæ non est sortita effectum quo ad dispensationẽ censetur reuocatã, potest poni exemplum de dispẽsatione facta, quòd duo possint contrahere matrimonium in gradu prohibito, qui licet ante dispensationem contraxissent: tamen post dispensationem requiritur nouus consensus, per notata per Doct. in c. super eo. de condit. appo. & si ante istam reuocationem non cõsenserunt de nouo, censetur reuocata ista dispẽsatio. vt hic. Sed nõ debet intelligi sic de dispẽsatione ad duo incompatibilia: quia licet dispensatus nõ habuit ista duo incompatibilia, tamen eius dispensatio nõ est reuocata, quia iam sortita est effectũ per solam

Nota.

Dispẽsatio ad duo incõpatibilia per solã signaturam sortitur effectum.

lam signaturam: vt sæpe dixi superius. faciat glos. cum text. in clem. dudum. §. nos enim. de sepul. & hoc vult dicere ista regula in hoc, quòd licet habens facultatem dispensandi cum x. vel simpliciter dispensat cum octo, quòd quo ad alios cum quibus dispensauit est reuocata facultas: & etiam de iure communi idem est quo ad non incœpta per obitum cōcedentis, vt est gl. notabilis in c. pastoralis. iuncto text. de rescrip. in fin. ¶ Item est notandū hic, quòd isti officiales de quibus in regula, non reuocantur hic primò, quia sunt officiales apostolicæ sedis vt hic, arg. c. quoniā abbas. & quia ibi notatur de offic. deleg. & c. si gratiosè. de rescript. lib. vj. Itē patet hic & ibi officia ipsorum &c. non concernentes &c. Ex quibus verbis etiā infero, quòd comes Palatinus creatus à Sixto, vt possit facere Doctores & notarios &c. quia est officialis apostolicæ sedis, non est reuocatus: & post reuocationem factam hic potest facere Doctores & notarios: quia hoc concernit officium suū principaliter. ergo non censetur ista facultas hic reuocata per prædicta verba istius regulæ.

An comes palatinus sit reseruatus p hanc regulam.

REGVLA XIIII.

ITem vt in apostolicis literis committendi crimen falsi per amplius occasio tollatur, voluit, statuit, & ordinauit, quòd in antea dictiones numerales quæ in dictis literis ante Calēdas, Nonas & Idus immediatè poni consueuerunt, per literas & syllabas extensæ scribantur: & illæ ex præfatis literis in quibus huiusmodi dictiones aliter scriptæ fuerint, ad bullarium nō mittentur.

IN ista regula dicitur, quòd dictiones numerales dierum, videlicet ante Calendas vel Idus vel Nonas &c. debent poni extensiuè per literas & syllabas, & nõ numeraliter in literis apostolicis, aliàs non mittantur ad bullariũ. Exemplum pono: quia debet dici octauo calẽdas per syllabas & non viij. calendas vel oct. numeraliter. & idem de nonis & idibus, videlicet quinto nonas Martij, & non v. nonas Martij. Et ad intellectum istius regulæ licet totum sit D.T.R. tamen quia aliqui visuri eandem regulam fortè ignorabũt vocabula: & ne dicatur mihi quòd de notorio loquimur, & quid sit notoriũ ignoramus, vt ait glos. in c. manifesta. ij. q. j. & facit gl. in l. stipulatio ista habere licere. §. hi quoq;. ff. de verb. obl. ideò videndum est quid vult regula ista: & quid sunt Calendæ, & quid Nonę, & quid Idus. & mihi sciendum arbitror, quòd Calendæ, arum, dicuntur in quolibet die primo Mensis cuiuslibet dicũtur à calo, lis, id est voco, cas: quia præco ascendebat pulpitum & vocabat omnes homines ad nundinas fiendas. hoc dicit glos. j. in fin. in l. cum bissextus. ff. de verb. sig. & in data vj. lib. vel dicunt à colo, lis, quia illum primum diem reuerebantur antiqui, vt dicet gl. in d. l. Itaque in quolibet mense fiebant nũdinę & durabãt per octo dies, & inde vocantur nundinæ, arum, & incipiebant regulariter quinta die cuiuslibet mẽsis, nisi in quatuor mensibus, videlicet Martio, Maio, Iul. & Octobri. quia incipiebant semper in septimo die. vnde versus: Sex nonas Maius October Iulius & Mars. Quatuor & reliqui tenent idus quilibet octo. vt dicit gl in data vj. & in præfata l. cum bissextus. & postea erat diuisio nundinarum, & vocabatur idus, id est diuisio nundinarũ. Vnde

Vnde dicãtur calẽdę.

Versus.

genti

gentiles ad euitandum falsitatem computabāt per antiphrasim, id est tot dies ante calendas, vel idus inclusiuè in omnibus diebus qui erant ante calēdas, & ante nonas, & ante idus: & illa dictio ante semper subintelligitur, etiam si non exprimatur, vt volūt glossæ in d.l. cum bissextus. & in data sexti. & Ioan. de Imol. qui plenè examinat hanc materiam, in l. cum qui calēdis. ff. de verb. obl. cuius verba vel sententiam recitaui in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verb. obl. legendo hic Romæ tanquàm subrogatus domini Nicolai de Castello eximij Doct. nunc abbreuiatoris de parco maiori, & aduocati consistorialis dignissimi: & quia non fui solutus de prima à Papa, dimisi lecturā. Et illa dictio ante ponitur inclusiuè, scilicet quia includit illum diem in quo ponitur & illum ad quē refertur. ita vult gl. iij. in d.l. cum bissextus. de verb. sig. vnde in prima die mensis Martij vel alterius dicuntur simpliciter Calendæ. & secunda Martij dicitur sexto nonas, id est sexto die ante nonas. tertia die dicim⁹ quinto nonas. quarta die dicimus quarto nonas. quinta die dicimus tertio nonas. sexta die dicimus pridie nonas. septima dicimus nonas simpliciter. octaua die dicimus octauo idus, id est octaua die ante idus inclusiuè: & sic de singulis. & decima quinta dicimus idus simpliciter: & in omnibus alijs diebus computando per antiphrasim, scilicet decimosexto die dicimus decimo septimo calēdas Aprilis, id est die decimoseptimo includendo aliam diem & primā Aprilis vt dixi: & sic de singulis. vt patet in diuersis glos. & idem dicendum de alijs mensibus quibus sunt nonę v. die. licet in hoc mirandum, quia de iure reperitur quòd debemus dicere secundo calendas, & secundo

De calēdis nonis & idibus.

cundo nonas, & secundo idus, vt patet in calendario cui debemus dare fidē, vt vult gl. in data in vj. lib. & hoc apparet: quia si dictio ante includit vtranq; diem, vt dicit gl. prædicta. l. sequitur ꝙ possumus dicere secūdo calendas &c. tamē Cancellaria nec camera nō ponit nisi pridie calendas, pridie idus, & pridie nonas: & iste stylus fundatur in l. j. ff. de manumissionibus. & interrogaui aliquos abbreuiatores & scriptores, quare non dicimus secundo calendas. Dixerunt mihi, quia numerus secundus præsupponit primū. Sed nō reperitur primo calēd. ergo &c. Sed certè ista ratio nō satisfacit: quia idem esset dicendū de decimo calēdario &c. maximè cum dictio ante, subintellecta includit diē calēdarū, vt dicit illa gl. in d. l. cum bissextus. ideò non placet mihi illa ratio. Sed hodie si diceretur secūdo calendas, contra stylum cancellariæ & cameræ præsumeretur de falso propter stylū, arg. c. quàm graui. & c. licet. de crim. fal. Nihilominus tamen crederem quòd Bullæ valerēt, & hoc per supradicta, & per hāc regulam quæ dicit dictione ante calendas tantum. Iudex verò cui præsentarentur tales bullæ deberet consulere Papam antequàm obediret eis, arg. s. c. si quāto. de rescript. & iurium allegatorum. Et sic vult dicere ista regula, quòd si fortè est data supplicatio octauo calendas Martij, vel octauo idus Martij: vel sexto nonas Martij, quòd debet scribi ad longum, scilicet octauo calendas Martij, vel octauo idus Martij: vel sexto nonas Martij per literas & syllabas, & nō per abbreuiaturas, videlicet. viij. calendas Martij vel viij. idus Martij, vel vj. nonas Martij &c. ad euitandū falsitatē: quia postea posset minui aliquid vel addi, quod non potest poni vel addi sine

Data bullarū debet ad longū scribi, non autem per abbreuiaturas.

ſine ſuſpicione,ſi per literas & ſyllabas poneretur. ad hoc venit iſta regula. & ratio dubitandi fortè fuit,quia non refert an aliquid fiat vel eius ſimile ſufficiat. cap. fin. xxxvij. diſtin. cum gloſſa ſua. & ibi ſunt cõcordantiæ. & facit gloſſa ſingularis ſecundum Angel. ibi in l. j. §. qui præſens. ff. de verb. oblig. in verbo annuiſſet. qui dicit quòd humeris fit obligatio, & etiam capite. & Ioã. de Imol. dat ſibi ſociam in l. item quia. ff. de pact. & ego do aliam ſociam in cap. penult. in prima gloſ. in fin. de ſponſ. ergo videbatur quòd idem eſſet dicere, viij. Calẽdas, ſicut dicere octauo Calendas, per literas & ſyllabas. Sed ratio decidendi fuit, quia in literis Apoſtolicis nulla ſuſpicio debet eſſe, ſed clara debent eſſe omnia. faciunt dicta iura cap. quam graui. & c. licet. de cri. falſ. & c. inter dilectos. de fid. inſtr. & maximè quia propter dulcedinẽ beneficiorũ ſtudium eſt faciẽdi falſitatem, ſicut in ſimili not. Bald. in c. quia veriſimile. de præſump. qui dicit quòd propter dulcedinem beneficiorum ſtudiũ eſt corrũpendi teſtes. ergo &c. Ex prædictis tamẽ infero, & ex iſta regula à cõtrario ſenſu, ꝙ inſtrumẽta in quibus nõ fit extenſio per literas nec per ſyllabas, etiam ſi poneretur dies ante Calẽdas & idus & nonas, ꝙ valerent, & nõ eſſent ſuſpecta. Item ponderandum eſt hic verbũ, ad bullarium nõ mittantur: quia iſte plũbarius vt arbitror eſt plumbator: vel melius fortè vicecãcellarius, qui debet bullas expedire. ſed primũ magis placet. Nã bulla dicitur plũbũ pendẽs, ſiue ſigillũ ſit de auro ſiue de plumbo. hoc dicit gl. iuncto tex. in cle. j. de iureiur. in verbo aurea bulla. hoc etiã probat textus apertus in c. licet. §. j. de crimi. falſ. ibi, vt falſa bulla falſis literis apponatur &c.

Dulcedo beneficiorũ facit cõmittere falſitatem.

Quid dicatur bulla.

& in duobus paragraphis sequētibus. Et sic sequitur quòd plumbator dicitur bullarius, licet textus in eo. c. §. nos. velit etiā quòd vicecācellarius dicatur plūbator. sed ibi etiā potest capi etiā pro plūbatore: tamē si mitterētur, fortè valerēt bullæ: quia hic nō annullātur, ergo &c. & nunquam debemus inducere annullationē, nisi in casibus expressis in iure: quia annullatio est pœna. gl. in c. decet. de immuni. eccl. lib. vj. hoc dicit Abb. in c. j. vt ecclesiastica beneficia. quæ pœna nō debet imponi, nisi in casibus iure expressis, nisi per sentētiā. faciūt notata in c. si diligēti. de fo. cōp. & in l. in criminali. C. de iur. omn. iud. & prædicta volui dixisse ad declarationē huius regulæ. Et videat D.T.R. quādo fueris Papa, Deo dante, an posses me facere datariū. & si venisset ad ꝓpositū hic inseruissem de literis & de cifris & de cōtrasignis. & an statutum loquēs de portāte literas bannitorū ad ciuitatē, habeat locū in portāte cifras vel cōtrasigna, & aliàs dixi ꝙ nō, per multa iura tàm ciuilia quàm canonica. Sed quia nō faciūt ad ꝓpositū omitto, ne sim tædiosus D.T.R. & ne videar superstitiosus, id est inanis gloriæ. Nec curo allegare hic aliā gl. de nonis & idibus & Calendis in c. propter ecclesiasticas. lo. j. xviij. dist. Nec hic dicere est meū, quare ecclesia approbet istum numerum Calendarum, Nonarum, & Iduum, cum obseruatio Calēdarum sit reprobata iure, vt in c. non licet. & c. si quis Calen. & c. non obseruetis. xvj. q. vij. quia non facit ad propositū. Rationale tamen diuinorum assignat rationē si rectè memini, quod alibi dico. Sed nō omittā vnū verbū quod dicit Bal. in c. j. §. die lunæ. de pa. Cōst. quòd in literis Apostolicis ponūtur Idus, Calēdæ & Nonę &c. ad soluendum

Plūbator in cācellaria Apostolica dicitur bullarius.

nendũ dubium antiquũ, quia si diceretur x. die Ianuarij, dubium erat an intelligeretur existẽte Ianuario, vel incipiente. & allegat §. si eo. c.

REGVLA XV.

ITem voluit, quòd de cõcurrẽtibus super vacãtibus seu certo modo vacaturis beneficijs illi quibus gratiæ motu pro primo cõcedũtur, cæteris simili modo gratias nõ habẽtibus, aliàs graduati nõ graduatis, & inter graduatos magis graduati, ac inter æqualiter graduatos prius graduati, necnõ colorato titulo possessores non possessoribus, & inter personas alias in curia præsentes, non beneficiati beneficiatis: & similiter inter absentes, & cæteris paribus oriundus non oriũdo: & diœcesanus non diœcesano. in reliquis verò singuli qui prius Apostolicas desuper literas earũ executoribus præsentauerũt, alijs in ipsorum de quibus agi contigerit beneficiorum assecutione præferatur.

IN ista regula dicitur, quòd quando aliqui concurrunt super aliquo beneficio vacante vel certo modo vacaturo, puta per contractum matrimonij Titij, vel per ingressum religionis, vel per promotionem &c. tunc si sunt sub eadem data ille qui habet motum proprium præfertur non habenti, & graduatus non graduato, & possessor non possessori, & præsens in curia absenti, & non beneficiatus benefi-

ciato,& oriūdus nō oriūdo,& dioecesanus non dioecesano,in alijs praefertur ille qui primò praesentauit suas literas executoribus.hoc dicit.Et certe R.domine ad tollendū dubia huius regulae vel saltē ad declarandū ea quae practicantur in curia,oporteret scribere hic vnū quinternionem:sed si sic facerem,non finirem has regulas isto anno:& satis est mihi q dem sapienti causam & sapiētior erit.iuxta c.vides. §.fi.xxxiij. q.vj.& succinctè dicā de qualibet istarum praerogatiuarū aliquid:& primò dico de motu proprio:& in hac praerogatiua valde erat dubitandum:quia motus proprius nō operatur de iure scripto nisi id quod reperitur expressum. hoc dicit glos.mihi singula.bene intellecta in cle.si Romanus.de praeben. & eam alleg.ad hoc Sicul.notanter in c.quia circa.de consang. & affin.id nō reperitur iure cautū,nisi tollat subreptionem.in c.si motu proprio.de praebē.lib.vj. ergo &c.maximè quia nec tollit ius tertii etiā ad rem,vt dicunt Doct.& sequitur Dominicus in c.si tibi absenti.eod.tit.& lib.sed nihilominus hic statuitur cōtrarium,scilicet quòd caeteris paribus praeferatur habēs motum proprium alteri nō habenti:& potest esse ratio, quia impinguat gratiam quo ad idem cōprehensa, vt fiat interpretatio latissima,vt in c.si pluribus. eod.tit.& lib.ergo &c. Et si dicatur,quòd non extendit gratiam, fateor, vt dicit Dominicus ibi.& gl.in cle.per literas.eod.tit.in verbo directas.Et respondeo quòd hic non ampliat,sed extendit quo ad contenta in gratia.ergo &c.& cum text.loquatur hic indistinctè, dico quòd etiam si habens motum proprium haberet alia beneficia,satis esset,quòd illa clausula tolleret sibi subreptionē,& nō daret sibi praerogatiuam

Motus proprius Papae quid operetur in gratia Apostolica.

huius

huius regulæ: tamen nihilominus dico, quia etiam habet prærogatiuã, ex quo indistinctè loquitur ista regula, ergò &c. licet in casu quòd tolleret diligentiã processus, secundũ Doct. c. duobus. de rescrip. lib. vj. dixerã hoc legẽdo illud c. & dedi in scriptis, ꝙ qñ tollebat subreptionẽ nõ tollit diligẽtiam processus, tamen in casu nostro huius regulæ contrariũ dico, & antequàm veniam ad alias prærogatiuas dico, ꝙ ista regula venit ad declarationem c. si à sede. de præbẽ. lib. vj. Ex quo sequitur quòd si vnus haberet prouisionem legati motu proprio, & alius eodem die à Papa, quòd præfertur habẽs motu proprio à legato per hãc regulam. Nam motus proprius legati idem operatur sicut motus proprius Papæ, vt not. Ioan. de Imol. in d. clem. si Romanus. & idem crederem de motu proprio ordinarij in casu huius regulæ quando exprimitur, quia non reperio iure prohibitum quòd non possit cõferre ordinarius motu proprio, nec quòd non possit se vocare seruum seruorum Dei. ¶ Sequitur alia prærogatiua ibi, graduati non graduatis, &c. & inter graduatos &c. hoc cõcordat cum iure communi, arg. c. de multa. de præben. & dicerem salua correctione D.T.R. quia ista regula intelligatur secundũ ius commune, scilicet si graduati sint idonei. Nam iura loquentia de personis, loquuntur de idoneis: sufficiat l. vt gradatim. in princ. ff. de munerib. & honorib. & gloss. in l. j. C. de sacrosanct. eccles. & in capit. eunuchus. l v. distinct. ¶ Ideo si vnus doctor est factus à comite Palatino sine scientia, qui dicendus est dolor potius quàm doctor, tunc nõ deberet præferri docto vero scholari. & ad hoc faciat gl. in l. j. C. de anno. ciuil. lib. xj. quæ dicit quòd scholaris

Motus ꝓprius legati multum operatur ĩ gratia beneficiali.

Secunda pars.

Doctor sine scientia potius dicendus est dolor, ꝙ̃ doctor.

doctus præfertur doctori idiotæ. & licet Abb. in c. clerici. de iudiciis. intelligat illam glossam in disputationibus & in honoribus, tamen quo ad regimen ecclesiæ arbitror nō peccare iudicem qui iudicaret secundum hanc regulam pro scholari docto contra asinum doctorem. faciant quæ not. Doctor. maximè Domin. in cap. cum ex eo. de elect. lib. vj. Fateor tamē quòd sit cōcurrens secum etiam esset eiusdem doctrinę vel æqualiter plus, quòd deberet seruari ista regula. ¶ Item dico quòd licet de iure non reperiatur gradus in scientia, nisi doctoratus vel magisterium, vt fundatur in clemen. ij. de magistris. & facit quod dicunt Doctor. in prooemio vj. vbi etiam dicunt de licentiato quòd potius dicitur scholaris quàm doctor: tamen quo ad istā regulam crederem quòd etiam Bacalarius maximè factus in Hispania, dicatur graduatus, cū ter examinatur antequàm fiat Bacalarius, ergo &c. facit l. j. C. de elect. lib. x. & idem dico de licētiato vbiq;, quia in fauorabilibus appella. doctoris venit licentiatus: sed nō in odiosis, vt dicit Dominicus in prooemio Sexti, & Bald. in l. j. ff. sol. matr. tamen si dispositio loquatur de hoc, non sufficit esse licentiatum. vnde si potestas tenetur habere doctorem, non satisfacit si haberet licentiatum, vt dicit Bald. in l. pen. ff. de milit. test. ¶ Dico tamen ad hāc regulam, quòd si licētiatus in iure impetraret beneficia tanquàm doctor, quòd eius impetratio est surreptitia: quia biretum & insignia ponuntur sibi tanquàm doctori, & non tanquam licentiato. hoc dicit Iacob. Reb. in l. stigmata. C. de fabri. lib. xj. ideo dico quòd in hoc casu etiā si concurrens secum non sit graduatus præferretur sibi licet vellet vt licētiatura tantùm contra

Bacalarius an dicatur esse graduatus &c.

ra cũ per prædicta. ¶ Venio nunc ad tertiam prærogatiuã ibi, colorato titulo possessores nõ possessoribus &c. hoc etiã concordat cum iure cõmuni, videlicet cum c. si à sede. j. respon. de præbẽd. lib. vj. & in regula, in princip. de reg. iur. lib. vj. & debet intelligi ista regula de collatione facta diuersis: quia si à Papa tantũ esset facta duplex ꝓuisio beneficij, vel à legato, vel ab ordinario: tunc si nõ apparet quæ esset prima, nõ valeret aliqua ipsarũ, arg l. duo sunt Titij. ff. de test. tutel. & hoc dicũt Doctores in terminis illius. c. si à sede. tamen Io. de Imol. dicit hoc verũ ibi, si nullus posideret: sed si aliquis posideret, dicit cõtrariũ per illum textũ: sed Dominic. intelligit hoc verum quo ad hoc vt possessor absoluatur ab impetitione alterius. aliàs dicit secus quo ad titulum, argum. cap. j. de regul. iur. libro vj. & sic videretur in hoc casu. sed certè ego dicerem salua determinatione D. T. R. quòd in casu huius regulæ possessio det titulum sicut in casu dicti cap. si à sede. quia est declaratio principis qui potest ius dare, ergo &c. sufficiat si bene recordor vnum dictum Ioan. Andr. in cap. si tibi concesso. de præbend. libr. vj. aliud tamen dicendum putarem in casu regulæ infrà de triennali possessore. & hoc per eius verba, ibi, amplius non posset molestari &c. & ibi dicam fortè: & sic sententiat Rota in casu illius regulæ. Sed in casu istius regulæ etiam in collatione duplici facta duobus ab vno, crederem quòd ex quo indistinctè loquitur regula, quòd indistinctè debet intelligi: quia vbi lex non distinguit neq; nos distinguere debemus. l. iij. in fin. cum glos. ff. de offic. præsid. argumen. cap. si Romanorum. xix. distinct. Et sic dico quòd in casu huius

Collatio beneficij duplex eadem die facta ab eodem collatore.

regulæ possesio det titulũ, etiam si colorata sit tantum, aliàs quòd confirmet titulum inualidum, vt hic, & in d. c. si à sede. Nam ex quo titulus erat inualidus, vtriusq; ratione dubij, vt in d. l. duo sunt Titij. & in cap. si fuerint. ff. de reb. dub. sequitur quòd ex quo confirmatur ratione possesionis, quòd det possesio in hoc casu titulum vel confirmet. & sic beati qui tenebunt, vt dicit glossa, quam not. ibi Bald. in extractis feudorũ. in c. j. de pace tenẽda. §. si tres. coll. x. Ex quibus infero, quòd possessor cadẽs à possessore in casu istius regulæ potest petere beneficium à quocunq; possessore, etiam habente titulũ. quod non posset facere in casu regulę de triennali, vt practicat Rota. ¶ Venio nunc ad quartam pręrogatiuam, in qua dicitur quòd præsentes in curia præferuntur absentibus &c. Ista prærogatiua est præter ius, sed tamen toleratur iure. facit l. j. C. de castren. omni. Palatino. pecul. lib. xij. ibi, quid enim tam ex castris est. & ibi, nec alieni enĩ sunt à puluere & labore castrorũ &c. & facit illud vulgatũ, is gradus cæteros antecellit &c. præmaximè quia præsentes in curia graues iniurias patiũtur à vilissimis hominibus: quod grauiter ferendũ est. arg. auth. habita. C. ne filius pro patre. & ideo quia regula ista loquitur indistinctè, crederẽ ꝙ si ordinarius in partibus cõtulit beneficia existenti in curia, & Papa alteri absenti in partibus & cõcurrunt eodem die, ne obstet c. si tibi absenti. de præben. lib. vj. vel ordinarius existens in curia contulit existenti in curia, quòd potest facere, secundum Innocen. in cap. quia diuersitatem. de concessione præbendę. in fin. quòd tũc si eadẽ die fuit facta collatio ordinarij & Papæ, præfertur ille qui est præsens alteri absenti, etiam

Beati qui posside nt seu tenent.

Quarta pars.

Præsentes ĩ curia graues iniurias patiuntur.

etiam si habuit beneficium à Papa per hanc regulam. ¶ Venio ad quintam, vbi dicitur quòd non beneficiati beneficiatis, & inter præsentes & absentes &c. ista particula debet intelligi referendo singula singulis. facit glos. in c. si quis pecunia. iūcto tex. lxxxix. dist. ita quòd sit sensus, quòd inter præsentes tantū præferatur non beneficiatus beneficiato: & inter absentes tantum præferatur non beneficiatus beneficiato: & non debet intelligi quòd etiam si vnus sit præsens, & alter absens, quòd præferatur non beneficiatus &c. ideo infero quòd si præsens in curia sit beneficiatus, tamen absens non est beneficiatus, quòd etiam præsens debet sibi præferri per hanc regulam. ¶ Venio ad sextam prærogatiuam ibi, & cæteris paribus oriundus non oriundo. & diœcesanus non diœcesano &c. & quo ad ista duo reperiuntur iura varia. nam in c. fi. de cle. peregri. cum gl. idē quasi diceret. & in c. hortamur. lxxj. di. cum gl. sed gl. in cap. ad decorem. de insti. vult contrarium. & Abb. tenet pro sua parte. & gl. in c. si proponente. de rescri. quam no. Abb. ibi & intricatè loquitur. & Anto. mordet eam. quicquid tamen sit, satis est quòd oriūdus non oriūdo præfertur, vt hic: quod intelligo verum, si sit idoneus. vt s. dixi, aliàs secus, vt vult Abb. in d. c. ad decorem. & idem est de diœcesano per iura allegata superius. ¶ Venio ad septimam prærogatiuam ibi: in reliquis vero. vbi dicitur quòd in omnibus alijs quàm supradictis debet attendi præsentatio literarū: nam qui prior est tēpore, potior sit iure. c. qui prior. de reg. iur. lib. vj. & in hoc est aduertendū. quia iste §. vult hoc esse verū cæteris paribus vt ibi. reliquis verò &c. Ex quo sequitur quòd omnes superiores prærogatiui tol-

Quinta pars.

Sexta pars

Septima pars.

lunt diligentiam processus, id est praesentationem literarum per totum à speciali, arg. c. praesenti. §. loca. cum glos. sua de praeb. lib. vj. ¶ Ex quo infero quòd habẽs motu proprio collationem sibi factam praefertur non habenti, etiã diligentiori in processu. ¶ Item ab ordine literae dico idem fore de omnibus praerogatiuis superius nominatis: ex quo etiã infero, quòd etiam graduatus non oriundus, & etiam absens, praefertur in vacantibus: vel certo modo vacaturis praesenti in curia oriundo: & etiam diligentiori in processu per hanc regulam, licet tria vincula vincãt vnum, arg. c. j. de treu. & pace. & authẽ. sic itaque. C. communia de succ. tamen ista regula tollit omnes alias prerogatiuas: & sic dico de omnibus praerogatiuis ab ordine literae superius nominatis. & aduertẽdum quòd omnis nominatiuus hic positus regitur ab isto verbo praeferatur, posito in fin. ergo ex quo ponuntur sub vno constructo, pariformiter debent omnia intelligi iuxta doctrinã Bart. in l. talis scriptura. ff. de leg. j. & in l. praetor ait. §. eritque differentia. ff. vi bono. rapto. ex quo infero, quòd quicunq; hic praerogatiuatus praefertur nobili non praerogatiuato. nã si Papa voluisset facere mentionem de nobili, expressisset, argum. capit. ad audientiam. de deci. nec video quòd in istis censeatur praerogatiua nobilitas de iure. nam c. de multa. tantum loquitur de dispensatione facienda, ergo &c. & sic respondit, licet contra meipsum, quibus probaui nobilitatem meã in curia. & haec sufficiant.

Nobilitatis praerogatiua non vendicans habet sibi locum.

REGVLA XVI.

ITem ne per varias, quae pro commissionibus habendis in causis plerunque

fiunt,

fiunt, ſuggeſtiones, iuſtitia poſtponatur, idem dominus noſter decreuit & declarauit ſuæ intentionis fore quòd deinceps per quamcunque ſignaturam ſeu cõceſsionem pro commiſsionibus huiuſmodi per ſanctitatem ſuam, vel de eius mandato faciendam, nulli ſibi ius quæſitũ quomodolibet tollatur.

IN iſta regula dicitur quòd per quamcunque ſignaturam nulli tollatur ius quomodolibet quæſitum. & hæc regula concordat cum iure cõmuni: quia princeps non tollit ius quæſitum alicui per quamcunque commiſsionem. l. j. §. ſi quid à principe. ff. ne quid in lo. pub. & l. nec auus. C. de emãci. lib. c. quamuis. de reſcrip. lib. vj. c. ſi propter. eo. tit. & lib. ego tamẽ ſolebam limitare hanc regulam, vbi verba ſunt dubia, ſed ſi verba ſunt clara, maximè in beneficialibus, bene tollitur ius quæſitũ: quia habet Papa plenam poteſtatẽ in beneficialibus. c. ij. de præben. lib. vj. & cle. j. vt lit. pe. & ad hoc allegabam gl. mihi in iure canonico ſingularem in c. cum dilectus. in verb. nec iuri. de cõſue. & alias duas de iure ciuili in l. nec auus. C. de emãc. li. & in l. reſcripta. C. ſi cõtra ius vel vtilit. publ. fateor tamẽ, quòd ſi Papa tollat ius quæſitũ in beneficio alicui de plenitudine poteſtatis, quòd tenetur ſibi prouidere de alio ſimili beneficio, vt ſing. not. Bal. & gl. in c. j. §. ad hæc. in viij. col. de pac. iur. firm. & licet proœmiũ iſtius regulæ videt̃ innuere ꝙ habeat locũ iſta regula quando Papa importunat̃ pro aliqua commiſſione. ¶Et ſic videt̃ ꝙ ſi faceret motu proprio ꝙ valeret etiã & tolleret ius quæſitũ per l. j. C. de

Papa tollere põt ius quæſitũ in beneficio.

C. de pet. bo. ſub. li. x. & per l. iij. ff. quod quiſq; iur. in princ. tamen ſi non ſunt verba clara, contrarium dicerem: quia motus proprius non tollit ius quæſitum tertio ex defectu intentionis principis. ſufficiant gloſ. in cle. ſi Romanus. de præb. & deci. Rotæ numero cviij. quæ incipit, Item dicebant domini. & ſic credo ſententiare Rotã ſæpenumero: & probatur defectus intentionis & de iure communi. vt allegaui ſuperius de ſpeciali, vt in hac regula ad procemium generale. & dico quòd licet faciat cauſam finalem procemij. vt in l. fin. ff. de hære. inſt. tamen cum conſtat de mente conſtituentis, ſecus eſt. facit quod dicit Cyn. in l. non dubium. in penultima quæſt. C. de legibus.

Motus proprius Papæ non tollit ius alteri quæſitum.

REGVLA XVII.

ITem quòd prouiſiones aut cõceſsiones vel mandata de prouidendo de Cathedralium eccleſiarum canonicatibus & præbendis, quæ pro quibuſuis perſonis, ſi xiiij. ſuæ ætatis annum non compleuerint, quomodolibet emanauerint, niſi eis quòd illos in minori ætate recipere poſsint, per ſedem apoſtolicam ſpecialiter conceſſum fuerit: & quæcunq; impetrationes de canonicatibus & præbẽdis in collegiatis eccleſijs, ſi impetrantes minores x. annis fuerint, & de hoc in impetrationibus huiuſmodi expreſſa mentio non fiat, nullius ſint roboris vel momenti, & habeantur prorſus pro infectis.

In

IN ista regula dicitur, quòd prouisiones aut concessiones siue mandata de prouidendo de canonicatibus & præben. in ecclesijs cathedralibus factæ pro illis qui non excedunt xiiij. annos, non valent, nisi sedes apostolica specialiter aliud concedat. Item, quòd impetratio canonicatus in collegiata ecclesia facta pro minori x. annis, non valet nisi specialiter fiat mẽtio in impetrationibus &c. Ista regula venit ad declarandam varietatem Doct. in c. super inordinata. de præbẽ. & in c. ex ratione. & in cap. indecorum. de æta. & qual. & c. de eo. de elec. lib. vj. & c. nullus. de temp. or. & in c. si eo tempore. de rescrip. lib. eo. Nam de iure communi cõmuniter tenebaẽ, maxime per gl. in dictis locis, ꝙ maior septennio licet minor xiiij. annis potest esse canonicus in ecclesia cathedrali, vt hodie probat tex. in dicto c. ex eo: tamen Papa statuit hic contrariũ, & bene: quia ex quo canonicus debet consulere in factis ecclesiæ vt per totum tit. de his quæ fiunt à maio. par. cap. ergo oportet quòd ad minus habeat aliquam discretionem. & quo ad primã partem huius regulæ ponderandum est verbum hic positum, scilicet non cõpleuerint &c. ex quo sequitur. quòd nõ sufficit attingere, xiiij. annum, nisi in totum sit completus, vt hic, & ad hoc venit decisio Rotæ cccxiij. quæ incipit, Item quòd supposita ordinatione Gregorij, quæ loquitur in terminis huius regulæ: sed in casu secũdo huius regulæ contrarium videtur ibi, minores x. annis. &c. sufficiat l. j. ff. de ma. vindic. de quo per Doct. in diuersis locis. sufficiat glos. magna in l. iij. §. minorem. ff. de minoribus. per canonistas in cap. cum in cunctis. de elect. & in cap. cum vicesimum. de offic. deleg. & in clem. generalem. de

æta

Tēpus conceptiōis in ꝓmouēdo ad canonicatū in eccles. cathedrali an cōputetur.

ætā. & qualit. in hoc tamen de mero iure crederem, quòd tempus cōceptionis debet etiā computari in fauorē istius canonicandi, vt l. qui in vtero. ff. de sta. ho. & bonus tex. in l. quod diximus. ff. de verb. sig. & facit gl. in c. ij. qui fi. sint legi. & ibi dixi legēdo hic: sed licet hoc sit verū de iure, tamen quia omnis intellectus est extraneus qui non sonat in auribus vulgi, vt est casus no. in c. ex literis. lo: j. de spō. & ad hoc propositū allegat c. illud Bal. in c. j. §. oppositioni. de pa. Constan. in fi. coll. x. crederē quòd Rota non interpretaretur hāc regulā, nisi à tempore natiuitatis ex vtero: & hoc etiā posset fundari per tex. in d. §. minorē. ibi, an dies natalis sui. & ibi, an horam in qua natus est &c. Item ponderandum mihi puto verbum hic positum, per sedem apóstolicam specialiter concessum fuerit &c. Ex quo sequit, quòd ordinarius nō potest dare canonicatū in ecclesia cathedrali minori xiiij. anno. cum non posit dispensare contra istam regulā: maximè quia Papa reseruat sibi: arg. c. nuper. de senten. exc. & per hoc verbum etiam dico quòd non sufficiunt clausulæ generales bullarum, scilicet, non obstātibus quibuscunq; cōstitutionibus & ordinationibus etiam regulis cancellariæ &c. quia oportet quòd fiat specialis & expressa mentio de hac dispensatione: & non dicitur quo ad hoc specialis mentio quæ includitur sub generali mētione, vt dicit gl. in c. si episcopus. de præben. lib. vj. quam not. ad hoc Domi. ibi: & alia est in c. inquisitores. de hæret. lib. vj. & Doct. in c. quia periculosum. de sent. excō. lib. vj. & hoc dico ad cōcludendū diuersa cōsilia quæ fecit Oldr. scilicet si Papa pupillo existēti corā se dedit dignitatē, an videtur secum dispensare super defectu ætatis:

Ordinarius an possit minori xiiij. annis cōferre canonicatum in ecclesia cathedrali.

Papa cōferēs dignitatē pupillo corā se an videat dispensare.

tis: & sibi videtur contrarius. nam in consi. ccc-xxv. quod incipit, thema quæstionis est tale. & in sequenti videtur dicere quòd non, & in alijs duobus seq. tenet contrarium, quæ cõsil. posui in tit. de rescrip. & de priuile. sed stantibus verbis istius regulæ crederē, quòd nõ videretur Papa dispensare nisi expressa fieret mētio &c. per prædictā. de ordinario tamē arbitror, quòd si Papa mortuo cõferret præbendã canonicalē maiori septēnio, quòd valeret collatio de iure. sufficiat dictũ c. ex eo. de elect. li. vj. & gl. in d. c. si eo tempore. de rescrip. eod. lib. Item inquantum ista regula loquitur de canonicatibus ecclesię cathedralis, infero ꝙ portio quæ non est canonicalis sed præbēda integra potest bene conferri minori quatuordecim, & maiori septē. per prædicta sufficiat l. de pretio. ff. de publi. & in hoc esset melioris cõditiõis portionarius quàm canonicatus, maximè cum habeat tantũ in redditibus sicut canonicatus in aliquibus ecclesijs Hispaniæ. ¶ Item ponderandũ puto in hac prima parte verbum aut cõcessiones, quod non erat in regula Pauli, sed Sixti sic. ex quo potest inferri ꝙ etiã expectatiua pro minori xiiij. an. quo ad canonicatũ & præb. ecclesiæ cathedralis non valeat: quia debet attendi tempus datæ. sufficiat dictũ c. si eo tēpore. quicquid somniēt aliqui Doctores in cap. ei cui. de præb. lib. vj. Item credo quòd etiam concessio vel prouisio de canonicatibus ecclesiæ cathedralis esset facta motu proprio, non valeret pro minori propter verba hic posita, & propter defectũ intētionis Papę. Sed quo ad secundũ casum, scilicet in ecclesia collegiata, sicque loquitur de impetrationibus, ergo &c. l. prima. C. de petit. bon. sub. lib. x. & l. iij. ff. quod quisque iur. in princip. faciant

Mãdatum de ꝓuidendo an possit cõcedi minori 14. an. &c.

permutationis factam. vt in c. j. de rerum permut. lib. vj. tamen propter fraudem censetur vacare per mortem, & collatio facta per resignationem non valet, vt hic: sed per mortē valeret. & ista regula venit contra c. susceptū. de rescrip. lib. vj. vbi dicitur in secundo responso, quòd si vnus impetrat beneficiū per verū modum vacandi, & alius non, etiam si sit primus, tamē secūdus debet habere. Sed hic dicitur cōtrariū propter fictionē principis quæ habetur pro veritate, vt in d. l. si is qui pro empto. & c. is qui. de sponsal. ¶ Si tamē ille qui impetrauit secundum veritatē, id est, per resignationem exprimere, vel alio quouis modo vacauerit, tūc videbatur quòd etiam si vacet per obitū cēseretur bene impetratum beneficium, non obstante hac regula. & hoc per gl. in verbo expresse. in d. c. susceptum. in j. respon. hoc tamen ego crederem verū si non appareret de alio impetrāti per mortem secūdum istā regulam. & hoc probo per ea quæ dicit Lapus ad limitationē dicti c. susceptū. in allegatione lxxxix. refert Domini. in dicto c. & sic intelligo decisionem Rotæ dicentē, si beneficium impetratur expresso vno modo vacādi cū clausula quouis alio modo vacet, ꝙ etiā si non vacet primo modo expresso, sed alio modo, nihilominus venit per illā clausulam quouis alio modo. dūmodo per eandem personā vacet, vt dicit decisio xxvij. quæ incipit, Item si mandetur alicui prouideri: quia hoc est verum, nisi alius impetrauerit, per verū modum vacandi per prędicta. ¶ Et hoc intelligo verum, quando iste modus impetrandi, scilicet vel alio quouis modo &c. ponit in beneficio vacaturo secundū primū responsum dicti c. susceptū. secus de iā vacāte. Pono exemplū de pri-

Nota clausulam, vel alio quouis modo, quæ multū operatur.

Nota.

Exemplũ. mo etiã in terminis huius regulæ: Si beneficium vacauit per resignationẽ infirmi & tu impetras per resignationem fiend. vel alio quouis modo vacauerit: quæ clausula rarò solet dari secũdũ dictã deci. & ille moriat infra xx. dies, & tunc ego impetro per mortẽ, dico quòd ego debeo præferri tibi, quia impetraui per verum modũ vacãdi, etiam si tu habeas vel quouis alio modo vacabit, per dictum Lap. & Domi. in d. c. susceptũ. c. hoc ideo. quia erat beneficiũ vacaturum, & Papa non intẽdebat dare tibi cõtra regulam istã, cui solet expresse derogare. Sed in beneficio iã vacãti secus est. Nã si tu impetras per mortẽ Titij beneficiũ cum clausula quouis alio modo, & ego impetro per eius promotionẽ ad Cathedralẽ. Iste est verus modus vacãdi: certè in hoc casu videretur ꝙ tu debeas præferri mihi: & hoc ideo quia quãdo genus venit verificandũ in vna re tantũ, tũc dicit specialis gratia, & nõ generalis, & præfertur speciali: & iste est casus singularis cũ gl. fin. in c. ex parte. fo. j. de offi. dele. & ibi no. Abb. & allegat Bal. in l. quæsitũ. ff. de fun. instru. & hoc intelligo verũ, per maximè quãdo non poterit verificari prima gratia in secundo vacaturo, aliàs secus. & hoc per c. dudũ. cũ gl. & ibi dicit Dominic. de præben. lib. vj. ex quo limitabã aliam decisionem Rotæ dicentẽ, quòd c. susceptũ. non habet locum in acceptatione, quia est declaratio voluntatis &c. vt dicit decisio ccxxviij. quæ incipit, Item licet impetrans. quia hoc habet verũ, nisi apparet alius nouus prouisus per verũ modum vacãdi. per dictum c. & ad hoc facit decis. cccxxxvj. quæ incipit, Itẽ si mãdet mihi prouideri: & quia gratia istius acceptãtis poterat verificari in secundo vacanti, ideo genus suũ non præ

Impetrans beneficiũ à Papa per verum modum vacãdi, præfertur alij nõ exprimenti.

qut 35. in 2.

præfertur speciei, vt dixi per dictum c. dudum. Et iste casus quotidie fuit in Rota practicatus, hoc ego allegaui pro vno, scilicet ꝙ etiã si primus impetrauit non verè cum clausula quouis alio modo: & in secundo per verũ modũ vacãdi, quòd præfertur primus in vacanti: secus in vacaturo, nisi posset sibi imputari subreptio vel malitia. & propter has cauillationes solet hodie poni in supplicatione clausulã, siue quouis alio modo vacet per eandem personã vel aliã &c. nescio tamẽ quid practicauerit Rota. ¶ Itẽ inhærendo verbis huius regulæ fui interrogatus in curia, quòd si vnus fuit percussus, sed nõ erat spes mortis, & resignauit beneficium, tandem mortuus est infra xx. dies, sed non ex illa infirmitate: sed quia fortè fecit rem cũ pulchra muliere: itaque medici dicũt, quòd nõ ex percussione, sed ex alia infirmitate mortuus fuit: an habeat locum ista regula: & prima facie ego dicebam quòd non, propter verba regulæ ibi de ipsa infirmitate. & allegabam glos. & doct. in l. j. C. de emenda. seruo. & in cap. ij. de clerico percus. quia ipse non decessit infra triduum nec infra breue tempus. ergo &c. & in hoc dicebam quòd esset standum iudicio medicorum, arg. l. septimo mense. ff. de sta. ho. & cap. proposuisti. de probationibus. & ibi dicunt Docto. in c. fraternitatis. de frig. tamen nescio an fuerit decisum. Item sciendum quòd si hodie in curia vnus est infirmus & vult renuntiare beneficium, & petitur derogari huic regulæ & vbi sunt fauores Papa derogat; sin autem minime, imo datur illud beneficium vacaturum per mortem illius futuram. & tunc esset dubium, an iste qui sperauit per resignationem debeat obtinere, si infirmus superuixerit per

Percussus si resignet suũ beneficium & ex alia infirmitate moriatur infra xx. dies.

xx. dies: an iste qui impetrauit per obitum futurum in cuius fauorem Papa reseruauerat illud beneficiū: & certè ego dixi, quòd ille primus: quia ille erat verus modus vacandi, & vacauerat: tamen secūda reseruatio erat ampla, & cū clausula quouis alio modo &c. & Papa reuocauerat omnes prouisiones quas fecerat de illo beneficio, & refero me ad bullam, & ad veritatē. Item quia hic dicitur, si infra viginti dies moriatur &c. debet intelligi de die naturali, scilicet xxiiij. horarum, arg. l. more Romano. cum gl. ff. de ferijs. licet dies dicatur quidā solaris, quidam lunaris, & quidam naturalis, vt ibi notatur, & multipliciter capiatur dies, vt no. gl. in c. ij. de feri. tamē in hoc casu crederem quòd cōputatur de momento ad momentū. faciat gl. in cle. sicut. de appell. & decis. Rotæ decisione ccvij. quæ incipit, Item quòd terminus octo dierum. & credo quòd sic intelligat Rota, & non de diebus artificialibus. Et ista dictio, infra, hic posita includit vtrāq; diē de momento ad momentum. faciat gl. in cle. quamuis. de appel. in verbo infrà dictum. & quod dicit Io. And. in c. præterea. de app. Licet in rei veritate nō esset absonus intellectus, quòd intelligeretur de die artificiali: quia ista regula est odiosa: sed credo contrarium practicari in curia.

Dictio infra, qualiter intelligatur hic.

REGVLA XIX.

ITem voluit quòd si cōtingat ipsum alicui personæ de parochiali ecclesia prouidere seu mandare prouideri vel gratiam expectatiuam cōcedere, nisi dicta persona intelligat & intelligibiliter loquatur idioma

ma loci, vbi ecclesia huiusmodi consistit, prouisio seu mandatum & gratia desuper quo ad parochialem ecclesiam nullius sit roboris vel momenti.

IN ista regula dicit, quòd si Papa cõcedit alicui gratiam expectatiuã vel prouidet sibi de parochiali ecclesia, & ipse non intelligat idioma loci vbi ecclesia parochialis existat, quòd prouisio & gratia expectatiua sit nulla quo ad parochialẽ. Ista regula facit contra vulgares dicẽtes qꝓ vnũquodq; regnum habet hãc prærogatiuã, quòd nullus ibi potest habere gratiam expectatiuam, nec beneficiũ sine legitimatione Regis; quia hoc est vna truffa: nã si sciat loqui idioma intelligibiliter & intelligat, satis est. Ex quo infertur quòd in regno Hispaniæ siue Castellæ possunt habere sine licẽtia regis beneficia, & Arragonenses, & Catalani, & Portugalenses: & etiam Ianuẽses si intelligatur idioma & sciant loqui, etiã possunt habere parochiales, quia de alijs nõ est dubiũ per hãc regulã. Papa tamen Sixtus dedit vnam bullam motu proprio regi Hispaniæ quòd in regno suo nullus forensis posset tenere beneficiũ sine eius cõsensu, & cassat expectatiuas & impetrationes &c. Et nunc est præsentata in vna causa canonicatus Toletani in tertia instantia. Sed fortè illa bulla non nocet domino episcopo Vitomiensi actori datario moderno tũc: quia illa bulla nõ fuit deducta in vsum, imò fuit in abusum, & sic fuit perdita, per nota. in c. suggestum. de deci. & in c. accessissent. de consti. tamen etiam quia illa ecclesia Toletana & ciuitas non est de regno Castellæ propriè sumpto vocabulo, vnde rex vocatur Castellę & Legionis & Tole

Forẽses in Hispania nõ possunt beneficiari sine regis consensu.

Dicas cap. 55. n. 7. ubi hec in factum dicit.

ti,nā est regnū de per se.ergo separatorū separata debet esse ratio &c.faciat ad hoc l.si eadē. ff.de asses.Itē quia qñ aliquod priuilegiū datur absenti,si nō apparet ꝙ habeat gratū,nō valet priuilegiū,ar.c.si tibi absenti.de pręb.li.vj.& c.j.de conces.præben.eo.li. sed de hoc nō apparet,ergo &c.& quia pendet nūc causa,oportet tacere:sed quod dixi credo verius.Itē ponderandū arbitror verbū per ipsum &c. ¶Ex quo sequitur,quòd si ordinarius prouideret alicui de parochiali ecclesia,qui nō intelligit idioma &c.quòd bene valeret prouisio,quia ista regula est pœnalis,ex quo annullat, vt dicit gl. in c.decet.de immu.ec.li.vj.ergo nō debet extēdi, sed restringi. regula,in pœnis.& regula, odia.de reg.iu.li.vj. & idē de prouisione facta per legatū sicut de papa dicitur per rationē supradictam.& ratio diuersitatis est, quia ordinarius melius cognoscit personas qbus ꝓuidet de diœce.sua q̃3 Papa, vt dicit gl. in cle.iij.de of. or.ergo &c. & per hoc fortè dici posset, ꝙ ista regula nō haberet locū, quādo Papa prouideret de parochiali ecclesia cōtra hāc regulā, ex certa sciētia vel motu ꝓprio:quia tūc cessaret dicta ratio.Sed verbū cōcedere,& verbū prouidere hic positū,videt̃ facere in oppositū:tamē pro pręcedēti dicto faceret.l.j.C.de pe.bo.sub. lib.x. nescio tamen quid seruaretur in palatio.

¶Itē nūc pēdet vna quęstio in Rota & citò sententiabitur deo dāte, de qua sum interrogatus. Papa dedit expectatiuā cuidā Alemano etiam quo ad parochialē in Francia vel alibi, & derogat huic regulæ, sed non regulæ penultimæ de expectatiuis,quę quo ad expectatiuas idem dicit quòd ista,an videatur derogare vtriq;:& ego dixi quòd sic.sed quia pendet nunc in Rota,non

ta, non decido: credo tamen quòd non valet illa derogatio, quia sublata vna seruitute vbi sunt duæ, remanet alia. sufficiat c. ex tuarum. de auth. & vsu pal. & sic fuit pridie sententiatum in Rota prout arbitror.

Vna seruitute sublata vbi sunt duæ, remanet alia.

REGVLA XX.

ITem si quis supplicauerit sibi de beneficio quocunque tanquam per obitum alicuius licet tunc viuentis vacante prouideri, & postea per obitum eius vacet, prouisio dicto supplicanti per obitum huiusmodi de nouo facienda nullius sit roboris vel momenti.

IN ista regula dicitur, quòd si quis impetrauerit beneficium per obitum alicuius qui nunc viuit, quòd licet postea ipse moriatur, nō potest sibi prouideri de eodem, & gratia est nulla. Ista regula potest duobus modis intelligi. Primò quòd vnus impetrauit beneficium viuentis, hoc expresso, quòd viuebat, & mandabatur conferri, quando vacasset &c. hoc colligitur ibi, licet nunc viuentis &c. & iste intellectus non credo quòd possit practicari, quia tunc princeps quasi ex certa scientia videretur tollere hanc constitutionem. arg. l. quidam consulebant. ff. de reg. iur. Secundo modo potest intelligi, quòd vnus impetrauit beneficiū tanquam vacans per obitum vnius, & ille viuebat, & postea mortuus est: & iterum impetrauit per obitum ipsius, quòd prouisio sua & gratia nihil valet. & ratiò potest esse, ne detur materia captandi, id est, cupiendi mortē al-

Dari non debet occasio captandi mortem alterius.

terius. c. j. & ij. de cõcef. præb. & c. ij. & iiij. eo. ti. lib. vj. & in regula Pauli ponebatur etiam quòd inhabilitaretur iste talis : sed quia erat dubium per quem deberet inhabilitari: & etiã hoc de iure saltem quo ad illud beneficium, vt in dictis iuribus probatur, fuit hic commissum & etiam in regulis Sixti. Item ponderandũ puto verbũ supplicauerit hic positum. ¶Ex quo sequitur, quòd si prouisio esset facta motu proprio non esset nulla, nec haberet locum ista constitutio, ar. l. iij. in j. respon. ff. quod quisq; iuris. & per hanc regulam vidi dubitari in curia. Si vnus curialis credens beneficium alicuius fore reseruatum misit cursorem ad curiã ad impetrandũ illud beneficium viuentis, & cũ tempore prouisionis Papalis nõ fuisset mortuus, sed postea in mense apostolico mortuus fuit, & etiã acceptauit illud vigore gratiæ expectatiuæ, & fecit sibi prouideri per subexecutorem suũ, quòd illa prouisio nihil valeat: quia ex quo ista regula non distinguit de qua prouisione debeat intelligi, nec nos distinguere debemus. l. iij. ff. de offic. præsi. in fi. ergo &c. Item ista regula facit ad tollendum malitias curialium, quia cum sciunt aliquem esse antiquũ in partibus, fingũt ipsum mortuum & impetrãt: & sic in quolibet mense impetrant si est reseruatum aliquod beneficium eius quousq; moriatur, & tũc vltima impetratio & prouisio etiã si verè vacet, non valet per hanc regulam. ¶Item hanc regulam vidi practicari in partibus hoc modo: Episcopus Salamantinus, archidiaconus etiã Salamantinus cõtendunt de præuentione collationis beneficiorum, & vnus erat infirmus in articulo mortis, & episcopus conferebat vna hora corã suo notario & testibus vni, & sic etiam archidiaconus: demum

Nota contra illos qui quotidie faciunt registrari impetratiões beneficij ĩ curia Romana.

demum toties prouidit vni, quòd præuenit archidiaconus episcopum: erat dubiũ nunquid ille cui fuit collatum toties beneficium viuentis esset inhabilis ad illud beneficiũ: & videbatur quòd sic, per hanc regulã: sed certè posset dici cõtrariũ, quia quicquid scribat notarius in suo instrum. scilicet ꝙ ad supplicationẽ illius fuit sibi facta collatio &c. tamẽ quia in hoc casu cessat ambitio illius cui cõfertur, sequitur ꝙ cessat tunc ista cõstitutio per iura vulgaria. & si dicatur quòd sufficit ita scriptũ esse per l. prospexit. ff. qui & à quib. ma. li. conseq. dico ꝙ illa lex caret spiritu, vt dicit Bald. in l. si quis seruo. C. de fur. ideò cessante ratione naturali cõsiderata ex lege, cessat ipsa lex si cesset ratio. l. cũ ratio. ff. de bon. dam. maximè quia videtur ordinarius hoc fecisse pro cõseruatione iuris sui, & nõ reperio saltem quo ad effectũ huius regulæ & similiũ, quòd ordinarius nõ posset cõferre motu proprio, etiã hoc expresso, vt dixi suprà in xv. regula. ideo esset consiliũ quòd ordinarius etiã exprimeret quòd facit motu proprio suo. ¶ Itẽ per supradicta dicitur vna quæstio de qua pridie fui interrogatus sub disciplina D. T. R. Papa Sixtus suo motu proprio cõtulit vnũ beneficiũ Titio, quod credebat vacare, & nõ vacabat: demum illud beneficium cõtulit alteri impetranti tempore debito, & fortè credebat Papa nõ vacare: quia primo illud cõtulerat Titio, tandem hoc cõperto declarauit Papa semper suæ intentionis fuisse & esse quòd ille Titius haberet, & mãdauit cassari supplicationẽ alterius &c. Certè ego respondi, quòd ille secundus debet obtinere & non primus per hanc regulam: & declaratio Papæ non extenditur ad hunc casum. allegaui in simili glos. & Dominic. in c. vnico. de Quæstio.

postulationib. prælat. lib. vj. & in cap. j. de cleric. non residentib. eod. lib. & ad prædicta facit optimè quod dicit Baldus in rubr. qui successf. teneantur. colum. x. in antepenult. & penultim. quæstionibus, si rectè intelligatur. Si tamen Papa velit ex plenitudine potestatis illi secundo auferre beneficium potest, arg. clem. j. vt lite pen. & c. ij. de præben. lib. vj. & facit glos. in c. per principalē. ix. q. ij. Tamen licet Papa declarauerit pro primo ex certa scientia, non credo quòd videatur facere ex plenitudine potestatis, licet gl. singularis in c. ad hoc. de rescrip. videatur facere cōtra: sed primū tene per ea quæ dicit Bal. in præludijs feudorū: & non curo allegare iura vulgaria, scilicet quòd Papa nō intendit tollere ius quæsitū &c. nec decisionē Rotæ. & gl. cle. si Romanus. de præben. quòd motus proprius non tollit defectū intentionis &c. quia nescio hoc dicere de intentione Sixti.

Papa ex potestatis plenitudine potest tollere ius alteri quæsitum in beneficio.

REGVLA XXI.

ITem voluit quòd petentes beneficia ecclesiastica alijs vniri, teneantur exprimere verum valorē secundum cōmunem æstimationē, tam beneficij vniēdi quàm illius cui vniri petitur, alioquin vnio nō valeat. Et semper in vnionibus concessio fiat ad partes vocatis quorū interest: & idem voluit obseruari in confirmation. vnionum factarum.

IN ista regula dicitur quòd si vnus petit vnū beneficium alteri vniri, quòd tenetur exprimere

mere verum valorẽ tam beneficij vniẽdi, quàm beneficij cui vnitur, aliàs non valet vnio: & ꝙ in vnionibus semper commissio fiat ad partes vocatis quorum interest. & idem dicit obseruãdum in confirmationibus vnionum factarũ &c. & sic ista regula dicit tria, vt videt D.T.R. & ratio dubitandi circa primum dictũ videtur esse: quia de beneficio obtẽto nõ tenetur impetrans facere mentionẽ saltem quo ad valorem, quia hoc non reperitur iure cautum, vt dicit gl. notab. in cle. j. de præben. in verb. vel alteri, ante medium. & hoc etiam dicit recompilator decisionum, conclusione cclxxxvij. quæ incipit, Item licet impetrans. Sed ratio decisionis fuit, quia ex quo petitur vniri vnum beneficium alteri, debet fieri cũ causa, scilicet quod illud obtentum sit modici valoris: sed si sit competens beneficiũ, nõ debet sibi fieri vnio alterius: quia vniones sunt odiosæ de iure. vt dixi suprà in regula de reuocatione vnionum: ideò debet fieri expressio valoris vtriusque, ad hoc vt moueatur Papa, & fortè ita de facili non concessisset &c. sufficiat c. postulasti. de rescrip. & quod ibi not. Siculus, & Ioan. de Imol. Ex quo sequitur, quòd de vtroque debet solui media annata, si valor excedat xxiiij. libras secundum ordinationem cameræ. Et quia vnio fit tribus modis, vt dicunt glos. in c. ne sede vacan. & in c. & tẽporis qualitas. xvj. quæst. j. & vult etiam glos. in cle. per literas. de præben. tamen quia ista regula est pœnalis, quia annullat, vt ait glos. in cap. decet. de immunit. eccles. lib. vj. sequitur quòd non debeat habere locum nisi quando vnum beneficium petitur vniri alteri: vt hic dicitur, & non in alijs vnionibus. nescio tamen an Rota incipiat hoc: quia in vtraque vnione

Vnio beneficiorum debet fieri cum causa cum ipsa vnio sit odiosa.

ne est eadem ratio. ergo &c.l.illud.ff.ad l. Aquil. Item secundò dicit regula, quòd in vnionibus fiat commissio ad partes vocatis quorum interest. & ratio dubitandi fuit, quia clem.ij.de rebus ecclesiæ. primo responso. vult ꝙ si vnio fiat per episcopum & capitulum, valet, etiam non vocato rectore ecclesiæ quæ vnitur: nam quando aliquid potest fieri aliquo inuito, tunc potest fieri eo ignorante, vt dicit Bal in l.fin.C. qui admit.ad bonorum pos. & in l.fin. C.de iure delib. & est tex.in l.qui potest.ff.de reg.iur. quem non allegat Bal.ergo &c. Sed nihilominus est bene statutum quòd vocentur quorum interest in hoc casu. ad hoc facit deci.Rotæ.q. ccxxvj.quæ incipit, Item quod in dimembratione. & cccxlv.quæ incipit, Item si Abb.maior.Item tertiò dicitur hic, quòd idem fiat in cōfirmationibus vnionum factarum.Et antequàm declarem quid intendit ista tertia pars, dico dubium meum fore an illa clausula referatur, tam ad primum quàm ad secundum responsum, vel tantum quo ad secundum. Et videtur quòd quo ad secundũ tantum: quia relatio debet fieri ad proxima & non ad superiora.l.si idem cum eodem.in fine. de iurisd.om.iud. & gl.allegat illã l.ad hoc propositum.l.iij.§.item aduersus procuratorem.ff. de negotijs gestis.ergo sequitur quòd cum hic dicatur quòd idem voluit obseruari &c.quòd istud relatiuum idem positum in singulari referatur tantum ad vocationem eorum quorum interest &c. & non ad expressionem valorũ &c.& omitto hic inserere ad longum, quando clausula posita in fine debet referri ad totam dispositionẽ vel ne, quia essem longus in sermone:& quia materia est subtilis, sed omisso intellectu istius regulæ quam credo fo-

re quòd extendatur ad vtrunq; ista clausula:tamen de mero iure crederem,quòd etiam in confirmationibus vnionũ debet exprimi verus valor vtriusque beneficij, aliàs non valet stante primo responso huius regulæ etiam si ista clausula non referatur ad illud: & hoc probo. nam in quibus impetrationibus ex quibus ius antiquum augmentatur vel per quas conseruatur, debet fieri mentio beneficiorum: & debet fieri etiam in confirmationibus,vt dicit gl.notabilis in verbo prçteriti.quam ibi not. Dominicus in c.apostolicæ.de præben.lib.vj. Sed per istam confirmationem suppletur defectus solemnitatis si in vnione facta fuit omissus, scilicet quo ad vocationem partis,& quo ad alia substantialia &c. vt vult decis.ccxxvij.quæ incipit, Item ꝙ Papa confirmãdo &c.licet loquatur in dimembratione,& quia fortè fuit facta ex falsa causa vnio prædicta,ideò cẽsetur nulla,vt vult Oldr. cõsil.lx.cum duobus sequẽ.quod incipit,quòd per vnionem factam per episcopum & per confirmationem Papæ sit validum illud quod aliter erat inualidum.c.j.de trãsac.Item quia post confirmationem Papæ nullus inferior potest illud reuocare.c.ij de confir.vti.vt dicit glos.in c.fin.xj.dist.in verbo authoritate.ergo sequitur quòd etiam de mero iure debet fieri mentio valorum in confirmationibus vnionum, sicut in vnione ei probaui iure,iuncta ista regula in primo responso,etiã posito quòd ista clausula non referatur ad primum responsum. & pro & contrà,quòd referatur vel ne,faciat vltra iura vulgaria.c.ecclesia vestra.de elec.& quod ibi not. Abbas.credo tamen quòd si clausula vocatis quorum interest, non ponatur in bulla, & fiat vnio,quòd valet.arg.clem.ij.de rebus eccl.&

Valor vtriusque beneficij vtẽdi debet exprimi in cõfirmationibus vnionum.

Vnio facta motu proprio valet etiam sine expressione valoris beneficiorum vnitorum.

quia annullatio præcedentis responsi non extendatur ad secundum cum sit pœnalis vt dixi: & ista verba referuntur ad abbreuiatores. sed si ipsi non ponat, non vitiatur bulla per iura vulgaria, maximè quia tales bullæ transeunt per cameram apostolicam. Item dico, quòd si fieret vnio motu proprio, & non fieret expressio valoris, quòd valeret vnio. ar. c. si motu proprio. de præben. lib. vj. iuncta hac regula ibi, quòd petētes &c. faciat l. j. C. de pet. bon. sublat. lib. x. & hæc pro nunc.

REGVLA XXII.

ITem de mendicantibus, qui ad alios ordines transierint pro tēpore voluit constitutionem felicis recordationis Martini Papæ quinti prædecessoris sui desuper, factam etiam in libro cancellariæ scriptam firmiter obseruari.

IN ista regula dicitur, quòd in mendicātibus transeuntibus ad alios ordines seruetur constitutio Martini scripta in cancellaria: & vult dicere ista regula, quòd quando Papa dat licentiam transferendi ad minorem ordinem alicui mendicanti, quòd non expediatur bulla in cancellaria, nisi seruata forma dictæ constitutionis quæ dicit quòd quicunq; religiosus transierit ad alium ordinem minorem vel æqualem sua propria authoritate, quòd sicut apostata sit ipso facto excōmunicatus: & solet poni ista clausula, Dumtamen tua propria authoritate habitū non dimiseris: & ad alium minorem ordinē vel æqualem tua propria authoritate hucusq; non transieris &c. & si Papa dat licentiā transeun-

di, derogatur illi constitutioni expresse dicẽdo, non obstante felicis recordationis Martini Papæ prædecessoris nostri cõstitutione &c. & sic practicat cancellaria. Et sciendũ est quod quando vnus est maturæ ætatis, & vult trãsire sine causa ad minorẽ ordinem, tunc non potest hoc facere absq; licentia Papæ, vt dicit gl. Dominici in c. singula. §. prohibemus. de præben. lib. vj. ibi Domi. quãdo potest quis transire ad aliam religionem strictiorem vel æqualem aut minorem cum licentia & sine licentia superioris. & per glos. & Doct. in c. licet. de regularibus, quæ non insero hic. quia non multũ faciunt ad propositum. Vnum tamen scio, quòd per cameram apostolicam expediuntur multæ bullæ, vt non seruetur illa ordinatio Martini, maximè tẽpore Sixti pontificis qui fuit frater, & sciebat bene labores fratrum: ideò de facili secum dispensabat, etiã de ordine sancti Hieronymi, & de sancto Francisco, quòd sint fratres sancti Ioannis Hierosolymitani, vel Sancti spiritus cum crucibus ante pectus: ita quòd videntur clerici vel ruffiani potius. cur tamen solum Deum habent vltorem. arg. l. j. C. de rebus cre. Ego tamen in istis dependentibus à conscientia, maximè ex voto, non essem securus cum dispensatione papali, iuxta gl. singul. in cap. non est. de voto. & Papa est excusatus: quia credidit conscientiæ impetrantis vbi nulli sit præiudicium.

Papa Sixtus fuit de ordine fratrum mẽdicantium.

REGVLA XXIII.

ITem declarauit idem dominus noster quòd libra Turonen. paruorum: & Florenus auri de camera pro æquali valore in concernentibus literas & cameram apostoli

ſtolicas computari & æſtimari debeant.

ISta regula dicit, quòd quo ad concernentia literas apoſtolicas vel cameram apoſtolicã, quòd eſt tantum dicere libram Turonen. quantum ducatũ de camera. & propter hanc regulã ponitur in ſupplicationibus quãdo impetratur beneficiũ, cuius fructus &c. xx. librarũ Turon. paruorum ſe. com. æſti. &c. Nam aureus & ſolidus numiſma & ducatus idẽ eſt. gl. in rub. de numiſ. præt. lib. x. & inſtit. de pœna teme. litig. §. fin. l. quoties. C. de ſuſcept. libr. x. de qua materia per canoniſtas in c. quanto. de iureiur. & per legiſtas maximè Bart. in l. Paulus. ff. de ſolut. ſed interrogaui in curia canoniſtas, vnde habuit ortum libra Turonenſium paruorum. & vnus abbreuiator magnus dominus reſpondit mihi ad Epheſios: & voluit dicere quòd in iſtis vocabulis recurrendum eſt ad Catholicon. pro quo facit gloſ. in rubr. ff. ſolut. mat. quæ dicit ꝙ diſputatio vocabulorum eſt relinquenda pertinacibus, id eſt capitoſis: ſed certè ego intelligo illam gloſ. veram quando nõ refert multũ quid ſignificet vocabulum: quia tunc eſſet pertinacia inſiſtere in eius ſignificatione, aliàs ſecus: nã omnis ſcientia incipit à cognitione vocabulorum, vt ait Bald. in l. liberti libertæque. C. de oper. lib. in ij. col. Ideò oportet videre quid eſſet libra Turon. paruorũ propter ſurreptiones bullarum quo ad valorem. Tamen quia hic declaratur, ſatis eſt quo ad nos. Sed interrogaui vnũ Gallicũ quid eſt iſta moneta: & dixit mihi quòd cum aliàs fuiſſet factum Concilium in ciuitate Turonenſi: Rex Franciæ qui habebat odio Italos, procurauit quòd fieret impetratio ſecũdum illam librã Turon. paruorum; quæ libra valet vnum

Vocabulorũ diſputatio eſt pertinacibus relinquenda.

vnum ducatũ,& quòd non fieret per ducatos: & sic tamen factũ fuit. sed credo ꝙ sit somnium & satis est quòd sumus certi quãtum valet libra Turoñ. paruorum: quia valet vnum ducatum, sed vidi dubitari quomodo intelligitur ducatus in impetrationibus, an secundũ quòd valet in partibus, vel secundũ quòd constat in curia cum cambio. & allegatur ꝙ secundũ ꝙ valet in curia in cambio. & allegaui not. in d.c. quanto. & in d.l. Paulus. de solu. quæ longum esset referre hic: sed sic practicat Rota.

Ducatus quomodo æstimetur in impetrationib. bullarum &c.

REGVLA XXIIII.

ITem præfatus dominus noster Papa voluit, decreuit, & ordinauit, quòd quæcunque concessionum gratiæ & mandata etiam motu proprio & cum derogatione huius constitutionis quæ ab eo pro quibuscunq; personis emanauerint de prouidendo eis de quibusuis beneficijs vacaturis per promotionem quorumcunq; ad ecclesiarum & monasteriorũ regimina, si huiusmodi concessiones & mandata dié promotionis promouédorũ ipsorũ præcesserint, necnon quæcunq; collationes & prouisiones pro tempore faciendæ de præmissis ac quibusuis alijs beneficijs ecclesiasticis secularibus ac regularibus quæ per promouendos vel per assumendos ad quascũq; prælaturas inter illarum vacationum & huiusmodi promotionum vel assumptionũ tem

pora ſimpliciter vel cauſa permutationis vbicunq; reſignari, vel aliàs dimitti cōtigerit, cum inde ſecutis pro tēpore ſint caſſa & irrita, nulliusq; roboris vel momenti.

ISta regula dicit, quòd mandata de prouidendo ſiue prouiſiones quorumcunq; beneficiorum vacaturorum per promotiones quorumcunq; ad quaſcunq; prælaturas, etiam ſi fiant motu proprio, etiā cum derogatione huius conſtitutionis. Item prouiſiones & collationes beneficiorū illorum qui deberēt promoueri quæ vacāt per reſignationem ſimplicē illorū vel ex cauſa permutationis etiā ſunt nullæ &c. Et ratio huius cōſtitutionis quo ad primā partē fuit iſta, quia quando vnus debebat promoueri ad epiſcopatū vel ad regimen monaſteri, tantùm erat importunatus Papa ſuper beneficijs illis vacaturis, ꝙ propter importunitatē illa cōcedebat etiā indignis: ideo caſſat Papa talia mandata &c. Quo ad ſecundā partē fuit ratio, quia ille qui ſciebat ſe promouendum faciebat reſignationes ſecretas, vel ex cauſa permutationis permutabat pinguia beneficia pro vno beneficio minimo, quod poteſt fieri iuxta doctrinam Doct. in c. cū venerabilis. de excep. & c. cū vniuerſorū. de re. permu. & ſic quādo Papa volebat cōferre, nihil reperiebatur vel modicum in beneficijs ſuis. ideo &c. Et ponderādū mihi puto id quod dicitur: quia datur intelligi ꝙ beneficia vacātia, tam per promotiones ad eccleſiā cathedralē ꝙ ad regimen monaſterij, valeāt in curia: ſed de iure nō reperio hoc cautū, imò video ꝙ illi ad quos pertinet collatio illorū beneficiorū poſſunt ea cōferre per munus conſecratio

Promouendi ad prælaturā an poſsint ſua beneficia conferre.

tionis &c. cap. cum in cunctis. de elect. ¶ Item de iure communi non reperio cautum quòd si vnus habet præstimonia vel alia beneficia simplicia, & promouetur ad regimen monasterij, quòd ista beneficia vacant ipso facto: sed bene reperio illa reseruata per extrauagan. ad regimen: sed quia illa extrauagans expirauit cum Benedicto eius conditore vt ex fine eius apparet, & dixi suprà in alia regula. Sequitur quòd si Papa moriatur qui has regulas fecit suo tempore duraturas, vt suprà in proœmio, & fecit similes reseruationes in illis cōtentas in extrauag. ad regimen: quòd tunc si anteq̄ eligeretur alius pōtifex vel anteq̄ faceret regulas reseruationū vacaret episcopatus & canonici eligerent & archiepiscopus confirmaret, prout possunt facere, vt dixi superius in secunda regula q̄ tunc ille ad quē pertineret collatio ipsorum beneficiorū posset cōferre de iure, per d. c. cum in cūctis. Item q̄ ante electionē illius vel confirmationem posset ille renūtiare beneficia sua simpliciter, vel ex causa permutationis, quia tunc non haberet locum ista regula per proœmium regularum. Et ista valet in simili pro Cōcordat. Alemaniæ & pro Pragmatica Franciæ: sed ad tollendum hoc dubium Papa dicit quando promouet aliquem ad ecclesiam, quòd reseruat beneficia ipsius & confert alij vel mandat conferri: & ista est reseruatio specialis, quæ solet per cancellariam expediri, vt dixi suprà in alia regula. Item pōderandum mihi arbitror istud verbū, quod ponitur hic, etiam motu proprio, & cum derogatione huiusmodi cōstitutionis &c. Ex quo videtur quòd Papa imponit sibijpsi legē: & q̄ etiā si appareret bulla cōcessa motu proprio, & cū derogatione istius constit.

Optima illatio.

De pragmatica Franciæ.

quòd nõ deberemus obedire:sed hoc est cõtra dispositionem iuris cõmunis:quia per quãcũq; potestatẽ Papa daret alicui vel quæcũq; verba diceret in priuilegijs & cõstit.nihilominus maiorem potestatẽ retinet penes se ad totum illud cassandum.c.dudũ.& c.quãuis.lo.ij.de præb. lib.vj.Ergo sequitur ꝙ si Papa diceret in bulla prouisionis quòd motu proprio & ex certa scientia hoc facit,quòd expresse derogat huic cõstit.ꝙ valeret ista derogatio per d.c.& per l. si quis.in princ.ff.de leg.iij. & illud dicit Bal. in præludijs feudorũ in xiij.col.& in c.ij.qui feudũ dare possunt.col.x.qui dicit quòd Papa per verba derogatoria potest sibi imponere legem,sed nõ successori.& alleg.lo.Mona. in c. j.de cõstit.lib.vj.est vna truffa.Sed mirandum est de tãto doctore qui similia verba dixerit per prędicta iura.ideo crederem quòd si Papa vellet derogare isti cõstit.faciendo expressam mentionẽ,quòd posset.& sufficiãt dicta Doct.in c.j. de exc.præl. lib.vj.& in d.l.si quis.in prin.de leg.iij.& per Bal.in c.naturales.si de feu.fuerit cõtro.in iij.col.& in c.§.libellarius. de pa.Cõstan.& in l.j.C.de naturalibus.lib.vj. vbi bona gl.& per canonistas aliquos Modernos in c.nonnulli.de rescrip.verum tamen esset quòd in hoc debet expectari secunda iussio, si vellet ordinarius,arg.c.si quando.de rescrip. sed si ordinarius nollet,nõ tenetur per prædicta. Et ita credo sentẽtiare Rotã.Item arbitror quòd ista clausula,motus proprij,& cũ derogatione &c. debet etiam intelligi in secundo responso huius constitutionis:quia sub vno cõstructo ponitur tota ista dispositio:ergo pariformiter debet intelligi,iuxta doctrinam Bar.in l.talis scriptura.ff.de leg.j.& in l.prætor ait.§. eritq; differentia.

Papa an possit sibi ipsi legem imponere.

rentia. ff. vi bon. rap. & in istis nõ debemus separare caudam à capite, alias esset absonus intellectus. glos. est not. in c. consuetudinis. x. dist. quæ alleg. c. maiores. de bap. & ibi not. Doct. sed omnis nominatius hic positus regitur infrà ibi, sint cassa & irrita. ergo &c. per prædicta.

¶Item aliàs fui interrogatus in curia, si vnus verisimiliter nesciebat se promouendum, & interim renuntiauerat aliquod beneficiũ in fauorem sui familiaris vel amici, an valebat ista renuntiatio: & dixi me credere quòd sic, etiam si postea in breui promoueretur: & ratio est, quia iste nõ facit in fraudem legis, ergo &c. nã anima legis est ratio legis. l. cum ratio. ff. de bon. dam. & si dicatur quòd sufficit ita scriptũ esse: & ita debet seruari. l. prospexit. ff. qui & à qui. & c. in memoria. xix. dist. vt sæpe superius, illa l. caret spiritu. vt dicit Bald. in l. si quis seruo. C. de furt. & sic credo fuisse, vt intellexi sententiatum in Rota, maximè quia ex multis quę not. in l. si seruus pluriũ. ff. de leg. j. & ex alijs relatis per Bald. in c. j. §. & quia vidimus. qui feud. da. pos. in vij. col. potest colligi intentio statuentis, etiam si non exprimatur: quæ omitto causa breuitatis. hæc sufficiant pro nunc.

Anima legis dicitur esse ratio legis.

REGVLA XXV.

ITem voluit, statuit, & ordinauit idẽ dominus noster, quòd iudices in Romana curia deputati pro tempore etiã si sint Romanæ ecclesiæ cardinales, causarum palatij Apostolici auditores, vel alij quicunq; nõ iuxta formam supplicationum signatarum super quibuscũq; impetrationibus vel con

cessionibus, nisi sint cõmissiones iustitiam cõtinentes per placet, vel per sanctæ Romanæ ecclesiæ vicecancellariũ, iuxta facultatem super hoc sibi concessam signatæ, sed iuxta literarũ super eisdem impetrationibus & concessionibus confectarũ tenores & formas iudicare debeãt. Et si literæ ipsæ minus bene per præoccupationẽ, vel aliàs expeditæ reperiantur, ad illorum quorum interest instantiã ad Apostolicã cãcellariã remitti poterũt per eius officiales, quibus huiusmodi tenores & formas perstringere cõuenit ad formas debitas reducendo.

ISta regula dicit quòd nullus iudex in curia etiã Cardinalis debet iudicare secundũ tenorem supplicationis cõcernẽtis gratiã, sed secũdum tenorẽ literarũ expeditarũ, nisi sint cõmissiones per placet, vel signatæ per vicecancellariũ super iustitia &c. & si literæ non bene sunt expeditæ debẽt mitti ad vicecãcellarium &c. Ista regula R. P. habet in se æquitatem, licet videatur prima fronte cõtra ius: nã omnis gratia Papæ est perfecta de iure per solã signaturã, & solo eius verbo est gratia facta, etiã sine expeditione bullarũ. sufficiat tex. cũ gl. in c. institutionis. xxv. q. i. & tex. cũ gl. in cle. dudum. §. nos enim. de sepul. omitto Doct. in proœmio vj. & Bal. in l. humanũ. C. de leg. & Abb. in c. nostra. de rescrip. & in c. nostri. de elec. tamẽ hoc non obstante facit pro æquitate huius regulæ, quia multæ falsitates cõmittuntur in supplicationibus quæ nõ possunt cõmitti in bullis, præmaxime

Per solam signaturã dicitur gratia perfecta.

ximè quia officiales habent certas regulas ad expediendum literas vt videbimus infrà. ergo &c. Nã falsantes literas Apostolicas puniũtur grauiter de iure. c. ad falsariorũ. de cri. fals. sed supplicatio nõ est litera Apostolica, quia non est bullata, arg. c. licet. & c. quàm graui. eo. tit. ergo vt euitetur falsitas aperta, & puniatur fal sans bullas, & vt videatur tenor bullarũ expeditarum. ideo &c. ¶ Et ex ista regula potest sumi cõclusio etiã de stylo & de iure, quòd quaelibet gratia Papae nõ dicatur perfecta nisi reducatur in mũdũ. hoc dicit apertè Bal. in c. j. & ij. per quos fiat inuestitura. coll. x. & allegat in arg. l. cõtractus. C. de fide instr. & hoc idẽ vult Oldr. in cõsil. ccxxvj. in v. c. à quo habuit Bal. & incipit, quòd articuli dati. & idem dicit Anton. credo consi. xij. & cum eis concordat ista regula: & facit etiam quod dicit Ioã. de Milis in verbo, gratia Apostolica nõ cẽsetur, qui nõ allegat dictos Doct. sed dicit bona verba quo ad practicam, & dicit ꝙ ante literas confectas non dicitur quis habere canonicum titulum, & allegat Decis. Rotae ccccxxxiiij. sed fortè est cccxxix. cum seq. quae incipit, Item licet Rom. curia. post hoc tollo aliqua dubia curiosorum qui volũt sapere plus q̃ oportet sapere, iuxta c. j. de renũ. lib. vj. & dico quòd licet ista regula loquitur de iudicibus in Romana curia, nõ sequitur à cõtrario sensu quòd extra curiã nõ habeat locũ ista regula, quia à fortiori debet habere locum extra eã: & quae ponũtur causa exempli in curia, non firmant regulam in curia tantum. l. j. §. quod vulgo. ff. de vi & vi ar. c. j. in princ. iuncta gloss. ne clerici vel monachi. Item pondero hic verbum, cardinales &c. & volunt dicere, quòd ista cõstitutio vel alia non exten-

Supplicatio non est litera Apostolica.

deretur ad cardinales, nisi exprimerētur vt hic: sed dico quòd multa exprimūtur ad cautelam propter simplices, ideo nō firmāt regulam. l. fi. C. de indic. vidui. tol. & in c. j. de noua for. fideli. col. x. sed an cardinales cōprehendātur in quacunq; dispositione loquēte simpliciter, vel vniuersaliter, vel indiffinitè, plenè dico in tractatu cardinalium in xij. q. Itē colligo hic contra curiosos, ꝙ supplicatio continet in se commissiones ibi, nisi sint commissiones &c. & sic supplicatio est genus, & commissio est species: proprio tamē sumpto vocabulo, supplicatio est quæ continet gratiam meram: commissio, quæ cōtinet iustitiam. Ex hoc infero si Papa committit signaturā supplicationum vni episcopo per placet, quòd etiā videtur sibi cōmittere signaturam commissionum per placet, arg. huius regulæ, maximè in præsentia principis qui tolerat &c. quod facit ad tollendum dubium curiosorum, an dominus Alariensis qui habuit signaturā per placet à domino Sixto, censerētur habere etiā cōmissionum: quia R. dominus Nouariensis card. habuit signaturā cōmissionum cum referēdarijs: & dixi aliàs ꝙ sic, & nō oportet insistere in hoc, quia ipse habuit bullam de hoc, vt audio. Item pōderandū est hoc verbum per placet hic positum, & sic erat in regulis Sixti, sed nō in regula Pauli. & quia fortè simplices curiales possunt dubitare quid est ista signatura per placet, breuiter dicam aliquid: & quia suprà in proœmio tetigi an sufficeret in curia prima cōmissio & non requireretur alia cōmissio pro auditoribus: sed ꝙ ipsi possent vigore primæ cōmissionis facere omnia quę pertinerēt ad negotiū principale expediēdū, iuxta c. præterea. cū infinitis, de offic. deleg. Nā cui iuris

Differētia inter supplicationē & commissionem.

Signaturā per placet.

iurisditio mandata est,ea quoq; concessa esse videntur,sine quibus iurisditio explicari non podest.l.ij.ff.de iuris.om.iud.ergo videtur quòd prima commissio sufficeret pro auditoribus,vt possint omnia facere sine quibus &c.maxime quia rescriptũ ad lites debet largissimè interpretari,vt notanter dicit Inno.in c.si episcopi. de rebus ecclesiæ. & glos.est in l.iij.ff.de offi. præsi. quod est verum quo ad vim cõprehensiuam.secus de extẽsiua,vt dicit ibi Abb. & pro eius dicto facit gl.fi. quam etiã notat ibi Abb. in c.edoceri. de rescript.quæ dicit quòd rescripta debent strictè intelligi.sed concordando dico eam veram quo ad mentem extensiuam,secus quo ad comprehensiuam:aliàs contraria esset dicto Inno.vbi s̄.Item quia iudex potest interpretari legem obscurã in causa corã eo pendente,vt vult Inno.notanter in c.cum speciali. de ap. cuius dictum approbant Doct.etiam legistæ, maximè Bal.in vsibus feu.in c.j.§.inter pares.aliàs est c.de per se.de lege Corra.in iij. col. ergo sequitur quòd sufficere deberet prima commissio.& non essent necessariæ tot cõmissiones & tot tribulationes in curia. Sed ad hoc sciendum est quòd antiquo tẽpore prout habui à domino meo Cardinali Zamorensi sic fiebat: & quando aliquod dubium vertebatur inter auditores,tũc consulebãt vicecancellariũ:& quia ipse poterat de mero iure etiã declarare dubia iuris, vt dicam infrà in potestate sui,fortè ipse consulebat suos proceres,& dabat commissiones in quibus declarabãtur dubia. Sed quia dignitas Papæ non appretiabatur tantum sicut hodie:nam vicecancellarius concurrebat cum Papa in potestate,vt dicit Cardina. in clemen. ij.de elect. Item quia aliquando tam auditores

Rescriptũ ad lites est largissimè interpretãdum.

quàm etiam vicecancellarius excedebant metas suas, fuit visum quòd pro commissionibus simplicibus recurreretur ad vicecancellarium. & ipse signat de mandato domini nostri Papæ &c. ¶ Sed quando occurrit aliquod dubium iuris, tūc quia ad solū principē spectat declarare illud & interpretari cuius cū condere. faciat c. inter alia. de senten. excom. recurritur ad Papam pro declaratione: & tunc si est maximum dubium quod desiderat æquitatem, ipsemet Papa signat hoc modo, placet: vel sic, placet refectis expensis. vel placet consisto. de assertis: sed antiquo tēpore signabat Papa sic: fiat iustitia. c. j. de off. deleg. & facit quod dicit Bal. in c. de off. leg. Sed hodie Papa tantum in supplicationibus gratiosis signat sic. scilicet, fiat vt petit, vel fiat simpliciter: & si signat in commissionibus, ipse dicit concessum vt petitur. Idem facit vicecācellarius in signaturis beneficiorū iuxta formamregulæ infrà in sui potestate positæ. & idem facit legatus in supplicationib. gratiosis, scilicet concessum vt petit, vel per placet &c. Ego cōsului domino Vlixbon. vt signaret per placet, vt esset differentia inter ipsum & Aleriensem & Vicecancellarium: & sic fecit. & sic istæ cōmissiones aliquando proponūtur in consistorio publico per aduocatos consistoriales, vt omnes videant Papam facere iustitiam cum æquitate: & quando Papa est impeditus, committit istam signaturam alicui cardinali, quòd videat commissiones cum referendarijs & signet ad maiorem partem ipsorum, vel committit alicui episcopo ad partem, & tunc iste dicit placet domino nostro Papę consisto. &c. & ponas exemplum in hac regula. Pone quòd bulla non concordat cum supplicatione, & producitur

Si bulla discordat cū supplicatione.

tur

tur bulla tūc, quia de iure nō reperitur cautum quòd de essentia gratiæ requiratur supplicatio, ideo aduersarius velit ꝙ corrigeretur secūdum tenorē supplicationis,& tunc habet vnam com missionē : & quia vicecancellarius non potest eam signare,tunc cōmissarius Papæ ad signandū per placet,dicit,placet domino nostro Papę cōsisto.ꝙ non concordat bulla cum supplicatio ne,& tollit̄ ius quæsitū &c.& propter hāc com missionē mittitur ad cancellariū & corrigitur &c.Ex prędictis infero quòd est male vsitandū quando signatur cōmissio per placet ꝙ signetur prout de iure:quia ad Papam recurritur ad declarandū ius:& ꝙ ipse respondeat prout de iure idē esset dicere sicut ignotū per ignotiꝰ,vt in simili dicit glos.in l.C.de naturalib. lib.sed certe cessante fantasia multo melius esset quòd vna commissio sola fieret pro quacunq; causa cum incidētibus &c.& quòd auditores totū negotium expedirēt per prædicta. ¶Sed tunc bene non possent viuere cursores & notarij & copistæ,& eorū meretrices,& etiā procuratores: ideo transeamus cum erroribus aliorū : & nolo referre hic decisiones Rotæ dicentes quòd com missiones auditorū in curia sunt strictissimæ in præsentia principis.Et quādo intelligantur auditores ordinarij in cognoscendo,& delegati in pronuntiando : nam multi allegant & non intelligunt , etiam maximi viri. Sed hoc non est dicendum hic,fortè alibi infrà dicam,& dixi latius in alijs tractatibus : tamē auditores multa possunt facere sine commissionibus per placet,quæ non faciunt propter aliqua tacenda. Vnum tamē non omitto hic, quia quando Papa vel eius commissarius signatper placet,non credo quòd Vicecancellarius possit restringere Nota.

gere istam signaturam. & si restringeret, potius deberet auditores stare signaturæ per placet: quia ex quo Papa apposuit manus, inferior nō potest se intromittere. sufficiat c. vt nostrum. de ap. tamen Rota tenet contrarium, & nescio quo iure: & fortè dicam infrà in aliqua regula. Item ponderandum est hic verbum, nisi sint commissiones iustitiam concernentes, alias continentes per placet vel per sanctæ Rom. eccle. &c. Nam à fortiori debet intelligi de breuibus ac supplicationibus interclusis: & quia casus nunc pendet, dicam hic aliquid & infrà in regula xxix. etiam tangam si Papa prouidit vni de vna præbenda & commisit per breue suum supplicationibus interclusis quòd poneretur in possessione verificatis supplicationibus, in partibus opponitur de ista regula: dicendū puto quòd ex quo constat de voluntate Papæ quòd non habeat locum ista regula maximè per prædicta verba, à fortiori per authen. multo magis. C. de episcop. & cle. pro nunc non decido, quia pendet de facto. Item per hanc regulā practicatur, quòd licet vnus consentiat in cancellaria in certa pensione persoluenda, tamen nihilominus non tenetur eam soluere nisi bullis expeditis & sibi intimatis &c. ibi, secundum tenorē & formas &c. quia supplicatio non facit fidem. Sed ego dedi cautelam & seruaui in facto meo, quòd ille qui consentit faciat instrumētum ad partem, quòd est contentus soluere pensionē etiam bullis non expeditis, & renuntiat huic regulæ: quoniam potest renuntiare, iuxta l. si quis in cōscribēdo. C. de pact. & de epis. & cler. l. si quis. & tūc tenetur ipse: sed de successore credo ꝙ nō: nec committitur aliqua simonia per ea quæ dixi superius in principio. Item pondero verbum hic ad

Papa ex q̄ semel manum apposuit nō potest īferior se intromittere.

Cautela vt pensio possit peti sub simplici signatura.

ad illorum quorũ intereſt inſtantiam &c. Nam ex hoc videtur quòd iudex non debet mittere bullam male formatam ad cancellariã corrigẽdam, niſi pars petat, per hunc tex. maximè quia iudex in his quæ pertinent ad vtilitatem priuatam non poteſt regulariter ſupplere. ſufficiat l. iij. §. hoc autem iudiciũ. ff. de dam. infect. vbi per Bar. & Doct. in c. bonæ. lo. j. de poſtu. prælat. & per Bar. & Bal. in l. j. C. vt quæ deſunt aduo. ſed quia in cauſa beneficiali iudex poteſt ſupplere ex officio ſuo. cap. olim. de reſcrip. & gl. in d. c. bonæ. ſequitur quòd iudex poteſt facere ſi vult, ſed non aſtringeretur: ideo eſt bonum in arbitrijs habere iudicem fauorabilem, vt dicit gl. in regula, in iudicijs. de reg. iur. lib. vj. Et hæc ſufficiant pro nunc.

Bulla male formata an debeat ad ptis requeſtã reformari.

REGVLA XXVI.

ITem attendens idem dominus noſter, quòd ſuper habendis de cancellaria apoſtolica regulis & cõſtitutionibus inibi deſcriptis, faciliter per illos qui in Romana curia indiguerint ad ipſam cancellariã recurſus dirigi poteſt: nec conſultum foret quòd ſuper earundem regularum & conſtitutionum quas iuxta occurrentium varietatem cauſarum & negotiorum aliquoties immutari conuenit probando tenorem vel effectum teſtium plerunque tenacem deſuper memoriã non habentium depoſitionibus ſtari deberet, voluit, ſtatuit & ordinauit, quòd deinceps quilibet ex auditoribus cauſarum palatij apoſtolici & alijs

etiam

etiam si sanctæ Romanæ ecclesiæ sint cardi nales in ipsa curia pro tēpore deputatis au thoritate apostolica iudicibus etiā in causis actu pendentibus super huiusmodi tenore vel effectu probando duntaxat stet fidemque adhibeat cedulæ siue scripturæ desuper à duobus de maiore parco quòd danda sit à tergo signatæ & etiam duobus alijs literarum apostolicarum abbreuiatoribus in ipsa cācellaria auscultatæ: & domini vicecancellarij seu dictā cancellariā regentis manu subscriptæ, vt est moris. Quicqnid autem secus fieri cōtigerit, nullius sit roboris vel momenti.

ISta regula disponit quòd quilibet iudex in curia Romana stet cedulæ vel scripturæ duorum abbreuiatorum de parco maiori super tenore cuiuscunque regulæ & retro eam signantium quòd danda sit illa regula & subscripta manu duorum abbreuiatorum etiam de minori parco quod est auscultata & superscripta à vicecancellario vel à regente cancellariam: aliàs quicquid contrarium factum fuerit, sit nullum. Hoc dicit: & ratio decidendi fuit hic expressa, quia aliquando mutatur regula cancellariæ pro varietate temporū &c. c. non debet. de aff. & consan. ideo videtur quòd legitime fit quod hic deciditur. Et ratio dubitandi fuit, quia satis erat quòd in pręsentia principis haberetur illa regula inter alias regulas cancellariæ: imò non deberet fieri fides de ea: quia ex quo reperitur inter

ter alias regulas præsumit esse de regulis, sicut quando dubitatur an aliqua sit decretalis, si reperiatur inter alias, præsumitur decretalis: sicut monialis præsumitur reperta inter alias moniales, vt dicit glossa notabilis in sum. decimonona distinctione. & sic videbatur de regulis.

Decretalis reperta in volumine decretaliū præsumitur esse decretalis.

¶ Sed sciendum quòd quædā regulæ ponuntur ad iudicandum bullas, & illæ nō sunt dandæ in iure: quia iudex non debet iudicare nisi secundum bullam iam expeditam. & aliæ regulæ ponuntur ad terrorem pro exbursandis pecunijs, videlicet quòd infra sex menses expediantur bullæ: aliàs quòd non valeat signatura. & similes regulæ non sunt dandæ: aliæ concernunt merum iudicium, vt suprà regula proxima, & regula infrà proxima. & tales sunt dandæ. & de istis loquitur ista regula, & practicatur hodie sic quando vnus indiget regula facit supplicationem & dat vicecancellario & legitur si est danda & tunc ponitur procemium regularum & vna alia regula prima & postea ponitur illa quæ petitur, & deinde publicatio regularum &c. Et ideo ponitur procemium & alia regula, vt videatur an sit de regulis: ex quo inter alias reperitur, vt dixi. Sed si est talis regula iam producta coram vno auditore, tunc postquam est registrata, notarius illius producit eam in alia causa tua si dederis sibi duos carlinos, & semper facit fidem: quia iam semel est satisfactum huic regulæ &c. Et quia hic dicitur quòd iudex stet cedulæ &c. in modū de quo hic dicitur, an sit de necessitate quod hic dicit: quia videtur hoc relinquēdū arbitrio iudicis: & certè dico quòd si aliter fieret non valeret, vt hic dicitur: nam quādo aliquod verbum quod non inducit necessitatē ponit in materia dan

Iudicare nō debet iudex nisi secundum bullā expeditam.

Regula cācellariæ semel producta in vna causa facit fidē ī alijs causis.

dante regulam vel certam formã,tunc importat necessitatem, vt dicit Bal.in l.gallus. in ij. col. ff.de lib.& posthum.& allegat glos.ibi.ex quo infertur quòd si statutũ dicat quòd iudex potest inquirere de certis criminibus &c.quòd tenetur inquirere, & sua authoritate iudicabit per prædicta. Item circa hanc regulam sæpe dubitaui,quomodo posset vnus habere regulas cãcellariæ ad partes vt ibi faciant fidem in iudicijs:& certe à contrario sensu huius regulæ videtur quòd nullus etiam in partibus potest iudicare secundum regulas cãcellariæ, ex quo non sunt signatæ, prout hic dicitur. Et certe crederem quòd si vnus vellet expẽdere,oporteret habere mandatum Papæ speciale circa hoc dirigendum vicecancellario,quòd ipse videret easdem regulas dandas:& transmitteret sub plumbo ad partes:quia ista regula non dat potestatẽ illis de parco vel vicecancellario nisi hic tantum:ideo non esset magnum tenere quòd sentẽtia lata in partibus vigore regulæ cancellariæ quantumcunque notæ esset nulla per prædicta, iuncta ista regula:& interrogaui aliquos abbreuiatores dudum de hac quæstione:& quia non habebant in suo repertorio vel formulario minutarum,nesciuerunt mihi respõdere:sed credo quod dixi. Vidi tamen regulam cãcellariæ dari in plumbo, videlicet & illam in qua Papa reualidat literas gratiæ vel iustitiæ sui prædecessoris quæ est duodecima suprà absque commissione Papæ. licet ista regula loquatur in curia : & constitit vigintiquinque carlinos : sed satis est tolerantia Papæ in hoc. facit quod dicit Bartolus in l. cum prolatis. ff.de re iudicata.referendo ibi Ioannem Andr.in capitulo, quod translatione. de offi.leg.sed tunc esset dubium

Qualiter regula cancellariæ apostolicæ possit fidẽ facere in partibus.

bium an illa faceret fidem in alijs causis: & credo ꝙ sic per proœmium regularum, & per ea quę ibi dixi. Verum cogitandũ tamen esset. Tamen hoc crederem verum quando esset vna regula inusitata quæ cõmuniter nõ habetur etiã in partibus, aliàs si communiter ab alijs haberetur, & testes maxime curiales dicũt quòd viderunt eam practicari, & sic secundum eam sententiari, credo ꝙ in partibus valeret sentẽtia. argu. huius regulæ ibi, faciliter per eos qui in Ro. curia &c. & ibi in ipsa curia &c. & ad hoc faciunt notata in c. pastoralis de fide instru. & in l. cum prolatis. ff. de re iud. per Bar. Et si dicatur in partibus ꝙ non est data in curia, ei qui dicit incumbit onus probandi. l. ij. ff. de proba. maximè cum reperitur inter alias per prædicta. præsertim hoc tempore, quia sunt impressæ regulæ in præsentia principis in cuius præsentia non præsumitur aliquid fraudulenter actũ, arg. l. omnium. C. de test. Et pondero istã regulam, quia etiam loquitur de alijs constitutionibus extrauagantibus. & ideo quo ad extrauagantes crederem distinguendam prout text. & gl. & doct. dicunt in c. pastoralis. de fide instru. Bart. in l. cum prolatis. ff. de re iudi. & Bald. in l. leges sacratissimæ. C. de legib. in l. omnes populi. per Bart. ff. de iust. & iur. quòd etiam si non sit incorporata vel bullata, si tamen est notoria, quòd sententia lata contra eàm esset nulla, vt in extrauag. execrabilis. ponit Abbas exemplum vt suprà, aliàs deberet Papa consuli: de quo me remitto ad prædicta loca: tamẽ in curia oporteret quòd fieret in forma hic inserta producta coram iudice etiam extrauag. quia de facili potest haberi recursus ad cancellariã, vt vult proœmiũ hic. aliàs non valeret senten-

tia, vt hic dicitur, & suprà etiam dixi. Itē ponderandum est verbum hic, regulis & constitutionibus &c. Ex quo videtur arguendū quòd cum Papa mortuo etiam regulæ suæ dicuntur mortuæ, vt in procemio regularum, quòd etiam si vnus indiguerat tēpore huius Pontificis vna regula cancellariæ de tēpore Sixti vel Pauli, quòd non haberet locum quod hic dicitur: quia iam nō est regula ex quo mortuus est Papa vt dixi: tamen in hoc distinguēdum arbitror, quia si causa pendebat tempore Pauli quæ potest decidi per vnam regulam Pauli, tunc quo ad illam causam illa regula semper viuit. Ideo potest allegari & produci sine metu falsitatis, vt dicit Bald. in l. fi. ff. de fal. Ioan. de Imol. hoc tenet latissimè in c. j. de constit. & allegat auth. vt cum de app. cognoscitur. col. viij. in prin. & §. j. & sic deberet hodie fieri in curia per cancellariā: sed ego vidi super vna regula Calix. hic valde altercari: & sine noua commissione Papæ per placet nunquam potuit haberi. & ratio est, quia est mortua, vt dixi. Sed certe maxime fit ex quo illa lex quo ad casus præteritos non est mortua per prædicta. Sed aliter dijs visum fuit. Dominatio tamen T. R. habuit vnam commissionem in fauorem scholastici Borgeñ. circa hoc, & bene: & sic nescio nunc quomodo fieret. & hoc pro nunc: & non curo inferre hic qui dicantur abbreuiatores de parco maiori & de minori. ¶Et sciēdum ꝙ parcus, ci: vel parcum, ci, est temperamentum. vnde dicit Sallustius in Catilinario, quòd Romani in sacrificijs Deorum erant magnifici, & domi parci, id est temperati. & sic debent esse illi qui iudicāt bullas temperati quo ad iudicium, vt nō excedant metas sup. & regularum &c. & sic infero quòd male

Papa mortuo an regulæ suæ dicantur mortuæ.

Vnde dicatur parcus.

male dicitur parcus,id est auarus à vulgo:quia parcus dicitur temperatus:& auarus est qui tenet tenenda & non tenenda,vt dicit glos.in c. ex parte.de consuc. quæ ponit diffinitionē auari & prodigi & largi melius quàm viderim de iure canonico,sed nō ponit de parco.dico hæc sub correctione D.T.R. vnum tamen non omitto hic notare.quia tenor constitutionis siue regulæ potest probari per testes:& hoc clarè dicit proœmium huius regulæ. & licet Io.Andr. in mercurialibus,in regula nemo potest.videtur dicere contrarium:tamen de iure hoc communiter tenetur, & hoc sufficiat ad hoc decis. Rotæ cclxiiij.quæ incipit, Item quòd constitutio siue statutum.

Tenor regulæ cancellariæ potest probari p̱ testes.

REGVLA XXVII.

ITem idem dominus noster litiū succindere cupiēs anfractus, & ne noui collitigantibus aduersarij dentur prouidere,voluit,statuit,& ordinauit,quòd quoties deinceps aliquem super quouis beneficio ecclesiastico collitigantem in iure vel ad ius si quod forsitan eius aduersario in dicto beneficio competierit subrogari concesserit dummodo præfatus collitigās in dicto beneficio intrusus non sit, nec super eo cōtra dictum aduersarium postquàm illud per triennium pacificè possèderit lis tunc mota fuerit aliorum quorumlibet de præmisso iure,siue si tunc vacet,vel tunc vacauerit,

impetrationes infra mensem ante concessionem huiusmodi factæ nullius sint roboris vel momenti.

ISta regula secundũ quòd omnes intelligũt, dicit, quòd si lite pendente moriatur collitigans vel aliàs vacet ius vel beneficiũ per collitigantem, quòd infra mensem potest subrogari collitigans: & si alius subrogetur, quòd nõ valet subrogatio infra mensem, nisi collitigãs qui petit subrogationem fuerit intrusus, vel mota sit lis contra possessorem postquam triẽnio pacificè possederit: hoc dicit secundum ꝙ omnes curiales etiam doctissimi viri intelligunt: sed salua gratia omnium ista regula non dicit hoc, sed prout semper intellexi sic, licet ponam manum ad calamum, intelligo, quòd si duo litigãt super beneficio, & vnus ipsorum cedit vel decedit lite pendẽte, quòd si vnus alius tertius quomodocũq; petat se subrogari & sit prior in data: si tamen alius collitigans infra mensem post impetrationem illius tertij petat se subrogari, quòd valet impetratio collitigantis & nõ alterius tertij: & hoc fundat clarè ista regula in si. iuncto princ. Et pono exemplum, si duo litigabant, & alter mortuus est, & tertius post annũ petat se subrogari, & fuit subrogatus: quòd si post impetrationem suam infra mensem à tempore impetrationis tertij collitigans subrogetur, illa subrogatio valet, & nõ illius tertij qui est prior in data, & non debet intelligi quòd debet collitigans subrogari infra mẽsem à tempore mortis collitigantis: quia hoc nõ dicit regula, sed indistinctè loquitur ibi, ante concessionem huiusmodi &c. Ex quo verbo noto mihi, quòd si collitigans moriatur vel cedat, & tertius

Collitigãs si subrogari petit in locũ mortui ĩfra mẽsem à tẽpore impetrationis tertij, prefertur ipsi tertio.

tius ſubrogetur infra menſem à tempore ceſsionis vel deceſſus, ac poſtea infra menſem non ſubrogetur collitigans, quòd valet ſubrogatio illius tertij per hoc verbum, ante conceſsionem &c. Et ratio huius regulæ fuit æqua vt in principio dicitur, tamen hodie trahitur ad iniquitatem. quia hodie multi mouent litem cõtra aliquos antiquos vel fortè promouẽdos in breui propter hanc regulam: qui tantum ius habẽt in principali ſicut Turcus. & tamen ſubrogantur hodie & habent victorias per fas vel nephas: tamen Papa non eſt in culpa: & poteſt dicere, Abſit quòd ea quæ propter bonum finem facimus ab alijs in malum finem trahantur, & nobis imputentur. c. de occidendis. xxiiij. q. v. Tamen deberet prouidere quòd ex coniecturis iudicaretur in ſimilibus fraus & non haberet locũ regula iſta ſicut in vna cauſa quæ pendet nunc in Rota de Hiſpania cõtra vnum doctiſsimum virum in iure diuino. Et ad hoc vt tollantur aliqua dubia quæ quotidie oriuntur in curia ſuper iſta regula, maxime apud curioſos, præſupponendum eſt, quòd de iure quando moritur vnus ex collitigantibus, tunc non poteſt fieri collatio vel prouiſio illius beneficij alteri quouſq; finiatur prima lis, aliter non valet. c. j. & ij, vt lite pendente. lib. vj. & cle. j. §, ſi verò. eo. tit. Ex quo ſequitur, quòd cum in dictis c. j. & ij. ponatur decretum irritãs, quòd etiam comprehẽdit Papam: nam decretum irritans comprehendit Papam ſi ponitur in iure vel aliàs quo ad ordinariam poteſtatem. caſus eſt ibi no. Domi. in c. quodam. de præben. lib. vj. ergo ſequitur ꝙ collatio vel prouiſio Papæ etiam tunc non valeret per dictum c. ij. iuncto §. ſi verò. dictæ cle. j. & iuncto dicto c. quod-

Decretum irritans cõprehendit Papã ſi ponatur in iure.

dam. & sic videretur ꝙ subrogatio Titij nõ valeret: quod fateor esse verum, nisi fieret mentio de lite: quia tunc videtur Papa facere ex certa scientia subrogationem, & ex plenitudine potestatis valet talis collatio siue prouisio Papæ facta mentione de lite. & iste est casus in d. cle. j. §. ij. vt lite pendente. & ideo subrogatio facta per Papam facta mẽtione litis valet. & per non obst. tollitur illud ius commune. Tamen propter hoc venit ista regula dicens, quòd licet valeat subrogatio, ne fundetur nouus collitigatoris: mandat ꝙ infra mensem post subrogationem alterius præferatur collitigans. & sic intelligitur ista regula. Diceret tamen aliquis, nunquid per cessum vel decessum collitigantis extinguitur lis? dico quòd non. quinimo superstes potest prosequi litem si vult, vt in dictis c. & in d. cle. §. si verò. ideo si aliquis impetraret de nouo, dicitur impetrare lite pendente per prædicta. ideo dicit decisio Rotæ ccccxxv. quæ incipit, Item si lite pendẽte in curia: ꝙ nõ finitur lis, nisi per sententiam & non per mortem collitigantis vel cessum: & ita tenet stylus ignorãtium in curia: sed salua gratia tantorum dominorum, credo quòd nesciunt quid dicant: quia hoc non fundatur iure: imò contrarium est de iure communi. & de hoc allego text. in d. cle. j. in primo respon. vbi dicitur quòd si litigantes in curia moriantur ambo, quòd ad sedem apostolicam pertinet collatio, & in partibus ad ordinarium &c. ergo sequitur quòd per mortem collitigantium sine sentẽtia vacat beneficium. Item finitur per transactionem & per iuramentum, & per renuntiationem litis &c. c. j. de litis cont. lib. vj. & l. postquam liti. C. de pact. Et ne taceam laudem alienam, quia essem simil

Nota.

Lis mota sup benefi cio nõ fini tur p mortem colli tigãtis, sed per senten tiam.

ſimilis furi, vt dicit Bald. in præludijs feudorum. allego Io. de Milis in. §. lis finitur. vbi notanter dicit hoc. tamen auditores vt trahãt aliquem ad curiam Romanam propter pompam, credo ex tacito iuſſu maiorum tenent illã deciſionem pro euãgelio: & iam in cauſa mea propria allegaui in qua aduerſarius renuntiauerat iuri liti & cauſæ: & ſtetit per ſeptem annos & nihil mihi fecit: quando vidit me abſentẽ proſecutus fuit per audientiam contradictarũ, & habuit ſententiam contra me, & fecit me exponere C C C. ducatos propter aliã deciſionem: tandem vigore cõmiſsionis feci eam reuocari. Sed tamen ſi prædicta rectè intelligantur alio modo loquitur deciſio iam dicta, puta quando apparet ꝙ Papa ſubrogat alium tertium ad proſecutionem primæ litis in eodẽ ſtatu cauſæ &c. & non apparet quòd ſuperſtes deſtitit à lite. Quia ſi aliter appareret, tunc non diceretur lis pendere, vt vult dicta deciſio in prin. & allegat gl. no. in d. cle. j. §. ſi verò. in verbo proſequeretur. quæ dicit quòd ſi ſuperſtes non proſequitur litẽ, non dicitur lis pendere. & debet intelligi illa gl. quando apparet ex coniecturis, quod nõ vult proſequi, puta quia renũtiauit liti per dictã l. poſtquam liti. vel per alias cõiecturas: quia ipſo facto oſtẽdimus voluntatẽ noſtram ſine verbis. ſufficiat text. cum gl. in c. nõ ſolum. xj. q. iij. & in c. quem progenitores. xx. q. j. & alia iura quæ allegat. & bene, Ioan. de Milis in verſic. finitur. in parte litis pendentis. & licet aliàs ridiculum eſſet, quòd ſi quis non proſequeretur litem, quòd propterea videretur renũtiare liti, maxime de iure canonico, quo non perit inſtantia. c. venerabilis. de iudicijs. vt dicit Milis. & ſic loquitur etiam di-

Voluntas hominis oſtenditur facto ſine verbis.

cta decisio dicens, quòd si actor mortuo reo capit possessionẽ sua authoritate, videtur habere animum non prosequẽdi, licet postea vadat variando. & sic prædicta faciũt contra stylũ ignorantium qui dicunt indistinctè quòd per sententiam solam finitur lis in curia: quia hoc est de statutis Rotæ. nam in aliquibus deci. dicunt quod statuerunt & ordinauerunt domini de Rota. Et mirandum est de eis. nam auditores nec aliquis in curia in præsentia Papæ non habent ius statuendi, nec habent ordinariam potestatem plenam, vt ait gl. in cle. auditor. de rescript. & an subrogatus in iure & ad ius videtur subrogatus quo ad possessionem, illa decis. ccccij. hoc plenè dicit. Sed veritas est, quòd si fiat mentio possessionis sic, aliàs secus. vt dicit decisio lx. quæ incipit, Item subrogatus in litem. Et illud quod dixi quòd impetratio facta lite pendente non facta mentione de lite, non valet: hoc verũ quando impetratio est facta de iure collitigãtis alicuius, secus si de iure alterius non litigantis. hoc dixit expresse Oldr. consilio ccxix. quod incipit, quidã Hugo. quod posui in titulo, vt lite pendẽte. Sed quia hodie in impetrationibus factis in curia in quibus ponũtur clausulæ, vel alio quouis modo ex ipsius vel alterius cuiuscunq; persona &c. arbitror quòd raro prodesset dictum cõsilium in curia: sed in partibus sic quo ad ordinarios. Item ad illud quod dixi superius, quòd non censetur lis extincta per non prosecutionem litis &c. ego dicebam quòd per lapsum triennij videtur quis nõ habere animũ litigandi. & allegabam regulã primã de triẽnali possessore. ibi, antiquas lites penitus extinguendo &c. Tamen hoc non fuit receptum in Rota, quæ tenet quòd etiã per mille annos dicitur

Auditores Rotæ si possunt statuere.

Per lapsũ triennij videtur quis habere animum nõ litigandi.

citur lis pẽdere in curia,si nõ sententiet. Fateor tamen quòd si renuntiatio litis fieret corã auditore,amplius ipse nõ posset intromittere,quia tunc etiam Rota teneret quòd diceretur lis finita per ea quę dicit Ant.in c.cum pridẽ.de pac. & Abb.ibi,& dicitur lis pendere quo ad collationem &c.per citationẽ tantum factã in curia ad dicendum contra cõmissionem, licet nõ reprimantur ea quæ vult clem.ij.vt lite pendente.& sic practicatur in curia:& per appellationem extraiudicialem in partibus legitimæ secundum cle.causam.de elec.dicitur lis pendere quo ad istã regulã,licet quo ad deuolutionẽ sic. ita vult decisio Rotæ cccvj.quæ incipit,Item si reus & possessor.ideò est consilium appellanti quòd in curia facit causam cõmitti & decerni citationẽ per audientiam cõtradictarum. & in prima citatione haberet locum ista regula per prædicta, aliàs non.& sic practicatur in curia: crederem tamẽ quòd si actor faceret tantũ causam cõmitti cõtra reum possessorem vel appellasset eum extraiudicialiter secundum formam cle.causam.quòd si moriatur ipse actor ante citationem,quòd haberet locũ ista regula,arg.eorum quæ dicit decisio lxxiiij.quæ incipit,Item quòd cle.ij.vt lit.pend.& facit glos.ibi,& hoc quo ad surrogationem. Sed quo ad priuilegia impetrata lite pẽdentevel quo ad impetrationẽ gratiæ,satis credo sufficere quòd causa sit tantum cõmissa.faciat gl.& ibi Doct.in c.cum causam.de testi.Item quia hic dicitur de lite super quouis ecclesiastico beneficio &c.& inferius dicitur , siue tunc vacet vel cum vacauerit &c.

¶Aliqui curiosi dicunt hanc regulam habere locum,quãdo fit impetratio in forma iuris per priuationẽ;sed certè breuiter nõ estverũ. Vnde

si tu impetras beneficiũ Titij tãquam homicidę in forma iuris: ille potest renũtiare quãdocunq; illud beneficiũ, vel etiam si decedat non habet locũ ista regula: quia ista nõ est causa beneficialis. sufficiat ad hoc gl. not. quæ cõmuniter tenetur in c. ij. in verbo finita. vt lit. pend. lib. vj. secus tamen esset quãdo impetratio fieret beneficij alicuius, quod vacat ipso iure, & petitur renuntiari in casu regulę vt improbi. & hoc vult sentire glos. prædicta in d. c. j. in fin. & ita tenet Rota: & ita practicatur nunc in vna præbenda Hispalensi permutata lite pend. Item pondero istã regulam inquantũ loquitur generaliter de quolibet litigante, quia si familiaris cardinalis vel Papa litigans moreretur, non requireretur cõsensus cardinalis: & haberet locũ ista regula, & nõ infrà posita xxx. & ita practicatur: quia illa nõ tollit priuilegiũ huius regulæ vltimæ. Quia hic dicũtur duo vocabula, scilicet anfractus & intrusus. de anfractu dico quòd vult dicere labor vel tribulatio: quia anfractus est quasi vndiq; frangẽs: & est vis aspera plena diuerticulis & fractionibus & ruinis, vt dicit gl. in clem. dudũ. j. respõso. de sepul. & ex illo textu cum gl. & ex ista regula etiã apparet, ꝙ vtile est recedere à lite. facit l. minoribus. ff. de minor. & quis dicatur intrusus, not. in c. eum qui. de præbẽ. lib. vj. p Doct. maximè per Domi. & dicã infrà in regula de triẽnali. Itẽ per hoc verbum siue cum vacauerit &c. potest dici ꝙ regula xxiiij. nõ habet locũ in colitigãtibus, videlicet ꝙ si ego litigo cum promouẽdo ad episcopatum, quòd possum petere subrogationẽ, etiã antequam promoueatur per hoc verbum. Item addo quòd hodie temporibus nostris Papa derogat in fauorem suorum vel cardinalium huic

Homicida potest suo beneficio renuntiare nõ obstante impetratione alicuius.

Anfractus quid propriè dicat.

regu

regulæ,& dat ſubrogationem tertio etiã antequàm moriatur collitigãs cum derogatione huius regulæ:itaq; etiam ſi collitigãs ſubrogetur infra menſem,valet prima ſubrogatiõ. Sed ne videatur ſibi tolli ius quæſitũ vel quærendũ per hanc regulam,tunc collitigans nõ ſubrogatur, ſed proſequitur ius primum quod haberet: eſt cautela referendariorum vel habentium ſignaturam per placet vel per conceſſum. aliàs eſſet dubium an tolleretur ſibi ius quæſitũ per hanc regulam,& non valeret,vt dicit illa regula ſupra.& hoc poteſt Papa facere quia licet fecerit iſtam regulam maiorẽ poteſtatẽ habet penes ſe. d.c.dudum. de præbed.lib.vj. ¶ Item hodie eſt vna cautela,quando quis impetrauit beneficiũ alterius per priuationem in forma iuris: quòd licet iure poſſet renuntiare vel forſan permutare vt dixi, tamen datur vna ſubrogatio antequàm vacet,quòd nullus alius poſſet ſubrogari in iure illius vacaturo per mortẽ, vel per reſignationem,niſi ille qui impetrauit. & ſic dixit mihi vnus clientulus meus qui habebat ſignatam & expeditam forſan bullam:& poteſt fieri per prædicta,ſed malè. Item pondero hic verbũ impetrationes &c.ex quo ſequitur ꝙ nõ caſſatur hic prouiſio ſiue ſubrogatio facta motu proprio, quia prohibitus impetrare non prohibetur obtinere motu proprio.l.j.C.de pet.bon. ſub.lib.x.& ratio eſt,quia quod obtinetur per impetrationem præſumitur obtentum per importunitatem. ſed quod obtinetur motu proprio præſumitur obtentum, vt dicit Bald.in l. quod fauore.C. de leg.maximè quia nõ tollitur hic ius quæſitũ parti ſed quærendum.ideo &c. Itẽ quia iſta lex indiſtinctè loquitur debet intelligi etiam indiſtinctè.l.iij.ff.de offic.præſi.ideò debet

Cautela vt quis non poſsit diſponere de beneficio quo venit iure priuãdus.

debet intelligi non solum in Papa,sed etiam in ordinario & in legato qui possunt etiam proui dere de iure quod competebat alicui mortuo. & si dicas quòd hic videtur Papa exprimere de concessione facta per eum tantũ,vt ibi concesserit &c.non obstat:quia dico quòd si Papa imponit sibiipsi legem in hoc. Ergo à fortiori alij non possunt hoc facere. arg.authen. multo magis.C.de episc.& cler.& in clem.j.in prin. de reliq.& vener.sanct.cap.super eo.de vsur. & quæ ponuntur causa exẽpli non restringunt regulam.l.j.§.quòd vulgo.ff.de vi & vi ar. maximè cum eadem sit ratio in vtroque.ergo idem ius.c.ratio.de præben.in arg.& cle.j.de elec.l.illud.ff.ad l.Aquil.licet domini de Rota in casu regulæ sequentis pronuntiauerũt contrarium,vt ibi dicam.& sic ex prædictis potest dari cautela contra istam regulam quòd suppli catio sonet motu proprio hoc expresso per c.si motu proprio.de præben.lib.vj.& tunc non oportet quòd deroget huic regulæ vt dixi.sed certè Papa deberet declarare quòd ista regula haberet locum,etiam si alius tertius impetrasset motu proprio : & quòd haberet locũ etiam in legatis & ordinarijs propter vnum cõsilium Pontani, & etiã Petri de Anchar.aliter tamen dijs visum est.

REGVLA XXVIII.

ITem voluit & ordinauit, quòd omnes gratiæ quas de quibusuis ecclesiasticis be neficijs cum cura vel sine cura secularibus vel regularibus per obitum quarũcunque personarum vacãt,in antea fecerit, nullius

robo

roboris vel momenti sint, nisi post obitum & ante datam gratiam huiusmodi tantum tempus effluxerit, quòd interim vacationes ipsæ de locis in quibus personæ prædictæ decesserint ad eiusdem domini nostri notitiã verisimiliter potuerint peruenisse.

ISta regula dicit quòd cassantur prouisiones Papæ de beneficijs vacantibus per obitum alicuius nisi tantum tempus effluxerit à tempore obitus illius qui tenebat vsque ad tempus prouisionis ipsius, infra quod verisimiliter poterat peruenisse ad notitiam domini nostri. hoc dicit: & ista regula venit ad tollendum ambitiones, & ad tollendum fraudes quæ solebãt fieri. Nam si vnus in partibus infirmabatur, & fortè dicebatur quòd non poterat euadere, tunc volens beneficium illius habere, mittebat cursorem ad Papam, & interim moriebatur ille: tamen à tempore mortis ipsius vsque ad tempus datæ prouisionis Papæ nõ erat tantum tẽpus lapsum infra quod poterat verisimiliter peruenisse ad notitiam domini nostri. ideò cassat Papam tales prouisiones. ¶Et vidi dubitari in curia, an ista regula haberet locum in legato. pone quòd cursor venit ad legatũ, & legatus prouidit in casu quo potest prouidere, tamen non fuit lapsum tantum tempus &c. sicut dicit ista regula. certè ego à principio dixi quòd nõ haberet locum ista regula, quæ loquitur in Papa. ibi, in antea fecerit. & ibi eiusdẽ domini nostri &c. & super hoc arbitror me vidisse vnum consiliũ Ludouici Romani: & aliud Petri de Ancharano, & cõcludunt, si rectè memini, quòd regulæ Cancellariæ loquentes de Papa non habent

Regula de verisimili notitia an habeat locum in legato.

bent locum in legato: quia sunt exorbitantes à iure cōmuni &c. per iura vulgaria. Et sic sententiauit Rota in vna causa in qua dicebam. & dominus Coronatus aduocatus cōsistorialis idē dixit: nam satis est quòd principiū & finis sunt habilia, licet medium sit inutile quod præsumitur bonum. faciat glos. in c. volumus. xvj. q. iiij. cum simili. ¶ Sed certè non esset magnum tenere quòd etiam ista regula haberet locum in legato & ordinario, etiam quia licet sit exorbitans à iure communi, tamen non est ius expressum quod dicat contrarium huius regulæ: & quia emanat ad tollendum fraudes, cauillationes & ambitiones, & ad tollēdū peccatum: & sic in fauorem animæ potest de iure etiā ratione æquitatis extendi ad legatum & ad ordinarium. & ad hoc sufficiunt dicta Ioan. And. & modernorum in c ex tenore. qui filij sint legit. vbi dicunt, quòd constitutio etiam pœnalis, si emanat in fauorem animæ, debet extendi ad casus similes. de qua materia extensionis remitto ad ea quæ dico plenè in xvij. q. in tractatu cardinalium: & sic iudicarē etiam in foro cōscientiæ, licet ista constitutio sit pœnalis, quia annullat collationes. facit glos. in c. decet. de immun. eccles. lib. vj. item etiam si sit exorbitans vt dixi, tamen ex eadem ratione ego sic iudicarē, de quo aliquid dixi s. regula proxima. & concordat ista regula cum iure cōmuni, vt nō detur occasio captādi mortem alterius. c. ij. & iij. de concess. præben. lib. vj. ¶ Et cōtra hanc regulam faciunt curiales qui habent cursores de partibus cautelam, quòd primò obtinent signaturam vacantis, & deinde quolibet die habent aliam signaturam, quousque veniat tale tempus infra quod potuit verisimiliter venisse ad notitiam

Regula de verisimili notitia an habeat locum in ordinario.

Cōstitutio penalis in fauorē animæ debet extendi.

tiam Papæ: & cum sunt certi, expediūt bullas de illa data in qua verisimiliter &c. Sed cōtra istos facit: quia sunt inhabiles ad tale beneficium in quo positi sunt viuente possessore de iure communi. c. j. de concess. præben. & maximè tempore Pauli, quia per regulam cancellariæ inhabilitātur, vt dixi suprà regula xx. Sed ad hoc allegare posset ille curialis, ꝙ ipse non impetrauit: & si dictum fuerit quòd ipse porrexit supplicationem &c. potest ipse replicare, quòd supp. non facit fidem quo ad hoc, vt vult regula s. xxv. Vidi tamen in curia fieri vnam cautelam, quòd cum venit cursor de partibus: & ille qui venit impetrat, tunc & nondū erat mortuus secundum tempus requisitū in hac regula: tunc inde ad tres dies impetrauit vnus alius qui sciebat hoc, & impetrauit infra tempus requisitum in hac regula & obtinuit cōtra primum, & meritò: ideò consulo quòd habens cursorem etiam si impetrat & habeat signaturam, tamen maneat per octo dies. ¶ Item quia ista regula loquitur de obitu, nunquid habeat locum in alia vacatione. pone quòd erat in partibus fama quòd vnus cuius beneficia erant reseruata volebat intrare religionem, & ante ingressum volebat renuntiare in manibus Papæ, & venit cursor ad curiam non ex parte sua sed alterius vel etiam ex parte ipsius, & Papa contulit beneficium illius, sed nondum lapsum erat tantum tempus sicut dicit ista regula: an valeat collatio. Et certè crederem quòd sic, maximè quia cum sit pœnalis & exorbitans, cessat ratio captādæ mortis alterius: appellatione enim mortis naturalis non comprehenditur ciuilis, quia nunquam mors ciuilis comparatur naturali, nisi in casibus à iure expressis, vt ait gl. vnica

Appellatione mortis naturalis non venit ciuilis.

ca in Decret.in c.placuit.col.xvj.& alia vnica in sexto. Decretalis in c.susceptum.de rescr. lib. vj.de quo aliquid per Bald.in l.fi.C.de epi. & cler.& per Sicu.in c.cum sis.de conuersion. cõiug.& quia ista regula dicit deverisimili &c. dubitari vidi in curia,quomodo debet intelligi istud verisimiliter.& vidi de facto quòd de Valentia Aragoniç venit vnus cursor in x.diebus cum vacanti: & dubitatur an haberet locum ista regula: & tunc fuit probatũ,quòd per mare vnus cursor venerat aliàs de Valẽtia in sex diebus.& communiter probatur quòd cursores non poterant venire nisi in xv.diebus vel ad plus xij.nescio quid fuerit determinatum. Sed in hoc verisimiliter ego exponerem verisimiliter pro incredibili,arg.l.iij.in ij.& iij. respon. ff.si pars hær.pet.& tunc tenerem mediã viam sicut ibi tenet Iurisconsultus:& non tenerem illud quod raro accidit per illam l.& per l.nam ad ea.ff.de legi.vnde ibi dicitur quòd vna mulier pepererat iiij.& alia v.& alia Aegyptiaca vij.& vna Alexãdrina fuit reportata vt Adriano ostẽderetur quæ pepererat quatuor vno tẽpore.& inde ad xl.dies peperit vnum aliũ:tamen tibi Iurisconsultus tenet in §.fin.mediam viam,scilicet quòd non attendit id quod raro fit: sed dicit de tribus tantum &c.& sic videretur in casu nostro quòd non stemus probationi de vj.diebus nec xij.sed mediam partem tenere debemus,scilicet de x.diebus.& sic videtur hoc cousonum iuri. quantum ad hoc verisimile est videndũ quod dicat Dy.in c.inspicimus.de reg.iur.lib.vj.& est bonus text.cum gl.in c.cupientes.§.quòd si per xx.de elect.lib. vj.& hæc pro nunc: dico versimiliter istud relinqui arbitrio auditorum, ex quo verba diriguntur

Qualiter intelligatur istud verbum verisimiliter.

guntur ad eos, vel in arbitrio cuiuscunq; iudicis iudicantis. casus est in simili in c. cupientes. in §. quòd si per xx. de elect. lib. vj. facit l. fi. ff. quòd metus. & c. quia verisimili. de præsumpt.

REGVLA XXIX.

ITem quòd omnes & singulæ causarum commissiones quas in antea fieri contigerit obtentu vel occasione concessionum duntaxat Apostolicarum de beneficijs ecclesiasticis gratiarum, super quibus Apostolicæ literæ confectæ nō fuerint, ac processus desuper habendi nullius sint roboris vel momenti.

ISta regula cassat commissiones fiendas super beneficijs cōcessis per gratiā Apostolicā, de quibus nō sunt literæ Apostolicæ confectæ, & processus desuper habēdos: & hoc est cōtra ius cōmune, quia vt superius sæpe dixi, per solam signaturā acquiritur ius plenū sine expeditione bullarū de iure. sufficiat tex. cū gl. in c. institutionis. xxv. q. j. & alia iura allegaui s. regula xxv. tamē ista regula disponit contrarium. tamen propter quandā æquitatē, quia ille qui habebat signaturā tantum molestabat possessorem, & postea fortè faciebat aliquā falsitatem in expediēdo &c. tum etiam quia iudex ignorabat fundamētum suæ iurisdictionis &c. arg. eorum quæ dicit Bart. in l. multum interest. ff. de cōdit. & demōst. & Inn. in c. prudētiam. de off. dele. licet Bart. alleget eum in c. cum cōtingat. eod. tit. tum etiā ad exbursandū pecunias &c. & ideo ista regula practicatur etiā hodie in expectatiuis. Nam executor datus in expectatiua

Signaturā tantum habens non potest molestare possessorē beneficij.

nō poteſt fulminare proceſſum, niſi viſa bulla, aliàs nō valet. Et ideo hodie tenetur vna cautela: quia cum bulla datur expeditā poſtq̃ eſt in plūbo, vt dixi ſuperius in x. regula. & ad hoc facit c. licet. de crim. falſ. habens expectatiuam poteſt ire ad plumbū cum ſuo executore: & ille executor cū videt ibi bullam & ſe iudicem ibi datum poteſt fulminare proceſſum, prout aliàs ego feci tanq̃ executor vnius pauperis &c.

Nota. Sed vt nō detur obiectū de iſta regula eſt practica procuratorū, quòd in iudicio producunt ſumptum bullæ & nō ipſam bullam, vt nō videatur illud quod eſt ſcriptū retro, ſcilicet expedita tali die. Itē pōderandum eſt verbum de beneficijs poſitū hic. ex quo videtur non idem eſſe in alijs. pono quòd Papa cōceſsit alicui iuriſditionē vel poſſeſsionē tēporalem vel perpetuā in aliquo caſtro vel ciuitate, & iſte anteq̃ expediat bullas facit cauſam cōmitti cōtra intruſum, an valeat iſta cōmiſsio: & certe dicendū eſt quòd ſic, quia iſta regula eſt exorbitās, ergo debet reſtringi ad terminos, in quibus loquitur. c. quæ à iure cōmuni exorbitās. de reg. iur. lib. vj. & c. odia. & c. in pœnis. eod. tit. & ſic aliàs reſpōdi in curia: neſcio quid fuerit iudicatum: ſed hoc bene credo verum dummodo poſtea producatur in iure. Itē vidi dubitari, & eſt caſus meus nunc in Rota. pono quòd Papa prouiderit mihi de beneficio & mādat per breue ſuum ſupplicatione ſignata intercluſa, quòd iudex in partibus ponat me in poſſeſsione vel aſsignet mihi beneficium, an habeat locum tūc regula iſta. Et certè dicēdum eſt quòd nō, quia appellatione cōmiſsionis nō venit breue Papę per quod etiam videtur idem &c. ex ſupplicationibus intercluſis quòd Papa ex certa ſcientia

tia vult hoc fieri, arg. l. quidem consulebã. ff. de re iud. ¶ Item vidi dubitari, quia appellatione cõmissionis simplicis non venit commissio in qua cõtinetur supplicatio: nam species cui additur aliquid de genere alterius speciei mutat nomen casus. in c. statutum. de elect. lib. vj. iuncto c. licet canõ. de elect. eod. lib. facit quod dicit Abb. in c. bonæ. lo. j. de postu. præla. qui allegat dictum c. & facit l. quæ venenum. ff. de verb. sign. Item quia appellatione simplicis nõ cõtinentur cõpositum, quãdo materia est odiosa: casus est in c. quod dilectio. de cõsang. & affin. licet gl. cum tex. instit. de act. §. j. videtur dicere contrarium in l. ij. ff. de verb. oblig. vbi Doct. plenè. sed ibi dixi legendo hic Romæ vltra Bartol. Bald. Ang. Ioan. de Imol. & Lud. Pon. quos vidi ibidem, quòd quando omnia supplicia comprehensa sub genere numerantur particulariter in aliqua dispositione, tunc appellatione simplicis cõprehendatur etiam compositum ex illis simplicibus. & sic procedunt dicta iura: & pone exemplum suprà in xv. regula & ibi dixi aliquid de hoc. Sed quãdo non enumerantur omnes species sub genere, vt in hac regula, vbi nõ numeratur nisi tantùm vna species, scilicet cõmissionis, sequitur quòd non comprehenditur commissio composita, scilicet cum supplica. interclusa: & sic procedit dictum c. statutum. de elect. lib. vj. & c. quòd dilectio. de cõsang. & affi. Item quia cõmissio tantũ intelligitur secundũ vsum loquẽdi qui in istis debet attẽdi. l. cum de lanionis. §. asinã. ff. de fun. instr. c. q̃uis. de verb. sig. sed appellatione commissionis nõ intelligitur nisi cõmissio simplex quæ fit in curia: ergo de breui non debet intelligi. in hoc tamen arbitror, quod si etiam com-

An appellatione cõmissionis cõtineatur commissio in qua continetur supplicatio.

Cõmissionis verbũ comprehẽdit cõmissionem simplicem tantum.

misſio fieret ad partes præſcriptum cõtra hanc regulã quòd nõ valeret, quia in hoc attenditur verum tẽpus datæ. c. ſuper eo. de ap. ſed in com misſione attẽditur tẽpus præſentationis. c. j. de reſcrip. & cap. vt debitus. de ap. ſed in breui in quo ſupplicatio eſt incluſa ſecus eſſet dicẽdum per prædicta. in dubio tamẽ expedire nolo bullas in cauſa mea, quia nolo ponere ius meum in iudicio aliorũ quorũ mentes nõ ſunt æquales etiã in iuſtitia maximè mecum. Item pondero hic verbum proceſſus deſuper habendi &c. quia in regula Pauli erat, habiti & habẽdi &c. ſed melius eſt hic, quia in principio dicitur quis in antea &c. & etiam in regula Pauli dicitur illud verbum : & credo hic ea quæ dixi in aliqua parte in regula ſuperius dicta ſcilicet viceſimaquinta.

REGVLA XXX.

ITem voluit quòd impetrãs beneficium vacans per obitum familiaris alicuius Cardinalis, tenetur exprimere nomen & titulum ipſius Cardinalis : & ſi ille in curia fuerit, eius ad id accedat aſſenſus, aliàs deſuper gratia ſit nulla : & idem ſeruare voluit, etiam ſi dicti familiares ipſorum Cardinalinm familiares eſſe deſierint, ſeu ad aliorum Cardinalium familiaritatem ſimilem tranſierint : quo ad beneficia quæ durante familiaritate priori obtinuerunt : & in quibus ipſi priori familiaritate durante ius eis competierit, ita quòd ad illa Cardinales, quorum prius familiares fuerunt,

runt, suum habebunt adhibere consensum.

ISta regula dicit, quòd impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicuius Cardinalis, quod debet exprimere nomẽ & titulũ cardinalis: & si cardinalis in curia sit, debet habere consensum illius cardinalis: aliàs quòd gratia sit nulla. & idẽ vult seruari etiã si desierit esse familiaris ipsius cardinalis, vel trãsiuerit ad familiaritatem alterius cardinalis in beneficijs quæ habebat tempore prioris familiaritatis: quia ille debet cõsentire, & non secundus. hoc dicit ista regula: & venit ad cõplacendum cardinalibus, vt possint ipsi qui habẽt onera in sustinẽdo familiam & laborãdo pro eis, quòd habeant etiam cõmodum, vt debeant consentire in prouisionibus quas fecerit Papa de beneficijs vacantibus per obitũ familiarium cardinalium. Et quia ista regula loquitur indistinctè de beneficijs vacãtibus per obitum familiariũ cardinaliũ, indistinctè debẽt intelligi. l. de pretio. ff. de publ. iũcta l. eo. tit. in princ. ideo sequitur quod etiã si familiaris moriatur in curia, oportet seruari hanc regulã, licet illa beneficia regulariter sint generaliter Papę reseruata ea reseruatione quæ cõtinetur in corpore iuris. in c. ij. de præbẽ. lib. vj. tamen Papa imponit sibi legẽ in hoc: & sic practicatur in curia, ideo non debet mutari. l. minime. ff. de legib. ¶ Itẽ põderandũ est hic verbum per obitũ familiaris &c. Ex hoc sequitur quòd ista regula nõ habet locũ in alia vacatione, quia mors ciuilis in hoc casu non æquiparatur naturali, cũ hoc nõ sit expressum in iure. sufficiat gl. in c. susceptũ. de rescr. lib. vj. ergo &c. Et ratio est, quia beneficia familiaris cardinalis sunt reseruata per regulã tertiam

Ista regula non habet locum nisi in vacatione per mortem.

suprà: & ideo si familiaris cardinalis vult renũtiare siue in curia, siue extra curiam, oportet ꝙ collatio fiat per Papam. Et propterea Papa in hoc non vult derogare suæ dispositioni liberæ quam habet de cõferendo sine consensu cardinalis &c. Ex quo sequitur quod si familiaris facit aliquod delictum in partibus, propter quod est priuatus ipso facto: puta simoniã publicam siue hæresim &c. tunc si vnus impetrat beneficium istius, non debet obseruare hanc regulam per hoc verbum hic positũ per obitũ &c. Idem si episcopus in partibus priuet eum beneficijs suis propter aliquam causam, quod potest facere, licet nõ posset ea cõferre, secundum c. postulasti. & quod ibi notatur etiam per Doct. de foro compe. tunc si vnus impetret à Papa illa beneficia, nõ debet seruare hanc regulã per prædicta. Et ponderandum est etiam illud verbum: & idem seruare voluit &c. Ex quo sequitur ꝙ etiam in secundo casu quando familiaris cardinalis trãsiuit ad alium cardinalem, quòd si moriatur debet requiri consensus prioris cardinalis, aliàs gratia est nulla. Et ista clausula posita in primo responso debet etiam intelligi quo ad sequentia, ex quo declaratur. cap. de multa. de præben. Et non curo allegare alia iura vulgaria: & hoc per hoc verbum idem, quod denotat identitatẽ iuris, licet diuersitatẽ facti, & est declaratiuum & ampliatiuũ. l. idem est. ff. si ager vect. iũcta l. j. Itẽ ponderandũ est verbũ hic positum, familiaritatẽ similẽ transierit &c. ¶ Ex quo verbo apparet, ꝙ si familiaris cardinalis trãseat ad familiaritatẽ Papæ quòd non debet seruari ista regula, quæ est exorbitans. facit c. volẽtes. de offic. leg. & c. antiqua. de priuileg. Item quia persona Papæ loquens intelligitur exce

Nota bene istos casus in quibus nõ habet locum regula.

excepta. c. pen. & c. venientes. de iureiur. Ex quo sequitur quòd ista regula nō habet locum si vnus fuit familiaris Papæ: & postea transiuit ad familiaritatē cardinalis, etiā mortuo Papa: quia illa beneficia sunt reseruata Papæ ratione affectionis, secundum constitutionem Papæ Pauli. & ideo non debet requiri cōsensus cardinalis, ad cuius familiaritatem trāsiuit, nam ista regula loquitur de familiaribus cardinalium, & non de familiaribus Papæ, ergo &c. arg. l. de pretio. ff. de publiciana. nam si Papa voluisset intellexisse de familiaribus Papæ, expressisset, arg. c. ad audiētiam. de decim. & sic postea consului per prædicta. Dico idem de collectoribus vel officialibus sedis Apostolicæ: puta de protonotarijs & similibus: quia licet sint familiares cardinalium, nō habet in eis locum ista regula. nam reseruata sunt Papæ tantum per regulam cancellariæ. Et nō curo de extrauag. ad regimē. quia vt dixi s. in iij. regula, mortuo Benedicto xij. mortua fuit illa ad regimē, propter verba ipsius. & licet appellatione cardinalium comprehēdatur Papa, vt tenet Archid. in c. sacrosancta. xij. dist. tamen hoc est verum in fauorabilibus: secus in odiosis, arg. l. ius senatorum. C. de dig. lib. xij. & quod ibi notatur. Licet prędicta dicantur fore iuridica, tamen hoc anno lxxv. fuit. q. deducta in practica in vno protonotario & scriptore bullarum, qui fuit familiaris vnius cardinalis: quia illius beneficia fuerūt reseruata cardinali: & non Papæ, id est quòd requiritur cōsensus cardinalis, aliàs non valet prouisio Papæ propter vnā constitutionē factā in cōclaui tempore electionis domini Innoc. & idem dicerem si familiaris cardinalis transiret ad familiaritatem familiarium Papæ: quia quo

Mortuo Benedicto mortua fuit extrauagans ad regimen.

ad hoc & quo ad reseruationẽ beneficiorũ censetur iste familiaris Papæ. vt dixi s̄. regula tertia. per l. j. vel ij. C. de episc. & cler. & ibi Salic. & facit l. quæsitũ. §. si instrumentum. ff. de fun. instr. & ad hoc facit cõsil. Old. xj. quod incipit, thema tale est: & ibi multa bona iura ad hoc allegat, vbi dicit ꝙ legatũ ad vsus pauperũ etiã videtur legatũ seruiẽtibus eis. Sed intelligo hoc verũ, si expensis Papæ sustẽtetur. aliàs secus, per regulam tertiã, & ibi dixi s̄. Item inquantũ hic dicitur, ꝙ nomen cardinalis debet exprimi, intelligo ꝙ exprimatur vt Papa sit certus quis sit ille cardinalis: & satis est: quia nõ refert quid ex æquipollẽtibus fit. l. q̃uis. C. de fideic. Vnde si nescio nomen propriũ cardinalis, satis est ꝙ dicã mortuum esse familiarẽ, puta cardinalis vicecancellarij episcopi Portuẽn. per prædicta. ¶Itẽ inquantum tex. dicit hic, & si ille in curia fuerit, intelligo quo ad cõsensum: tamen etiã si nõ sit in curia, impetrãs debet exprimere nomẽ illius cardinalis absentis & titulum. aliàs gratia non valet. quia ista copula dirigitur circa diuersa. ideo non cõiungit nisi verba & nõ mentẽ. sufficit tex. cum gl. in c. j. §. episcopũ vel abbatem. col. x. & quod ibi dicit Bal. & sic memini me vidisse practicatum in curia. Itẽ ex ista regula colligo, ꝙ etiã si cardinalis nõ debet abesse à curia sine sententia Papæ, arg. c. filium. j. q. j. & facit gl. in c. nobilissimus. xcvij. dist. tamen etiã si absit tanq̃ legatus, vel aliàs de licẽtia Papę, nõ participãt hoc priuilegiũ. quod videtur facere cõtra l. hac lege. & cõtra gl. ibi, & cõtra id quod dicit ibi Bar. C. de proxima. aliàs, præpositis sacrorum scriniorũ. lib. xij. & hoc seruatur etiã in medijs annatis episcopatuum, in quibus nõ participãt absen

Relictũ factum ad vsum pauperũ intelligitur etiã relictũ seruientibus eis.

absentes cardinales: ipsi tamen sunt cauti & petunt à Papa licentiam absentandi se cum prærogatiuis præsentiũ. & Papa male libẽter dat, & est iustũ vt non remaneat solus: & quòd debet requirere consilium ipsorum maximè in arduis, licet non teneatur sequi. c. fundamenta. §. decem. cum gl. de ele. lib. vj. Itẽ circa istã regulam vidi practicari in curia. Familiaris cardinalis litigabat cum vno alio, & lite pendente fuit mortuus, an in surrogatione iuris illius per collitigantem, debet seruari ista regula, tam in expressione cardinalis nominis, quàm etiam de eius cõsensu. & finaliter fuit cõclusum in Rota quod non, quia illud priuilegiũ non derogat priuilegio regulæ superioris xxvij. de collitigãtib. ergo &c. pro & contra facit l. in sacris. l. iij. C. de prox. sacr. scri. lib. xij. & quod ibi dicit Bar. de duobus statutis: sed pro hac parte bene facit quod dicit Bar. in extrauag. ad reprimendũ. in verb. nõ obstantib. vbi dicit quod illud quod dicitur quod per vltimã legẽ vel statutũ nõ reuocatur prima, vel primũ, quãdo in prima est clausula derogatoria, est verũ, nisi de ea fiet in secũda mentio: sed in alia regula est clausula derogatoria scilicet quòd nullius sit roboris &c. ergo sequitur quod cum in ista nõ fiat mẽtio de prima in ordine, non videtur tollere eam. & hoc per l. non est nouũ. & per l. ideoq́;. ff. de legib. Item dicit ibi Bar. quod etiã si prima lex non habeat clausulam derogatoriã, tamẽ non tollitur per secundam etiã si in secũda sit clausula derogatoria, scilicet nõ obstãte aliqua lege, si non est omnino contraria primę: sed possent reduci ad concordiam, & sic intelligi ibi dictas leges. & c. j. de cõsti. li. & allegat bona iura in quæstione incipiente, quid ergo dices in statuto. versiculo: sed si statuto. &

Cardĩales absentes à curia non participãt in annatis.

Quãdo lex posterior tollat primam.

sic in casu nostro cum prima regula etiã si non habeat clausulã derogatoriã quo ad l. dicendo non obstãte aliqua alia lege, tamẽ non tollitur per istã. ex quo non est omnino cõtraria. & ista etiã nõ habet clausulã derogatoriã: & sic practicat in curia. ¶ Itẽ vltra predicta posses reperire cautelã, vt non obstet ista regula, scilicet ꝙ facias per fauores signari supplicationẽ motu ꝓprio: quia ista regula dicit de impetrãte: ergo aliud esset si motu proprio Papæ signẽtur beneficia. facit l. j. C. de pet. bo. sub. lib. x. & l. iij. ff. quod quisq; iuris in j. respõ. & sic esset cautela pro Papa qui se excusaret cũ cardinali, ac etiã pro impetrante est cautela. Sed dubito an cardinalis tũc si esset magni põderis faceret declarari contrariũ: nescio tamẽ pro nũc, an si Papa declararet in tali casu, tolleret ius quæsitũ. hæc pro nunc. ¶ Sed vidi dubitari, an in casu istius regulæ sufficit ꝙ cõsensus cardinalis interueniret post impetrationem: & in hoc vidi in curia vnũ dubiũ, quia vnus impetrauit nõ habito cõsensu cardinalis, & secũdus post, & habuit consensum cardinalis: & postea prim⁹ etiã habuit cõsensum, quis istorũ debet præferri? & fui interrogatus de hoc. Sed ꝙ secũdus præferat, allego tex. in c. si pro te. de rescrip. lib. vj. & glo. in c. per tuas. de cõdi. app. & non dico aliud quia pẽdet in Rota. q. vt habui. sed quo ad primũ casum credo ꝙ sic, arg. d. cap. si pro te. de rescrip. lib. vj. ¶ Itẽ ex ista decidit dubiũ, si vnus familiaris cardinalis eo mortuo transiuit ad familiaritatẽ alterius, si ipse moriatur in familiaritate vel extra eam, an iste secundus debet præstare consensum ex quo primus est mortuus qui nõ potest præstare cõsensum. & certe pro parte affirmatiua facit cap. j. §. fin. ne sed. vac. lib. vj.

An sufficiat consensus cardinalis interueniens post impetaatio nem.

licet loquatur de consilio tantũ. & pro ista parte facit verbum habebunt hic positum, quod est futuri tẽporis: sed si est absens vel mortuus, non potest præstare assensum, vt in d. §. fi. & in primo est casus istius regulæ ibi: & si ille in curia fuerit &c. Sed pro contraria parte facit glos. in d. §. fina. & in cap. si pro te. in verbo, assensus. Tamen credo quòd in curia practicatur primũ: & hoc propter cardinales viuentes qui volunt habere prærogatiuas per fas vel nefas. Et idem practicat̃ de absente cardinali cuius fuit primo familiaris ille mortuus quàm cardinalis præsentis in curia: quia consensus præsentis debet haberi tantum: sed de hoc dubito, & an sit verum cogitandum est. Item ex hac regula vidi altercari in curia, quòd si cardinalis cuius familiaris obijt erat absens extra curiam, & impetrans beneficium eius non fecit mentionem de familiaritate, nec expressit titulum & nomẽ cardinalis, nec habuit consensum ipsius, & dixit in lite quòd non tenebatur, ex quo cardinalis erat absens: quæritur an impetratio sit subreptitia: quia cardinalis erat absens &c. breuiter dicendum est quòd sic: quia licet non tenebatur habere consensum cardinalis absentis, tamen quia non expressit titulum & nomen ipsius, est subreptitia: nam hic datur duplex priuilegium cardinalis, scilicet quòd exprimatur eius nomen &c. Item quòd habeat eius consensum: ideo sublato vno priuilegio, nõ censetur aliud sublatum, argumen. l. domus tua. ff. de seruitutib. vrbanorum prædiorum. & cap. ex tuarum. de authoritate & vsu pallij. facit glossa in verbo, alieno sacerdoti. cap. omnis. de pœniten. & re. & credo quòd sic fuit sententiatũ in palatio. Sed dubiũ est, si cardinalis iuit ad venationem

Impetrans beneficiũ alicuius familiaris cardinalis, debet exprimere nomen & titulum ipsius cardinalis.

nem ea die, vel ad titulũ episcopalẽ suum, puta ad Prænestinũ, vel aliàs iuit D.T.R. statim tamen volebat reuerti, an requiratur consensus illius. & certe prima facie videtꝫ ꝙ sic. arg. §. ceruos. insti. de rerũ diui. sed c. præsenti. §. loca. de præben. lib. vj. videtur facere pro & contra. nihilominus tamẽ crederem primũ verius, licet curia dicatur circuitus curialium &c. Rota tamẽ fortè dubitaret de hoc, put aliàs intellexi.

REGVLA XXXI.

ITem voluit quòd cõcurrentibus eadem die super quocunq; beneficio per fiat & per concessum signaturis, ex eis per fiat habens alteri præferatur.

ISta regula R. D. non erat in regulis Sixti impressis, sed Pij & Pauli sic. & in veritate esset dubiũ quomodo deberet practicari hodie hæc regula. nam in bullis nõ ponitꝫ per fiat vel per cõcessum, sed vtraq; in bulla ponitꝫ nomẽ Papæ tantũ. & si dicamus in expeditione bullarum ꝙ debet expediri tantũ per fiat, & non per concessum in cãcellaria vel in camera, certè hoc non dicit ista regula. sed casu posito ꝙ sic intelligeretꝫ hoc haberet locũ, quãdo arrestaretꝫ per aduersariũ: sed si non arrestaretꝫ & vtraque bulla esset expedita, tunc quomodo debet practicari in iudicio, dubito: quia vna alia regula xxv. s. dicit ꝙ non adhibeatur fides supplicationi, sed bullis tantũ: nisi forsan dicamus ꝙ circa hoc esset danda ista regula de mãdato vicecancellarij &c. vt dicit regula xxvj. suprà. Hoc tamen credo, ꝙ practicaretur cum cõmissione per placet: aliàs quomodo posset deduci in iudicio signatura per concessum, & per fiat,

In bullis apostolicis nõ ponitur fiat vel cõcessum.

stan

ſtante illa regula per prædicta. Et pono exemplũ in hac regula pro minimis intelligentibus. Si vnus impetrat beneficium à Papa, & ipſe ſignat prout cõſueuit facere, Fiat vt petit: & ego impetro eodem die à vicecãcellario vel ab alio cui data eſt poteſtas ſignãdi vſq; ad certã quantitatẽ, puta vicecãcellario per regulas cancellariæ. vel aliter per bullã, qui ſignat, cõceſſum vt petit &c. tũc ille præfertur mihi qui habet per fiat. hoc dicit iſta regula, quæ aliqualiter cõcordat cũ iure cõmuni. arg. c. ſi à ſede. de preb. lib. vj. & eorũ quæ dicũt ibi Doct. Sed de practica ego dubito, etiã in prędictis duobus modis. Vel alias poteſt practicari in datario qui debet dare ſupplicationes: quia ſi viderit ꝙ ea die eſſet impetratio facta per cõceſſum, & per fiat, ꝙ poteſt retinere, vel reſecare illam quæ fuit per cõceſſum, & dare illam quæ fuit ſignata per fiat. ſed tunc obſtabit illud quod inferius dicã. Caſu tamen quo practicaret in datario, & ipſe non faceret, tunc in cãcellaria poteſt fieri ad petitionem partis: & ſi nõ fiat in cãcellaria, tũc poſſet fieri in iudicio. ſufficiat regula, is qui in ius ſuccedit alterius. de reg. iur. lib. vj. & regula, qui in ius. ff. eod. tit. ſed de modo practicãdi conſului vnũ auditorem de meliorib. qui dixit mihi, ꝙ credebat eſſe neceſſariã cõmiſsionẽ, vt dixi: & poſtea practicaui cum vno procuratore ſtylato, ſed de iure penitus ignorat, & dixit ꝙ nõ erat neceſſaria cõmiſsio: quia iſta regula dat poteſtatẽ iudici. Demũ conſului vnum alium auditorẽ, & idẽ tenuit, ſcilicet cũ illo procuratore, & dixit ꝙ in iſto caſu nõ eſt iudicare ſecundũ ſupplicationẽ, ſed eſt iudicare bullam ſecundũ ſupplicationem: & idẽ dixit mihi vnus alius aduocatus. Primũ tamẽ credo tutius propter dictã regulã:

nam

aliàs quilibet auditor posset iudicare bullā secundū tenorē supplicationis, nisi dicatur quòd in hoc casu tantum sit speciale. Item intelligo eam etiam si habens signaturam per cōcessum, sit posterior. & hoc videtur dicere cum loquitur indistinctè, licet videatur facere contra prędictum c. si à sede. de præben. lib. vj. aliàs quasi de nihilo deseruiret vltra ius commune. faciant not. in c. si Papa. de priuil. lib. vj. & in c. si duo. de procur. eod. lib. in hoc tamē remitto me ad Rotam. quia ex quo ista regula loquitur in terminis iuris communis, deberet intelligi secundum ius commune, vt superius dixi. & faciunt iura vulgaria. Item ponderandum arbitror hic verba ibi, cōcurrētibus signaturis &c. nam non dicit regula quòd impetrantes sint concurrentes, id est quòd sint aliàs pares. Sed tantū dicit de signaturis cōcurrētib. &c. ¶ Ex quo sequitur quòd etiam si impetrantes sint inæquales, quòd habeat locū ista regula. & sic regula prærogatiuarum suprà posita nō haberet locū hic. Item si habens signaturam per cōcessum sit graduatus vel aliàs prærogatiuatus, & habens per fiat non sit talis, quòd nihilominus præferatur habēs per fiat. de hoc tamē vellē declarari. Sed pro ista parte faciunt iura vulgaria dicentia quòd generaliter dictum generaliter debet intelligi. sufficiat c. si Romanorum. xix. dist. sed pro contraria parte facit, quia verba generalia non intelligūtur ad ea de quibus non est dictum vel cogitatum. l. cum Aquiliana. ff. de trāsa. hoc dicit gl. fi. in c. ne quis arbitretur. xxij. quæst. ij. ad hoc etiam facit ista regula in dictis verbis. & fortè hoc esset verius per prædicta. Et limito etiam hanc regulam, nisi habens per fiat surreptitiè impetrauerit: quia tunc alter debet sibi

Signaturā habens per concessum an preferat illi qui habet p fiat.

præ

præferri, maximè, quia quod nullũ est nullum debet producere effectum, vt dicit Oldr. consil. cvj. quod incipit, ꝙ litera executoria. in prin. & allegat nota. in l. cum pater. §. curatorũ. ff. de leg. ij. & posui illud consilium in ti. de verb. sig. & de exe. & de re iudi. & sepius suprà dixi. facit regula, quæ. contra ius. de regulis iuris. lib. vj. & ad hoc faciunt supradicta. ¶ Item limito eam, inquantum loquitur de eodem die, nisi appareret de hora: quia tunc si habens per cõcessum probaret prioritatẽ signaturæ per horam, licet eadem die, deberet præferri alteri habenti per fiat. & potest hoc probari per testes, vt dicit gl. nota. in c. duobus. de rescrip. lib. vj. & in d. c. si à sede. cum quibus transeunt Doct. Domin. ibi. & nõ obstat ista regula, quæ dicit tantũ de die, quia debet intelligi, nisi probet de prioritate horæ. Nam Papa non intendit tollere ius quæsitum alicui, vt dicit alia regula. & hoc est de iure communi. l. j. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco pub. cap. quamuis. de rescrip. lib. sexto, & ad prædicta facit gloss. decreti quam superius allegaui, xx. quæst. ij. cap. ne quis arbitretur. quia Papa non cogitauit de hoc, ergo &c. Ex quibus infero, quòd propter has causas non potest datarius lacerare supplicationem signatam per concessum, nec potest eam retinere concurrentem cum alia signata per Papam, id est per fiat: nec in cancellaria potest arrestari in expeditione bullarum, etiam ad instantiam partis: sed in sola Rota vel coram iudice competenti debet de hoc iudicari, maximè si per partem excipiatur. Et de hoc pro nunc sub correctione. D. T. R. ¶ Hic solebat esse vna regula tempore Sixti, quæ debet prærogatiuam cardinalibus conferendi omnia

Signatura per cõcessum si sit prior signatura ꝓ fiat per horam præfertur.

Signatura non potest arrestari ĩ cãcellaria etiã ad partis requæstam.

bene

beneficia spectãtia ad collationes eorũ:& illam aliàs glossaui. Sed quia hic non reperio in impressis,non oportet extendere verba, maximè quia arbitror eã iniquã quo ad curiales,& quo ad expectãtes,& etiã quo ad officiales curiæ.

REGVLA XXXII.

ITem idem dominus noster, vt improbi lites exquirentium motus reprimantur, voluit,statuit,& ordinauit,quòd quicunq; beneficium ecclesiasticum tunc per annum immediatè præcedenté pacificè possessum, & quod certo modo vacare prætẽdit,deinceps impetrauerit,nomen,gradum,& nobilitatem possessoris eiusdem, & quot annis illud ipse possedit:& specificam & determinatam,ex qua clarè constare poterit,quòd nullũ ipsi possessori in dicto beneficio ius competat, causam in huiusmodi impetratione exprimere, & infra sex menses ipsum possessorem ad iudicium euocari facere, causamq́; extunc desuper infra annum vsq; ad sententiam diffinitiuam inclusiuè prosequi debeat & teneatur, alioquin impetratio prædicta & quæcunq; inde secuta nullius existant firmitatis. Et idem impetrans de damnis & interesse possessorem prædictum propterea contingentibus ei satisfacere, & si possessorem ipsum iniustè, friuolè, ac indebitè molestasse repertus extite-

rit,

rit, quinquaginta florenos auri persoluere cameræ apostolicæ sit astrictus, nec alius quàm præmissæ vacationis modus etiã per literas si neutri, aut surrogationis vel alias sibi quo ad hæc vt huiusmodi beneficiũ ea vice consequi vel obtinere valeat, quomodolibet suffragetur: illudq́ue nullatenus in antea litigiosum propterea censeatur.

ISta regula dicit, quòd si quis impetret beneficium ab aliquo per annum pacificè possessum, & dicit vacare ipso facto, ꝙ debet exprimere nomẽ, gradũ & nobilitatẽ ipsius posses. & per quot annos possederat. Itẽ causam determinatam quare aliquod ius idẽ nõ competit in dicto beneficio: & debet extũc facere eũ euocari infra sex menses, ac causam infra annum finire, aliàs ꝙ impetratio & inde secuta sunt nulla, & teneẽ sibi ad interesse ad omne dãnũ &c. & si friuole vel dolo eum molestat, tenetur ad quinquaginta ducatos Cameræ apostolicę: nec alius modus vacationis sibi proderit, etiam per viã surrogationis vel si neutri, nisi primus: nec dicetur litigiosum illud beneficiũ amplius. hoc dicit ista notabilis regula. Et ad eius declarationem ponderandum est istud verbum, vacare prætendet &c. Quod verbũ licet de iure posset referri ad vtrũq; tempus etiã futurum, vt vult gl. ij. in l. stipulationum. aliàs §. stipulatio. ff. de verb. ob. quam not. Ang. & Io. de Imo. & idem not. Ang. in auth. vt iudi. sine quoquo suffr. §. si igitur. iuncta gl. col. ij. tamen isto casu tantum refert præsens & præteritum & non futurum: quia debemus in benigniorem partem interpre

tari,vt dicit Ang.in d.§. & allegat l.solemus. ff.de condi. & demon. & c.ij. de consti.lib.vj. & Bar.in l.verbum oportebit.ff.de verb.sign. & hoc præmaximè : quia per verba sequentia intelliguntur præcedentia. l.fi.§.cui dubia.ff. de vino tri.& oleo leg.c.peruenit.cũ gl.xviij. distinct. Sed infrà dicitur quòd debet exprimere imperator causam quare nullum ius competat possessori:ergo sequitur quòd illa regula loquitur de beneficio vacanti ipso facto,& non per sententiam fiendam. Et ideo si vnus in forma iuris petit aliquem priuari beneficio suo, quia est criminosus,& sibi conferri, non habet locum ista regula. & ad hoc facit,quia tunc illud non dicitur causa beneficialis,quando agitur de priuatione facti,sicut vult gl.in c.ij.vt lite pendente.lib.vj.ideo primus potest renũtiare simpliciter vel ex causa permutationis: sed iste secundus nõ,vt vult d.gl.in fi.Et ratio est, quia secũdus habet ius in beneficio quousq; priuet,sed primus nõ.Sed quia nemo dat quod nõ habet,sufficiat c.ad dissoluẽdũ.de despon.imp. & facit quod dixi suprà in regula xxvij.de surrogatione:& ponderoverbũ pacificè possessum &c. ¶Et expono,pacificè,id est,quia non fuit sibi lis super eodem beneficio mota:& tunc dicitur quis pacificè possidere.Ita vult glos.not. in verbo antea.iuncto text.in cle.j. de sequest. pos.& non debet exponi pacificè,id est,iuridicè,vt exponit glos.in cap.placuit.xvj.q.vj.in verbo pacificè:& non sufficeret quo ad istã regulam,nec quo ad sequentem,quòd infra annũ fuisset causa commissa contra eum:sed oporteret quòd esset citatus,vt sentit glos.iuncto tex. in d.cle.naturalis non dicitur mota, antequàm sciat ille cui mouetur, quia citatio habet tres partes,

Petens aliquem priuari beneficio ꝓpter crimẽ à se cõmissum, nõ dicitur causa beneficialis.

Quomodo dicaẽ qs pacificè possidere beneficium.

Citatio habet tres partes.

partes, scilicet quando decernitur, item quādo executa est, item quando fit relatio, vt dicit Io. And. in cap. Romana. §. contrahentes. de foro compe. lib. vj. & Sicu. refert & sequitur in c. fi. de offi. leg. & Bal. in l. omnis. §. verum si appa ritor. C. de episc. & cle. Ideo quo ad istam regu lam & quo ad sequentem crederem sufficere ci tationem fuisse executam, licet nondum fuerit relatio facta. faciat cle. ij. cum glos. vt lite pen. & per verba istius regulæ ibi, euocari facere &c. videtur quòd satis est, quòd infra sex men ses sit decreta citatio: & sic audiui tenuisse Ro tam. Sed certè posset dici cōtrarium per suprà dicta, salua determinatione Rotæ: & per verba istius regulæ videtur quòd etiam sit lis inter alios, cum eodem quòd dicatur quo ad istā re gulam pacificè possidere cum isto qui mouet li tem, arg. l. naturaliter. ff. de vsuca. licet contra hoc faciat quod vult Anto. & etiā Sicu. in c. il lud. de præsump. Itē inquantum hic dicit de ex pressione gradus & nobilitatis possessoris, de bet intelligi in habentibus gradum vel nobili tatem, aliàs quod non est non potest exprimi: quia non potest quis desijsse habere quod nun quàm habuit. l. non potest. ff. de reg. iur. l. decē. de verb. oblig. & d. c. ad dissoluendum. & suffi ciat quo ad hæc fama, quòd non est graduatus vel nobilis: quia nobilitas consistit in reputa tione, scilicet quòd differat ab alijs plebeis, vt dicit Bart. in repetitione l. j. C. de dig. lib. xij. Idem de gradu, quia si vnus est factus clandesti nus doctor, tamen nesciebatur publicè: tunc impetrans non diceretur in culpa. sufficiat re gula, ignorantia. de reg, iur. lib. vj & quod ibi & in l. regula. ff. de iur. & facti ign. ¶ Item in quantū textus dicit hic, quod extūc infra sex men

Potest quis reputari pacificus possessor beneficij quo ad quēdam licet lis sit sibi per alios mota.

ses debet facere euocari &c. debet intelligi à tempore datæ impetrationis,& non à tempore expeditionis bullarum. de quo sufficiât "not.in cle.fi.de rescrip. & hoc apparet per hoc verbũ extunc,quod denotat momentaneam comparationem ab illo tempore.faciat glos.in cle.ij.in fi.de hære. ac denotat lapsum temporis:& extremum,vt dicit gl.in cle.j.in verbo extũc. de iure pat.quæ alleg.l.iij.ff.de condi.& demon. Item inquantũ hic dicitur,quòd causam debet facere expediri vsq; ad diffinitiuam infra annum &c. debet intelligi à tẽpore citationis factæ:& credo ꝙ sic intelligat Rota, puta vbicunq; duplex terminus simul actori & reo datur ad aliquod agendum, debet intelligi lapso primo termino.facit l.contra maiores.& quod ibi dicit Bal.C.de inoff.test. & licet detur hic dilatio sex mensium ad citandum, tamẽ si ante sex menses ille citetur,nõ debet expectari tempus sex mensium,sed statim currit annus.gl.est notabilis.& ibi no.eam Domi.in c.cupientes. §.hac generali.in verbo commodè.de elec.lib. vj.& credo quòd iste annus currat isti, vt faciat quantum in se est quo ad expeditionẽ causæ:sed si faciat quantũ in se est, & aduersarius ponit aliquas exceptiones,puta quòd est nobilis vel graduatus,& quòd non fuit hoc expressum in bulla &c. & iudex interim dubitet, & altercatur super istis exceptionibus,tũc si probentur,bene est pro possessore : sed si non probantur,nõ currit tempus illius regulæ, secũdũ ea que dicit Bal.in simili in d.l.cõtra maiores. C.de inoff.testa.& in l.j.C.de iura.cal.& facit gl.ad hoc quam not.ibi Domi. in c.cupientes. §.quòd si per xx.de elect.li.vj.in verbo cõparere.& in verb.videbitur.Tamen debet prote-

Nota de verbo .ex- tnnc quo ad hanc regulam.

stari

ſtari ꝙ nõ ſtat per eum. aliàs fortè curreret ſibi terminus. ſufficiat gl. in d. §. ꝙ ſi per xx. verbo poſita. ¶Item inquantũ hic dicitur, ꝙ debeat & teneatur &c. Iſta duo verba neceſsitatẽ important præciſam. de verbo debet, ſufficit gl. in clem. attendentes. de ſtatu reg. & de verbo teneatur, gl. in c. per hæc. de hære. li. vj. Item inquantum hic dicitur de iſta pœna quinquaginta ducatorũ cameræ applicandorũ: quæro per quem debet applicari, an per iudicẽ cauſæ ſiue per auditorẽ cameræ & ad inſtantiam cuius: & ſi nõ habet vnde ſoluat, an debet luere in corpore: ex quo venit iſta pœna imponenda propter dolum vel fraudem, nõ curo inſiſtere: quia nunquam vidi ſolui iſtã pœnam nec deduci ad effectũ in partibus. tamen iudex cauſæ deberet cognoſcere & imponere iſtã pœnã: quia omnia ſine quibus &c. l. ij. de iuriſdict. omn. iud. & c. præterea. de off. dele. & ſi nõ haberet vnde ſolueret, verberaretur. ſufficiat c. reprehenſibilis. de app. In curia tamen credo ꝙ procurator fiſcalis ſe poteſt intromittere, etiam coram auditore cameræ vel cauſæ: quia eſt emergens vel incidens quæſtio. ar. c. de ord. cog. vnũ tamen nõ omittam, quia iſta cauſa & ſimilis eſt beneficialis, ex quo eſt priuatus ille ipſo iure. ideo etiam in prima inſtantia poſſet cõmitti tanquã beneficialis in curia, vt dicit regula quinta de poteſtate vicecancellarij: tamen ſi pars eſt in partibus dubito, ꝙ cauſa cõmitteretur in curia in prima inſtantia. Item dicitur hic, ꝙ alius modus vacationis non veniat niſi primæ vacationis etiam per literas ſi neutri, vel ſurrogationis &c. & debet intelligi niſi præmiſſa ſeruentur quo ad expeditionem cauſæ, prout ſ. dicitur &c. & ſic intelligit totus mundus iſtã lite-

Iſta verba, ſcilicet debet, & teneatur, important neceſsitatẽ.

ram : & pro hoc intellectu facit litera sequens quæ dicit, ꝙ istud beneficiũ nõ censetur litigiosum, id est post lapsum dictorũ terminorũ: & sic per sequentia declaratur præcedẽs. c. peruenit. xviij. di. & d. l. fi. de vino tri. & ole. leg. cũ concordãtijs. & alleg. gl. ibi. Sed ego dubito quid sonant ista verba. Nã si impetratio sit nulla cũ inde secutis, quid est hoc dicere, ꝙ non veniat alius modus quàm expressus &c. & certe non esset valde iniquũ dicere ꝙ etiã si velit iste impetrans prosequi infra tempus debitũ, non veniat alius modus vacationis, nisi expressus. q. d. si dicatur in bulla vel aliquouis modo &c. tamen non veniat alius modus ꝙ̃ expressus etiã in gratia si neutri, siue prosequatur iste impetrans, siue nõ. & hoc apparet per dictionẽ nec ibi positã, vt est gl. no. iuncto tex. in. l. lege Cornelia. ff. ad leg. Cor. de sica. Sed quia totus mũdus aliter intelligit, nolo ego esse Martinus legũ, qui semper erat solus in opinionibus suis. & hoc per l. minime. ff. de legi. vel potest intelligi, ꝙ etiã sit restitutus ad prosequẽdũ causam ex dispensatione &c. per hoc facit gl. fi. iuncto tex. in c. licet episcopus. de præbẽ. li. vj. contra l. apud Iulianũ. §. cõstat. ff. de leg. j. sed intelligẽdo prout cõmuniter intelligitur, vult dicere iste §. ꝙ per viã si neutri, etiam vltra terminos prædictos debet iste admitti ex primo modo expresso & nõ aliter. & idem in via surrogationis post annum. verbi gratia: ego impetraui beneficium tuum, quia eras hæreticus : & non fui prosecutns infra annũ, tunc impetratio mea est nulla, vt hic. sed si cõtingat te mori vel ꝓmoueri, nõ debeo surrogari, nisi ex iure priori quod expressi. idem est in gratia si neutri, dicẽdo, ꝙ nec mihi nec tibi cõpetit ius &c. tũc venit primus

Martinus erat solus in suis opinionibus.

mus modus vacandi,& etiam si docuero, q ex alio modo vacãdi nõ competit ius:& hoc vult dicere iste finis. tamen verbum etiam hic positum facit in contrarium. Sed secundũ hũc intellectum hoc habet verũ de gratia si neutri, impetrata antequam labatur terminus. vt hic vult tex. secus si gratia si neutri impetretur post lapsum temporis hic statutum: quia iam nõ valet talis gratia, ex quo beneficium non est litigiosum. & hoc est quod vult iste versiculus. nã gratia si neutri non habet locum, nisi quando beneficium est litigiosum, vt ex forma eius apparet: quia mãdatur iudici causæ, quòd si reperit neutri litigãtium ius competere &c. sed nullus erat litigans, quia lis erat extincta &c. Tamen cautela contra hanc regulã potest esse duplex. Prima, q impetrans si non potest finire causam pro se infra annum, procurat habere sentẽtiam contra se infra primum annum: & postea prosequatur, & durabit lis in perpetuum, vt hic fundatur, iũctã decretali penultima. de iudi. Item secunda cautela est, quòd alius amicus impetrantis iterum impetret pro se: & sic non habebit locum ista regula quo ad illam per totum titulum. C. res inter alios acta. & capitulo, quamuis. de re iudicata. & hæc pro nunc.

Gratia si neutri, q̃n locum habeat.

Cautela prima

Cautela secunda.

¶ Hic tamen non omittam vnam quæstionem quam vidi practicari in curia, Si vnus posside t vnum beneficium curatum pacificè per decennium vel aliàs, & adeptus est aliud simile pacificè & sine dispensatione per aliquos menses, & sic est priuatus vtroque per extrauagant. execrabilis. vel primo tantum per capitu. de multa. de præbendis. ego impetro primum antequàm labatur annus, an habeat locum ista regula. & Rota sententia-

uit quòd ſic. & pronuntiauit Nucerinus bonus pater. Sed mihi videtur quòd non, quia iſte primus poſtquam vacauit primum non poſſedit per annum. ergo &c. & hoc fundo, quia iſta lex ſemper loquitur. l. Arriani. C. de hære. ſed hic dicitur tunc immediate, ergo &c. Item dicit deinceps. Item quod certo modo vacare prætendit, & per alia verba hic poſita videtur quòd cum vno conſtructo ponerentur, debet intelligi vtrunq; verbum cum qualitatibus hic poſitis, ſcilicet infra annum à tempore impetrationis. Itẽ hic dicitur, quod tũc vacare prætẽdit & per alia verba hic poſita videtur: id eſt à tempore impetrationis &c. teneatur quòd eſt infra. ad hoc facit doctrina Bart. in l. talis ſcriptura. ff. de leg. j. & idẽ dico de hæretico. ſed aliter dijs viſum: neſcio ſi ille habuit vota dominorum vel voluerunt finiuiſſe. & in hac opinione fuit dominus Nicolaus de Caſtello qui mihi narrauit hanc cauſam.

REGVLA XXXIII.

ITem ſtatuit & ordinauit idem dominus noſter, quòd ſi quicunq; eccleſiaſtica beneficia qualiacunq; ſint abſq; ſimoniaco ingreſſu ex apoſtolica vel ordinaria collatione aut electione & electionis huiuſmodi cõfirmatione ſeu præſentatione & inſtitutione illorum ad quos beneficiorum huiuſmodi collatio & prouiſio, electio, præſentatio, ſeu quæuis alia diſpoſitio pertinet, per triẽniũ pacificè poſſederint: dummodo in beneficijs huiuſmodi ſi diſpoſitioni Apoſtolicæ ex aliqua reſeruatione generali

nerali in corpore iuris clausa reseruata fuerint, se non intruserint, super eisdem beneficijs taliter possessis nequeant molestari, necnon impetrationes quaslibet de beneficijs ipsis sic possessis factas irritas & inanes censeri debere decreuit antiquas lites super illis motas penitus extinguendo.

HAec regula est notabilis & quotidie practicatur: & dicit quòd possidens beneficium pacificè per triennium ex collatione illius ad quem pertinet beneficiorum collatio &c. dummodo non habuerit ingressum simoniacum, vel beneficium non sit reseruatum in iure, quòd amplius super illo non posset molestari, & quod impetrationes factæ de illo beneficio tãquàm de vacanti sunt nullę, & extinguit lites antiquas &c. h.d. Sed quia sæpe & sæpius dubitaui de cauda istius regulæ, videtur mihi quòd alij minores me debeant dubitare, ideo. ¶ Primò dicam aliqua puerilia pro curialibus, quia cum de iure non potest aliquod beneficium obtineri sine canonica institutione. c.j. de reg. iu. lib. vj. sequitur quòd etiam si vnus habeat beneficium per mille annos, si tamen non habeat canonicũ titulum, semper possum illud beneficium impetrare. tamen ista regula dicit contrariũ saltem post triennium. ¶ Secundo dico, quòd licet de iure canonico nõ perit instantia. c. penul. de iud. tamen hic videtur quòd triennio pereat instãtia, & etiam ius principale. & antequàm veniã ad intellectum huius regulæ declarabo aliqua vocabula. Primo dicitur hic: Si qui quæcunque ecclesiastica beneficia &c. & dico quòd debeat

Prima pars.

Secunda pars.

intelligi de habilibus aliàs ad posſidendum: quia iura loquentia de perſonis, intelliguntur de idoneis. l. vt gradatim. ff. de mu. & hon. & c. eunuchus. lv. di. & gloſ. in l. C de ſac. ſan. eccl. Ideò dico quòd ſi laicus posſideret vel ſpurius vel mulier, quòd non habet locum iſta regula per prædicta. Item ibi, abſq; ſimoniaco ingreſſu &c. Ex quo ſequitur, quòd ſi vnus à principio habuit poſſeſsionem ex collatione ordinarij alicuius beneficij reſeruati: & tandem lapſo aliquo tempore fuit viſum, quòd erat reſeruatum, & commiſit ſimoniam cum illo qui impetrauerat, ꝙ etiã tunc locũ habet iſta regula per illud verbum hic poſitum: quia à principio non habuit ingreſſum ſimoniacum: ergo ſi poſtea habuit cum ſimonia, non poteſt amplius impetrari: quia non eſt recedendum à verbis conſtitutionis etiam exorbitãtis, arg. l. non aliter. ff. de leg. iij. & l. de pretio. ff. de public. & ſic audio ſententiatũ fuiſſe in Rota: ita ꝙ poſt triennium fuit caſſata impetratio facta ab alio tertio in Hiſpania. Item hic dicitur, & electionis huiuſmodi confirmatione &c. ex quo ſequitur quòd iſta regula non haberet locum, ſi quis tantũ ex electione ſine cõfirmatione posſideret. & idem dicerem ſi ſine prouiſione vigore acceptãtionis posſideret, vt c. fin. de conceſ. præbend. lib. vj.

Per electionẽ ad prælaturã non acquiritur ius in re, ſed ad rẽ.

Et ratio eſt, quia per electionem nõ acquiritur ius in re ſed ad rem, vt vult gl. not. in clem. j. in verbo colla. vt lite pen. licet gloſ. in c. quanto. lxiii. diſt. velit contrarium, quod Sicu. tenet vt arbitror in c. nobis. de iure pa. ſed veritas eſt iſta quòd per confirmationem electionis acquiritur ius in beneficio electo, & appellatione electionis ſimpliciter prolatæ intelligitur de confirmata, vel de ea quæ requirit cõfirmationem

pro

propriè sumpto vocabulo. vt dicit glos. sing. in verbo electioni. in cle. quia cōtingit. de rel. do. quā not. ibi Card. & infert ex ea vnū aliud bonū dictū. sed si volumus tenere illud quod dicit Abb. corroboratur per illud quod dicit Oldr. cōsil. cxlvj. quod posui in tit. de elec. & de concess. præben. quod incipit, factū est tale. debet intelligi de elec. impropriè sumpta, quæ nō requirit confirmationē: sed statim electus potest administrare, vt sunt aliquæ præben. electiuæ per cap. vt in eccl. Zamorum. & istæ tales nō sunt propriè electiuæ per dictā gl. & per illud quod dicit ibi Card. in d. cle. quia cōtingit. tamen in Rota vidi sententiari per Ant. de Grassis contrariū. Sed ista est veritas: & ista dicitur potius collatio quàm electio. & sic loquitur Old. in dicto suo consilio. Ex quo infero quòd in illis talibus beneficijs etiam ex sola electione sine cōfirmatione habeat locū ista regula: quia illa electio habetur pro collatione, ergo &c. facit gl. in c. si postquàm. de elec. lib. vj. & in c. j. de tēpor. or. c. j. Item inquantū ista regula dicit per triennium &c. debet intelligi de triennio continuo. itaque si per vnum diem tantum infra trienniū non possidebat, non habet locum priuilegium huius regulæ: quia dictio denotat continuationē omnimodā. l. vrbana. §. pernoctare. ff. de verb. sig. & ad hoc facit l. si qui ita. & est l. iiij. ff. de condi. inst. & quod ibi dicit Bald. qui dicit de dictione per, iuncto tempori, quòd tempus continuū esse significat. ¶ Item inquantū hic dicitur pacificè. debet intelligi, id est si nō fuit sibi mota lis, vt dicit gl. in cle. j. de sequestr. poss. & fru. in vbo ante. & nō expono pacificè, id est iuridicè, vt dicit gl. in c. placuit. xvj. q. vj. & dixi s. regula proxima. & sic practicat, q licet quis possit

Pacifica possessio qualiter intelligatur quo ad hāc regulam.

posſideat & habeat fructus, tamen ſi lis eſt ſibi mota, non dicatur pacificè poſſidere. idem dico ſi non moueatur ſibi lis, ſed non poſſidet maiorem partem fructuum: tunc non dicitur pacificè poſſidere, vt vult gl. in c. commiſſa. de elec. lib. vj. & aliqui Doct. in c. conſtitutus. ij. de ap. inde dicit Bellamera in d. clem. quòd ſi vnus moleſtatur ſuper perceptione fructuũ, tamen ipſe poſſidet maiorem partem ipſorum, quòd dicitur pacificè poſſidere: pro quo facit gl. in d. c. commiſſa. & in hoc vt nõ dicatur pacificè poſſidere, ſatis eſt quòd fuit ſibi lis mota per vnũ, vel quòd moleſtatur ab vno, vt non percipiat maiorem partem fructuum: etiam quo ad alios qui non moleſtauerunt, arg. l. naturaliter. ff. de vſucap. licet videatur cõtra l. fin. C. de rei ven dic. & facit pro & cõtra vt dicũt Doc. maximè Anton. & Sicu. in c. illud. de præſump. de quo aliquid dixi ſuprà regula proxima. Itẽ inquantum hic dicitur, ex aliqua reſeruatione generali in corpore iuris clauſa &c. hic videtur quòd aut cõpilatores huius regulæ, & etiam tempore Sixti & Pauli errauerũt aut ego ſum bubulus. Nam xxiiij. annis volui & reuolui ius canonicum & ciuile, quorum xxij. practicaui in curia, & legi hic quinque, & in partibus tribus: tamẽ nunquam reperi reſeruationem in corpore iuris clauſam, niſi vnicam tantum, videlicet in vacantibus in curia, & hoc caſu curia extenditur ad duas dietas. c. ij. & c. præſenti. de præbẽ. lib. vj. Sed ſi hoc eſſet verum, quare dicitur hic, & ex aliqua reſeruatione &c. Ideò credo quòd ſicut vnus fecit à principio, ſic omnes alij ſecuti nunc ſunt eum: & ſuffeciſſet dicere dummodo in curia non vacauerint, niſi velis dicere quòd eſt alia reſeruatio in corpore iuris clauſa: videlicet

Reſeruatio generalis in corpore iuris clauſa reperit vnica tantum.

licet quando est beneficium deuolutum ad Papam, de quo lapso tempore nullus se potest intromittere, & si conferat nihil valet. c. licet. de sup. neg. præl. & glos. ibi. & in c. ij. de conces. præb. Item quando ecclesia inferior est subiecta Papæ: quia tunc eius collatio pertinet Papæ. c. fin. de renunt. secundum aliquos. Sed istæ non dicuntur reseruationes generales, sed quædam collatio particularis: nec cancellaria vtitur istis reseruationibus. Cogitandum tamẽ est, quòd licet beneficium sit deuolutum, tamen potest vniri per episcopum, vt in c. sicut. de supp. neg. præla. secundum Feder. de Sen. suo consil. licet glos. & Domi. in c. si tibi absenti. de præben. lib. vj, dicant contrarium. Item potest conferri per legatum. glos. in clem. si de beneficio. de præben. & in c. j. de offic. leg. lib. vj. Itẽ per executorem, vt in d. clem. Item c. fin. de renun. non facit ad casum: quia ibi pertinebat à iure speciali, scilicet quia Papa sibi concessit priuilegium: tamen vnus magnus abbreuiator dixit mihi illum casum pro singulari, quòd illa reseruatio generalis. Sed certè non est reseruatio, sed collatio ordinaria: & ita dixit mihi Nicolaus de Castello, qui tenet opinionẽ illã quòd non sit nisi vnica reseruatio, & quòd fuit error abbreuiatorum. Item dicitur hic quòd de beneficijs taliter possessis nequeant molestari &c. Ex isto textu dicunt domini de Rota viuentes nunc, quòd ista regula tantum defendit possidentem triennio pacificè à possessione tantum & non à proprietate. & ad hoc allegat gl. not. in c. contingit. de dolo & contum. ex qua not. ibi Sicu. quòd si quis possideat beneficium per x. annos inter præsentes, quòd amplius potest se defendere à vero domino illius beneficij, licet

Possessio bñficij triẽnalis defendit possidẽtem quo ad possessionẽ: sed non quo ad ꝓprietatem.

cet ipse nõ efficiatur beneficiatus quo ad proprietatem. Item ad hoc allegatur dictum Inno. in c.j.de offic.vica.& in c.fin.de sup.neg.prælat. & allegauit mihi hoc vnus auditor qui habebatur de maioribus in iure canonico & ciuili,licet fuit aliàs vitiosus, vocabatur Ioannes Francisci:& dixit mihi quòd habuit ista constitutio ortum à quadam cõstitutione facta in concilio Constantien. quæ fuit approbata in concilio Basilien. & sic volunt domini de Rota:quia ista regula non det titulum : & sic sententiauit Villa diego de consilio dominorum auditorum suorum contra Benedictum cubicularium Papę de mense Februarij anno lxxix. qui ceciderat à possessione cuiusdam monasterij &c. & ego tenebam quòd ista regula daret titulum : & ad hoc allegabam c.cura.de iure patron.vbi apparet quòd etiam quo ad titulum videtur quis habere ius,si bona fide possidet : & hoc vult dicere gl.in c.si possessiones.xvj.q.iij.ibi,vel die &c.& ad hoc facit etiam gl.in d.c.curæ.quam not.ibi Sicu.& optima glos.in prima solutione ad dictũ c.cura.xvj.q.vij.in c.si quis deinceps. Item ad prędicta allegó.c.si à sede.de præben. lib.vj.vbi cæteris paribus etiam in beneficialibus possessio dat titulum : & facit quod dicit ibi Ioan.de Imol.licet Domi.videatur claudicare.Item ad hoc facit quod dicit Bald. & dicit esse singulare in l.quamuis.C.de fideicommis. in j.colum.vbi dicit quòd ea quæ tendunt ad perfectionem mandati tacitè includuntur:& ex hoc colligit ibi, quòd cum vnum conceditur, videtur & aliud concedi quod sequitur ad illud:& concordat ff.de seruitut. vrb.præ.l.seruitutes.§.si domo.& ex hoc consului in curia, quòd si Papa mandat aliquem non molestari super

Possesio beneficij an det titulum in beneficio.

ſuper fructibus & poſſeſsione alicuius benefi- cij, quòd per hoc videtur adiudicaſſe ſibi beneficium: & ſic ſententiauit Rota in vna cauſa de Vallada in Portugalia: & pronuntiauit Gaſpar auditor: ſed Papa mandat ipſum non moleſtari hic qui poſſedit triennio: ergo videtur ſibi dare ius percipiendi fructus: ſed ius percipiendi licitè fructus eſt ipſe titulus, ergo &c. per predictam legem: ex quo ſequitur quòd ſi iſte eſſet ſpoliatus poſſet petere reſtitutionem etiam ſi obijceretur ſibi quòd non habet titulum: quia ipſe poſſet dicere quòd habet ex hac regula, vt dixi. Tamen ad hoc poſſet reſponderi quòd quo ad poſſeſsionem beneficij poſſet reſtitui. Sed tunc ergo replicarem de cap. j. de eo qui mit. in poſ. lib. vj. & de hoc addo hic ea quę dixi ſuperius in xv. regula. in iij. prærogatiua. & deciſionem huius dubij relinquo dictis dominis: quia poſſet dici mihi, quòd iſta regula requireret titulum præcedentē, ergo &c. dicerem ego ꝙ etiā ſi titulus eſſet inualidus primus, tamē hic validat: ergo ſequitur ꝙ eſt nouus titulus etiā quo ad iudicialia & quo ad Deū: quia licet cōfirmatio nō faciat firmū, niſi quod aliàs eſt legitimū: tamē ſi Papa facit ex certa ſciētia, tunc videtur illud quod nullū erat à principio facere firmum. vt dicit gl. notab. in c. placuit. in fin. xvj. q. vj. & ſic eſt in caſu noſtro: & ſic credo verius, ſalua authoritate ſedis apoſtolicæ, & D.T.R. Nam ſi contrarium eſſet verum, daretur materia ſpoliandi poſſeſſores &c. Item inquantum hic dicitur, dummodo ſe non intruſerint &c. debet intelligi iſto modo: quia licet aliàs de iure non dicatur intruſus, etiam qui per vim intrat poſſeſsionem alicuius beneficij, ſi aliàs habet titulum ad illud beneficium, tamen

Confirmatio Papæ in beneficialib9 multum operatur.

quan

quando beneficium est reseruatum generaliter vt hic, licet habeat titulum, censetur intrusus. facit quod not. Domi. in c. eum qui. de praeben. lib. vj. vbi dicit quòd habens canonicum titulum etiam si violenter ingrediatur beneficium non dicitur intrusus, sed quando est beneficium reseruatum nõ censetur habere titulum, ergo &c. Item inquantum hic irritantur impetrationes factae de dictis beneficijs sic possessis, sequitur vnus intellectus ad verba sequentia ibi, antiquas lites penitus extinguentes &c. & sit sensus, quòd si vnus possederit etiam ante istam regulam triennio aliquod beneficium pacificè, & si post triennium vnus alius impetret illud, quòd non valeat impetratio. & si postea fuerit mota lis etiam ante istam regulam quòd extinguitur ista lis antiqua: & isto modo potest intelligi ista regula, videlicet quòd etiam si impetratio sit facta ante triennalem possessionem pacificam quòd nihil valet, & etiam quòd extinguit lites antiquas super hoc. Sed certè super hoc vltimo ego semper dubitaui quid vult dicere antiquas lites penitus extinguendo &c. & consului Doctores doctos: & ipsi intelligebant prout ego intellexi. Et ego sic intelligo, videlicet quòd si vnus possidet vnum beneficium, & tu citas eum super eodem beneficio: & tamen ipse postea percepit fructus pacificè per triennium, & tu per totum triennium nihil facis contra eum, quòd ipse dicitur pacificè possidere non obstãte illa lite antiqua mota ante triẽnium, quia illam extinguit Papa. & hoc vult dicere apertè ista litera: & quòd hoc sit verum, hoc fundo: quia quando tu non prosequeris litem per te motam, videris habere eam pro derelicta: & ideo non dicitur iam lis pendere, vt dicit

Quãdo dicatur quis intrusus in beneficio.

Qualiter intelligatũ illud dictũ, antiquas lites extinguendo in regula positum.

dicit gl.notab.in verbo prosequatur.in clem. j. vt lite pendente. & illam alleg. decisio Rotæ cccccxv. quæ incipit, Item si lite pendente: & tamen illa eadem decisio dicit quòd nunquàm lis finitur in curia, nisi per sententiam, ideo Rota practicat hodie cõtra istum intellectum meum propter illam decisionem, etiam si duret lis per mille annos: sed suprà in xxvij. regula de surrogatione dixi contra illam decis. & allegaui dictam cle. j. & c. j. de lit. cõt. lib. vj. & alia iura. & concludo hic prout ibi dixi. & illa gl. debet intelligi quando vnus renuntiat liti: quia quo ad eum nõ dicitur lis pendere. l. postquàm liti. C. de pact. vel aliàs ex coniecturis apparet ꝙ nõ vult prosequi, quod relinquitur arbitrio iudicantis, vt not. gl. in l. Fulcinius. §. j. ff. ex quibus caus. in pos. eatur. & facit c. non solum. xj. q. iij. & c. quem progenitores. xx. q. j. & c. dilecti. de ap. & ista præsumptio est propter illud triennium quod dicit ista regula, puta si infra triennium nõ fuit citatus ad aliquem actum. & etiam loquitur ista regula quo ad causas futuras post regulam, per l. leges. C. de legi. & ad causas præteritas per verbũ possederit hic positum, & potest referri ad præteritum subiunctiui & ad futurum. iuxta gl. in c. ij. de constit. lib. v. & c. j. de cler. nõ resi. lib. vj. & quia lex semper loquitur. l. Arriani. C. de hære. sequitur ꝙ etiam potest dici antiqua lis etiam post regulam. Et dicitur pacificè possidere iste ante triẽnium citatus, sed infra triẽnium non, per istam regulam si habeat fructus pacificè. & quod dico hic refero ad regulam xxvj. suprà loquentem de surrogatione. & illud quod dixi ibi refero hic causa breuitatis. & sic pro isto intellectu meo vidi quòd Anton. de Casarellis maximus

aduocatus tenuit & consuluit & allegauit not. per Bal. in l. si sit. §. j. ff. de leg. j. & in l. Titius. ff. de act. empt. & vend. Rota tamen prosequendo stylum suum tenet contrarium: quia in causa mea allegaui hoc, & non profuit. Ideo est hodie inter curiales, quòd si citas vnum semper in quolibet anno, facias aliquem actū vel saltem infra triennium: & sic fit hodie. Et ex prædictis tollitur vnum dubium curiosorū, quòd si vnus tempore Sixti possedit duobus annis & vndecim mensibus pacificè, & tempore Innocentij alio mense postquàm facta est ista regula vel ante, quòd sit tutus, licet regula Sixti sit mortua: tamen quia ista refertur ad pręterita, etiam ista regula tuetur eum, vt suprà dixi. Item ista regula posset habere locum in impetratione facta post pacificam possessionem triennalē, siue in forma iuris siue per vacationē ipso facto de commissis ante triennium, ex quo indistinctè loquitur. tamen melius est dicere de secūdo modo & non in forma iuris: quia tunc nō esset causa beneficialis, vt dicit gl. in c. ij. vt lite pendente. lib. vj. vidi tamen dubitari, si vnus possedit beneficiū sex annis, & ego impetro illud, quia non soluit mediam annatam, & secundum bullam Pij est priuatus ipso facto. & ex primo per quot annos possederit secundum regulam suprà proximam: tamen non peto derogari huic regulę, an potest postea mihi opponi de hac regula: & crederem quòd non, quia Papa videtur tacitè ibi derogare, arg. cap. j. de constitut. lib. vj. & eorum quæ notantur maximè per Bartol. in l. si quis in princip. testamenti. ff. de leg. iij. & per Doctor. in cap. j. de excess. præla. lib. vj. maximè quia non est ibi clausula derogatoria: tamen ad cautelam semper ponitur in suppli

Citatione facta debet quolibet anno renouari per aliquem actum.

ſupplicatione,& cum derogatione &c. Et per hoc infero quòd hæc regula habeat locum in priuato ipſo iure,vel per ſententiam,argum. l. in rebus. §. fin. cum l. ſed ſi manente. quæ ſequitur. ff. de precarijs. Et credo quòd habet locum iſta regula etiam contra iudicem. arg. cap. conquerente. de reſtitut. ſpoliat. & ad prædicta facit,quia iſte etiam ſi careat titulo,tamen non dicitur intruſus ex quo continuat ſuam primam poſſeſsionem,quam habeat per dicta iura. & hoc vult iſta regula conſiderans initium ingreſſus. & facit c. eum qui. in princ. & quod ibi notat Dominic.,de præben. lib. vj. maximè quia iſta regula non dat titulum ſecundum dominos de Rota, ſed tantùm defendit poſſeſſorem. & ſic reſpõdeo ad cap. j. de reg. iur. lib. vj. quæ dicit quòd nemo poteſt beneficium obtinere ſine inſtitutione:ſed nõ dicit quòd nõ poſsit poſsidere. facit quod dicit Abbas in c. literis. de reſtit. ſpol. Sed tenendo intellectum quem tenet Rota,neſcio quid eſt dicere ſecundum dominos auditores,antiquas lites penitus extinguendo,licet interrogauerim aliquos ex eis: tranſeant tamen cum alijs ſuis ſtatutis. & hæc pro nunc. Et ſi aliquis dixerit antiquas lites quæ durauerũt per decẽ annos ante illud triennium,vt in ſimili dicit gl. in cle. j. de reb. eccl. & in l. fi. ff. ſi ager vecti. vel emphy. pe. dico ꝙ iſta regula eſt vna truſa,quia tunc etiã obſtaret dicta deciſio Rotæ quę dicit ꝙ nunꝗ̃ extinguitur lis niſi per ſententiã in curia:& intantũ aliqui volũt iudicare in illa deciſ. ꝙ etiã ſi viderint clarè iſtam regulã finire lites,tamẽ potius volunt ſtare deciſioni Rotæ ꝗ̃ deciſ. Papæ : vt ideo videtur ſibi ꝙ eſſet dicere cõtra euãgeliũ. boni tamẽ doctores cõtrariũ credũt. Et intelli

Beneficiũ eccleſiaſticũ poteſt quis defendere etiam ſine inſtitutione canonica.

gunt aliqui alij antiquas lites, scilicet cũ antecessore: secus cum isto nouo possessore. ita dixit mihi Iac. de Rizonib. abbreuiator de parco maiori bonus iurista. sed nihil allegauit. ideo &c. Sed quia ex quo iste desijt posſidere lite pend. præsumitur ꝙ successor sit dolosus & intrusus, arg. c. quia G. de iudic. & c. sæpe. de resti. spol. & c. j. de ali. iu. mu. & c. significauit. de rescrip. Et ille qui desijt dolo posſidere lite pen. potest semper conueniri. & sententia lata contra eum præiudicaret successori per prædicta iura & per multa alia: & sic practicatur. Itẽ postea consului dominum Nicol. de Castello, & respõdit mihi, ꝙ nesciebat intelligere aliter quàm ego hic dico, & remisit me ad dominum Antonium de Eugulo antiquum procuratorẽ qui dixit mihi quòd in hoc ipse habuit sententiam contrà sicut ego in causa mea, & quòd ista regula non est in hoc intelligibilis: & quòd illi qui compo suerũt etiam nõ intellexerunt, & quòd deberẽt vocari aduocati & procuratores & auditores quando cõponuntur regulæ: tamen nolũt maiores &c. ideo dico ex quo obscurè loquitur ista regula in hoc perinde habetur atq; si nõ fuisset condita. l. de ætate. §. nihil. ff. de interrog. act. ego tamen sic intelligo sicut dixi: tamen Rota cõtrarium practicat. puto tamẽ propter prærogatiuam curiæ quòd saluetur dicta decisio, saltem in lite pen. in curia, scilicet ꝙ non finiatur lis nisi per sententiã, vt dicit decis. prædicta vt lucrentur notarij & copistæ & meretrices, sed extra curiã ad minus seruaretur illud quod dixi, ex quo omnes literati sic intelligũt. sed non seruatur nisi indistinctè & male &c. ¶ Vltimo dico põderanda hæc verba istius regulæ, nam hic nõ requiritur aliud ad eius verificationem nisi

Qui dolo desijt posſidere, lite pendente potest semper conueniri.

nisi titulus coloratus & possessio &c. Et excipiũtur tantũ duo casus, ergo sequitur ꝙ in alijs ista regula est firma. Nã exceptio firmat regulam. & vltra iura vulgaria allego ad hoc c. licet. in fi. de elec. & c. ij. in prin. & in fin. de coniug. lepro. Ex quo sequitur ꝙ etiã si excõmunicatus possederit triẽnio ex titulo colorato aliquod beneficiũ, quod potest iuuari hac regula. quia nulli dubiũ ꝙ excõmunicatus potest possidere beneficiũ, possessio sit quid facti potius ꝙ̃ iuris. l. j. §. si vir vxori. ff. de acqui. pos. c. cũ nostris. de cõcess. præbẽ. ergo ea quæ sunt facti nõ possunt iure ciuili vel alio positiuo infringi. vt in d. §. si vir. ergo sequitur ꝙ cum excommunicatus potest possidere. facit c. itẽ cũ quis. & c. in literis. de restit. spol. ergo in eo habet locum ista regula: & hoc quo ad hoc vt nõ molestetur, vt hic. secus dico de restitutione si spolietur: quia tũc obstaret sibi exceptio excõmunicationis, vt dicũt tres gl. vulgares. in c. j. xxiii. dist. & c. ex insinuatione. de procu. & in c. dilectus. de rescrip. Itẽ per prædicta dico idẽ in hæretico quo ad possessionẽ facti quousq; spolietur: & sic tollo distinctionẽ doctorũ in c. j. de iudic. quo ad casum huius regulæ: & credo ꝙ sic practicat Rota, & est verũ: quia sic dixit mihi dominus Petrus Ferrera Hispanus doctissimus vir: & allegauit mihi quo ad istã regulam, quia defensio nõ tollitur excõmunicato. c. cũ inter. de excep. ergo &c. Itẽ ex predictis infero ꝙ hęc regula habet locũ, etiam si possessor sit spurius vel homicida vel quicunq; alius inhabilis, ex quo indistinctè loquitur: sed in rei veritate debet intelligi de personis habilibus, argum. l. vt gradatim. ff. de mu. & ho. tamẽ cõmuniter tenetur & male. ¶ Item hic vidi in curia vnã quæ-

Exceptio firmat regulam, vt hic.

Excõmunicatus potest possidere beneficium.

Excõmunicat⁹ si spolietur beneficio, nõ restituitur.

stionem, scilicet an cōmēdatarius ad vitam potest se defendere cum ista regula: & certe prima facie videbatur quòd sic ex quo habet coloratum titulū &c. tamen cōtrarium credo verius, nam est certum quòd iste nō habet titulum, sed tantū depositum, arg. l. cōmendatæ. ff. de verb. sign. & eorū quæ dicit gl. in c. si constiterit. de accus. Item quia iste non possidet. vt l. licet. §. j. ff. de postul. l. rei commodatæ. ff. commodati. in arg. ergo &c. & sic credo pronuntiasse Rotam. Tamen hoc crederem verum si molestaretur per habētem titulum ipsius beneficij de nouo, vel aliàs: quia ille dicitur verus prælatus, vt dicit gl. in c. nemo. de elect. lib. vj. & non cōmendatarius, vt dicit illa gl. Sed si alius etiam commendatarius molestaret eum, crederem habere locum istam regulam: quia in pari causa potior est conditio possidentis, cap. in pari causa. de reg. iur. lib. vj. & crederem quòd licet dicatur quòd commendatarius non possideat vt dixi, tamen hoc verum, quando dominus verus deposuit, secus si iudex: quia tunc possidet sicut dicimus de sequestro, vt not. in dicta l. licet. & facit lex interdum. ff. de acquir. pos. sed sic est in casu nostro. ergo &c. nescio tamen an auditores moderni reciperent hoc. nam dicunt, quòd non est beneficium commenda per superius dicta. & quia beneficium debet esse perpetuum. cap. præcepta. lv. distinct. & notatur in cap. veniens. de fil. presb. sed dico quòd satis est perpetuum quo ad vitam obtinētis in commendam, arg. l. j. ff. pro soc. cum gloss. & fortè non esset magnum hoc tenere pro veritate. & idē quod dico de commenda, dicerem de administratione quæ etiam non dat titulum, vt in alia regula superius latius dixi.

Cōmendatarius non habet titulum in beneficio, sed depositum tantum.

REG

REGVLA XXXIIII.

ITem idem dominus noster statuit & ordinauit, quòd quæcũq; beneficia ecclesiastica siue in Romana curia, siue extra eã resignata, nisi de illis factæ resignationes si in Romana curia infra sex menses si extra dictam curiã factæ sint infra mensem, extũc vbi dicta beneficia consistunt publicatæ, & possessio illorũ ab eis quos id cõtingit petita fuerit, si resignãtes illa postmodum in eorundem resignatorum possessione decesserint, non per resignationẽ sed per obitum huiusmodi vacare censeantur: collationes quoq; de illis tanquam per resignationem vacãtibus factæ & inde secutæ nullius sint roboris vel momenti.

HAec regula dicit, quòd si beneficia sint resignata siue in curia siue extra eam, & resignatio non fuerit publicata in curia, si ibi fuit facta infra sex mẽses & extra curiam si ibi facta fuit infra vnum mensem: & possessio petita nõ fuerit ab eo cui facta fuerit collatio quòd si moriatur in possessione illius ille qui renuntiauit, quòd censetur vacare per mortem, & nõ per resignationẽ, & quòd collatio sit facta per resignationem, non valet. h. d. & certe ista regula est maximè æquitatis & est sancta: quia obuiat hic Papa malitijs & fraudibus curialium: nam vnus poterat resignare beneficium secretò, & postea manebat in possessione, & cum impetrabatur per mortem illius apparebat il-

le primus qui impetrauerat per resignationem &c. ideo Papa prouidet circa istas fraudes hic. & ad hanc regulã facit l. sicut. §. superuacuũ. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. Cõtra istam regulam tamen hodie fit fraus, & vidi de facto, ꝙ si vnus renũtiat alteri: & fit sibi collatio per ordinarium vel per Papã, & tenetur secretè, tũc ille qui renũtiauit secretè cõstituit se possidere nomine alterius, quod potest fieri in beneficialibus secundũ vnũ intellectum. c. cum venissent. de rest. spol. & tunc satisfit huic regulæ. tamen ille semper possidet: quia tamẽ mutata est causa possessionis, tunc nõ præsumitur fraus. per l. j. C. de do. ante nup. vbi Bal. hoc notat ad limitationẽ d. §. superuacuum. & sic fraus quæ probari nõ potest prodest faciẽti. l. si in fraudem. cum gl. C. de leg. & Bal. ibi not. ego allego c. requisisti. de test. in fi. cum gl. quod intelligo verum iure fori, sed nõ iure poli. arg. c. erubescat. xxxij. dist. & ista regula facit contra præsumptionem iuris: nam est certũ quòd veritas præualere debet opinioni. c. veritate. cum gl. viij. dist. tamen hoc verũ nisi princeps certus de veritate mandet præferri opinionẽ, vt casu isto: & potest princeps facere, vt plenè declarat Bart. in l. si is qui pro empto. ff. de vsucap. & quia hic dicitur de publicatione, tamen quo ad istam regulã satis est, quòd capiatur pro ostensione vel notificatione fienda illi resignanti: faciat gl. in l. ij. C. de petit. bo. sub. lib. x. c. nulli fas. xix. dist. ideo in curia si ibi esset renũtians, satis est quòd sibi notificaretur prouisio coram notario & testibus: sed ex supradictis arbitror sufficere si fiat in cancellaria vel in camera Apostolica. facit gl. in auth. de nõ eligendo secundo nube. §. fi. in verbo proclamata. & quod ex ea

Potest qs se cõstituere possidere beneficium nomine alteri⁹.

ex ea notat Angel. ibi. & idem credo si non sit præsens renuntians in curia, quòd procurator publicet ibi in cancellaria, quando renũtiat nomine alterius: licet aliqui publicent in audientia contradictarum. & sic fit hodie in audientia contradictarum ex abundanti. ¶ Item inquantum hic dicitur quòd possessio petatur, crederẽ fore satis factum si coram notario & testibus petatur, licet non iudicialiter: quia quãdo fit mentio de interpellatione, sufficit vnica extraiudicialis, vt est gl. in c. si episcopus. xviij. distin. & ibi dicit Dominic. facit gl. & ibi Doct. in c. cum causa. de offic. deleg. & cle. j. de deci. Item ponderanda sunt verba hic posita inquantũ ponũt conditionem, scilicet si resignantes in possessione moriantur &c. & postea dicitur quòd collatio ipsorum beneficiorum tanquàm per resignationem vacantium non valeat &c. ¶ Ex quo sequitur quòd cassatur hic illa collatio vel prouisio Papæ facta per resignationem quando resignans moritur in possessione &c. sed si nõ moriatur in possessione vel possidet, sed viuit post triennium hic statutum: tunc quia illa conditio est resolutiua, & si non existit, sequitur quòd dispositio nõ habeat locum. arg. l. ij. de in diem addictione. l. cedere diẽ. ff. de verb. sig. & facit quod dicit Old. in consil. cclxxx. in iij. colum. quod incipit, allegationes: & sic sequitur quòd [illegible] nus dedit mandatum de resignãdo in curia, & procurator resignauit, sed non fuit facta diligentia de qua hic, tunc si ille qui dedit mandatum viuit, quòd semper ille cui facta est resignatio potest expedire bullas & habere possessionem: & ista regula non obstat, imò iurat per prædicta: & sic audio sententiatum fuisse in palatio. & ad hoc facit etiam aduerbium, quoq;,

Resignans beneficiũ si hoc nõ obstãte semp possederit ipsum beneficiũ, quid iuris.

hic positum, quod copulat & est similitudinarium extensiuum ad præcedentia, & de eius natura est præcedentium omnium & eorum accedentium repetitionem iudicare, vt probat Oldradus consilio ciij. quod incipit, quęsitum est. & alleg. l. in repetendis. ff. de leg. iij. & de fun. instru. l. Seiæ. §. Gaio. sed sic ponitur hic. ergo &c. ¶ Omitto ponere hic si resignatio fuit facta in partibus beneficij reseruati: sed ille in cuius fauorem facta fuit, nesciuit tunc, sed tempore aliquo lapso ante mensem sciuit & venit ad curiam, an habeat locũ terminus huius regulæ. & circa hoc & circa alia sufficiat pro nunc vna doctrina Bal. in c. quoniã. de proh. feu. ali. per Lot. qui notat ibi q terminus iuris vel statuti nũquam est perẽptorius si legitimũ probet impedimẽtũ, & tale est illud, ergo &c. & allegat ibi multa iura, quæ sufficiãt ad alios casus.

Terminus statuti nunquã est peremptorius si ꝓbet impedimẽtũ.

REGVLA XXXV.

ITem idem dominus noster, vt litibus finis celerius imponatur, & litigantium parcatur sumptibus & expensis, suorũ prædecessorum cõstitutionibus & statutis inhærendo statuit & ordinauit quòd in caussis in Romana Curia pendentibus & quas in posterum in ea quouis modo contigerit agitari, nulli ante diffinitiuã sentẽtiam liceat appellare, nec appellatio si fuerit emissa debeat admitti, nisi ab interlocutoria quæ vim habeat diffinitiuæ vel à grauamine minime cõcernente negotium principale, quod non possit per appellationem à diffi

à diffinitiua sententia reparari, nullique causæ appellationũ huiusmodi cõmittantur, nisi in commissione exprimatur quòd interlocutoria vim diffinitiuæ habeat: vel grauamen sit tale quòd in appellatione à diffinitiua non valeat reparari: alioquin appellationes & cõmissiones in posterum & quicquid inde secutum fuerit, sint nullius roboris vel momenti commissionibus appellationũ iam iudicibus presentatis & exhibitis in suo robore permãsuris, in quibus latis super eisdem sententijs secundò vel aliàs vlterius ab eis non liceat appellare: appellãtes verò & appellationes etiã ab interlocutorijs & grauaminibus huiusmodi suo vel alterius nomine prosequentes si succubuerint vltra expensas & dãna ad quæ resarcienda de iure condemnatus cõpellitur, viginti florenis auri mulctetur.

ISta regula dicit ꝙ in curia Romana nullus potest appellare ante diffinitiuã sentẽtiã nec eius appellatio debet admitti, nisi appellet ab interlocutoria habẽte vim diffinitiuæ, vel à grauamine nõ cõcernẽte negotiũ principale, quod nõ posset per appellationẽ à diffinitiua sentẽtia reparari: & ꝙ si appellet nõ cõmittat causa appellationis nisi exprimatur vnus modus prædictorum, aliàs appellatio & cõmissio sint nullæ, & quicquid inde secutũ fuerit. tamẽ de cõmissionib. præteritis, de quibus est sentẽtiatũ nihil

dispo

disponit, de quibus à sentētijs iam latis nō posset appellari amplius, si nō sunt grauamina vel sententiæ de quibus suprà: & si aliquis aliter appellauerit, si succubuerit, vltra expensas & damna debet mulctari pœna xx. ducatorum. h.d. & ista regula habet in se æquitatem, licet sit contra ius canonicū. c. super eo. lib. ij. de ap. concordat tamen cum iure ciuili, etiam in casibus hic expressis, vt quia grauamen non potest grauari in diffinitiua, vt si iudex mandet aliquē torqueri, vt l. ij. ff. de ap. recipien. & ibi Bart. vel si sentētia habet vim diffinitiuæ, vt vult gl. in authē. habita. C. ne fil. pro pat. & eodē modo pono exemplum hic & in similibus, & ista regula sæpe deducitur ad iudicium. & est clara prætorquàm ibi, in quibus latis super eisdem sentētijs secundò vel vlterius, ab eis non liceat appellare. Hic auderem dicere cum Iurisconsulto in l. Dominicus. ff. de test. quòd aut ego non intelligo te, aut stulta est sententia tua. quis enim dubitat, quòd etiam ab interlocutoria vel grauamine non potest vtroq; iure tertiò appellari, c. directè. de ap. & c. sua. eod. tit. & C. ne liceat tertiò appellare. per totū. si hoc est verum quid dicit iste recōpilator in præsentia Papæ quòd si sententiatum est secundò vel vlterius, non liceat amplius appellare. & sic si vlterius, id est tertiò est sententiatum de quo deseruit ista regula: & ideo credebam quòd est hic mendosa litera: quia debet dici secūdò vel aliàs. & tunc sequitur, vlterius nō liceat ab eis appellare &c. Sed ego habeo duos libros coram me, vbi sunt prædicta verba, & etiam in libro regularum Sixti: sed si non sit illud verbum aliàs hic debet subaudiri, arg. l. verbum volo. C. de fideicom. sicut verbum quondā subauditur ad orationem

Ista regula ꝙuis sit æqua, est tamē contra ius canonicum.

le

legalem, vt est gl. in l. libertũ. C. de nupt. quam commendat ibi Bald. Et de cauda huius regulæ nõ me intromitto, quia istos xx. duca. nũquam vidi solui in curia, postquàm sum hic. sed si soluerentur, cui deberent solui, & ad cuius instantiam, dixi aliquid suprà in regula xxxij. Et notandum tamẽ est hic, quòd ipsa regula non habet locũ extra curiam, id est extra muros vrbis vel curiæ, per verba posita hic in prin. & non dico curiam hic extendi ad duas dietas secundum c. præsenti. de præben. lib. vj. per ibi not. per Doct.

Verbum quõdã, sub auditur ad orationem legalem.

REGVLA XXXVI.

ITem statuit & ordinauit, quòd in commissionibus de iustitia etiam consistorialibus per eum seu de eius mãdato vel authoritate in causis in quibus cõclusum existat in posterum concedendis, etiam si in eis de cõclusione huiusmodi implicitè vel explicitè mentio facta fuerit, nihil censeatur esse concessum, nisi per concessionem commissionis huiusmodi conclusioni derogetur expresse.

ISta regula dicit, quòd in commissionibus iustitiæ etiam consistorialibus, si expresse non derogetur conclusioni quòd nihil valent etiam si implicitè fiat mentio de conclusione. h. d. & est regula satis æqua: & est vnus effectus conclusionis in causa etiam beneficiali quòd licet conclusio in causa beneficiali quasi hodie nihil prosit, quia etiam post conclusionem possunt produci testes & instrumenta, vt dicit decisio Rotæ v. quia non requiritur conclusio in cau

Conclusio an requirit ĩ causa beneficiali.

causa beneficiali. cle. sępe. cum gl. §. fi. de verb. sig. quanquàm de æquitate Rotæ etiam in causa prophana post cōclusionem possunt admitti testes & instrumentum, vt dicit decisio clx. in fin. quæ incipit, Item latis tribus sententijs contra c. cum dilectus. de fide instr. & hoc ex æquitate. c. pastoralis. in fin. de causa pos. tamen hic est vnus effectus conclusionis etiam in causa beneficiali. alios non numero hic, sed in alia forte regula nominabo. Vnū tamē volo dicere, quòd istud nomen cōclusio, nō reperitur in textu de iure ciuili, vt dicit Bal. in c. cum in iure. de off. deleg. sed renuntiatio sic. Hodie tamen fit cautela contra hanc regulam in curia, quod etiam si sit conclusum, ille qui vult habere commissionē aliquam in causa beneficiali vel alia, producit certas materias de nouo vel aliquos testes, & tunc per admissionem videtur tacitè rupta cōclusio, vt dicit decisio Rotæ, & Siculus. in d. c. cum dilectus. & tunc postquam est rupta conclusio præsentatur commissio & valet. & sic oportet in istis habere iudicem fauorabilē: quia ipse possit non admittere si valet, ar. iurium superius allegatorum: tamē si admittit, valet, arg. d. c. pastoralis. de causa poss. ideo in arbitrarijs est bonum habere iudicem fauorabilē, vt dicit gloss. in regula, in iudicijs. de reg. iur. lib. vj. in fi. ¶ Istas alias regulas sequentes quia concernunt abbreuiatores, quomodo debent expedire bullas & quas: & circa stylū suum, & circa stylum cancellariæ. Item de potestate vicecancellarij non glossabo ad longum. ideo non me extendā in eis, quia esset ponere falcem in messem alienam: tamen succinctè aliquid dicam. hic solet esse in aliquibus libris.

In arbitrarijs bonum est habere iudicem fauorabilē.

REGVLA XXXVII.

ITem voluit & ordinauit, quòd si aliqui religiosi petāt aliquod beneficiū ad nutum reuocabile cum clausula, quòd exinde pro solo nutu abbatis vel superioris non possunt amoueri, literæ quo ad clausulam ipsam nullatenus expediantur, nisi idem dominus noster ponat signāter quòd non possint amoueri, vel ad patrem clausulam ipsam concedat.

IN ista regula dicitur quòd si monachus impetret beneficium suæ religionis, quod quidem possit Abb. vel superior suus ad nutum remouere ab habenti quando sibi placet, & petit monachus, quòd non possit ad nutum superioris amoueri, quòd abbreuiatores non ponant istam clausulā, nisi in supplicatione ponat Papa in signatura quòd non possit amoueri, vel in clausulis infrà in supplicatione positis hoc petatur: & Papa dicat simpliciter, fiat vt petitur. hoc dicit. & ratio dubitandi videbatur, quòd licet beneficiū sit ad nutum reuocabile: tamen quia Papa apposuit manus, videbatur quòd foret irreuocabile, arg. cap. vt nostrū. de app. & cap. j. vt ecclesiastica beneficia. & ideo videbatur quòd etiā abbreuiatores & vicecancellarius possint expedire bullas. Ex quo in supplicatione hoc petatur, & Papa simpliciter concessit. Sed ratio decisionis est quòd Papa non vult præiudicare religioni & antiquo iuri: nam monachus est stricti iuris, ex quo posuit hominem supra se, vt dicit glossa in cap. si verb. xvj. q. j. in fin. ideo non

In ista regula & sequētib⁹ tractatur de literis apostolicis expediendis.

Papa non intēdit antiquo iuri velle præiudicare, vel religioni.

non vult Papa, quòd indirectè monachus ab obedientia abbatis sit exemptus. Vnde licet Papa conferat alicui beneficium, nõ propterea sequitur, quòd à suo prælato non posset ex causa priuari illo beneficio, quia reatus omnem exclu dit honorem. l. moueor. C. si ser. expor. & hoc vult Bal. in c. illud. de ma. & obe. aliàs deberet dicere in c. per tuas. eod. tit. vbi bonus tex. & glos. de hoc. & ibi Doct. in c. j. de confir. vtil. vel inuti. gl. & Doct. in c. cum in distribuendis. de temp. ord. & ibi Ioan. And. Item licet Bald. in d. cap. dicat quòd si monachus habet prioratum à Papa, quòd non tenetur renuntiare ad mandatũ abbatis. & alle. Io. And. in c. cum inter. de ele. & credo quòd debuit allegasse in d. cap. cum in distribuendis. tamen hoc verum, quãdo Papa diceret quòd non remoueret, aliàs secus. faciat gloss. iuncto tex. in clemen: prima de supplen. negligentia prælatorum. & ex ista regula iuncta illa suprà xxv. patet quòd auditor coram quo producitur talis bulla expedita, quòd visa supplicatione vbi non sunt verba Papæ hic posita, potest remittere bullas corrigendas ad cancellariam, & tunc corrigerentur ille bullæ per illam regulam. cancellaria est hodie contra istam regulam, quòd expediantur bullæ per cameram, & tunc quia Papa apposuit manus non se potest cancellaria intromittere, argumen. dictorum iurium. & sic practicatur hodie tam in Rota quàm in cancellaria. Et licet dicatur hic quòd inullatenus expediantur, & sic videtur quòd factum contra formam mandati sit nullum. l. diligenter. ff. mãdati. & cap. cum dilecta. de rescrip. tamen hoc habet locum in expedita bulla per cancellariam. quia ista est regula cancellariæ & non cameræ, vbi

vbi Papa quotidie decipitur per suos secretarios,& per Cardinales & maiorem potestatem penes se reseruauit quam hic tradidit in c. dudum.& c.quamuis.lo.ij.de pręben.lib.vj.ideo esset bonum vtile & sanctum quòd faceret etiã aliquas constitutiones Papa quo ad cameram etiam secretam,sicut quo ad cancellariam, maximè circa expeditiones bullarum quæ etiam expediuntur sine supplicationibus quotidie: ideo in talibus bullis si posset haberi vna commisio quòd corrigerentur secundum tenorem supplicationis,bene esset,sinautẽ oportet quòd habeat patientiam Abb. Et nõ credo quòd secretarius solus posset corrigere bullas etiam in registro bullarum,postquàm bullæ sunt expeditæ,quia Papa apposuit manus vt dixi,etiam si dicat hoc factum de mandato Papæ viuæ vocis oraculo sibi facto , quia sibi non crederetur etiam Cardinali in præiudicium alterius etiam in curia.sufficiat glos.not.de sent.excom.c.sicut.& ego allego aliam in cap.nuper.eodẽ tit. & hoc vult Ioan.And. & Abbas in cap.quòd super his.de fide instrumen.de quo satis dixi in quæstionibus Cardinalium, & pro nunc sufficiant hæc, & credo quòd etiã cancellaria seruaret hãc regulam,licet supplicatio sit signata motu proprio,maximè si esset facta vna regula quòd motus proprius tantum tollat surreptiones & non operatur alium effectum.pro quo facit glos.in cle.si Romanus.de præben.& credo quòd ista non sit danda : ideo si auditor mitteret bullam ad cancellariam vt dixi, dubito an posset facere , & an cancellaria deberet obedire sibi , quia dicetur sibi quo iure de feudis villas &c.viij .dist. quo iure. nec vidi fieri tempore meo.

Secretari⁹ Papæ an posit solus corrigere bullam.

Motus ꝓprius Papę non debere tollere nisi surreptiones.

REGVLA XXXVIII.

ITem si committatur alicui beneficij resignationis receptio, ponatur clausula, attentè quoque prouideas &c. & si ex causa permutationis resignationes fiant, ponatur clausula, quòd neutri permutãtium ius acquiratur nisi quilibet ipsorum ius habuerit in beneficio per ipsum resignato.

ISta regula dicit, ꝙ si cõmittatur alicui ꝙ recipiat resignationem alicuius beneficij, debet abbreuiator ponere in bulla, attentè quoque prouideas quòd in renuntiatione prædicta dolus, vis, metus ac aliqua simoniaca prauitas nõ interueniat &c. & hoc est quando simpliciter debet fieri renuntiatio: sed si committatur sibi quòd recipiat ex causa permutationis, tunc debet poni clausula ista, quod neutri permutantium ius acquiratur, nisi quãtum quilibet ipsorũ ius habuerit &c. hoc dicit. & de prima clausula oportet diuinare quid velit dicere, sed refèras te ad copistas abbreuiatorum: cur tamen illa est quam dixi & fundatur in c. super hoc. de renun. Et de secunda clausula est æqua ista regula, quia solet poni ex causa permutationis in supplicatione illa clausula, vel alio quouis modo vacauerit &c. nã tunc si ponat̃ ista clausula de qua in regula, nihil prodest illa clausula, vel alio quouis modo vacauerit, quod est vtile ad limitationem glos. & doct. in c. susceptũ. de rescrip. lib. vj. & ad limitationem decisionis Rotæ quam superius allegaui. Item non posset dici tunc, quòd quando Papa cõfirmat id quod aliàs de se est nullum, videtur facere aliquid de nouo, si facit ex certa scientia, vt dicit glos. no. in cap.

in cap.placuit. xvj.q.vj.tamen quando ponitur ista clausula hic expressa secus esset: quia nō videtur Papa facere ex certa scientia. Ideo cautela posset esse circa istam regulam, quòd si vis transire bullas cum clausula, vel alio quouis modo ex ipsius vel alterius &c. sine ista clausula facias expediri per cameram, vbi raro seruātur istæ regulæ si habes pecunias & scieris facere: & credo quòd non sit danda ista regula, quia non concernit nisi expeditionē bullarum. Et si non ponantur istæ clausulæ, tamen intelliguntur de iure, maximè illa secūda, quia nemo potest plus iuris in alterum transferre quàm sibi petere dignoscatur. c.nemo. de reg. iur. lib. vj. cap. quod autem. de iure patr. ideo auditor causæ propter hoc non debet mittere bullas ad cancellariam, si non est ista clausula in eis. Item quia non est danda ista regula vt dixi. Cogitandum tamen est, quando danda est regula vel ne: quia si habet decretum irritans, est danda: aliàs secus: ita dixit mihi Iacobus de Rizonib. abbreuiator bene stylatus & doctus. & per hāc clausulam positā in bullis permutationū vidi dubitari in curia, si cōpermutās non habet ius in beneficio renuntiato per se, & de hoc apparet per sententiam, an alius potest redire ad beneficium suum sua propria authoritate absq; noua collatione. & certè videbatur quòd sic: quia ipse cui est facta collatio ex causa permutationis, nullum ius habet in beneficio per hāc clausulam. & facit ad hoc text. notab. in cap. si beneficia. de præbend. libro sexto. & hoc vult Ioannes Andr. in capitulo vnico, de rerum permutatione. lib. vj. quem sequitur Federicus in tractatu permutationis. in viij. quæstione, & etiam isti Doctores loquuntur quando ista clau-

Camera apostolica rarò seruat has regulas.

Cōpermutans si non habuerit ius in beneficio renuntiato: an alter poterit ad suū redire sine noua collatione.

ſula non ponitur:ergo à fortiori quando ponitur illa clauſula huius regulæ:ſed certè licet videatur ipſa veritas, tamen communiter tenetur contrarium in dictis locis. & deciſio Rotæ ccc. xxv. quæ incipit, Item ſi intelligimus. & cccl. quæ incipit, Item ſi opponatur ſpoliato. & pro hac ratione videtur facere: quia licet ille nõ habuerit ius in beneficio quod obtinuit cauſa permutationis per hanc clauſulam & per iura ſuperius allegata, tamen ille qui renuntiauit etiam non habet ius in eo. facit c. j. de rerum permu. lib. vj. & gloſ. in c. ſi propter tua debita. de reſcrip. eodem lib. & ſic poteſt dicere ille qui poſſidet, quòd quo ad eum liberè poſsidet. l. fin. C. de rei ven. & l. loci §. cõpetit. ff. ſi ſeruitus vendic. Opinio tamẽ contraria videt͂ valde æqua, arg. cle. auditor. de reſcript. & d. c. ſi beneficia. tamen cautela eſt quòd habeat ille commiſsionem in curia quòd conſtito de nõ iure compermutantis committatur auditori quòd canonizet primum titulum &c. & ſic fuit practicatum in Rota, vt dixit mihi Salmeron. & etiam credo quòd per reſcriptum poteſt fieri commiſsio ad partes per conqueſtum iſto modo, quòd iſte iudex pronuntiet illud beneficium eſſe debitũ illi compermutanti propter fraudem, & tũc poteſt ſibi de illo prouidere, arg. cle. auditor. de reſcrip. per rationem, ſcilicet vt circuitus euitetur: licet gloſ. ij. ibi dicat quòd illa cle. non habeat locum extra curiam: & hoc tenet Car. ibi. ſed Ioan. de Ligna. videtur dicere oppoſitum ibi, & hoc maximè ſi collatio ſpectabat ad Papam, vt vult gloſ. fin. ibi. & Siculus in cap. ſuper eo. de offic. dele. & hoc videtur verius: quia extra curiam à fortiori debet euitari circuitus quàm in curia, ergo &c. Item quia ampliorem

iuriſ

iurisditionem habet delegatus extra curiam quàm auditores in curia, ppter præsentiã &c.

REGVLA XXXIX.

ITem voluit quòd si petantur suppleri defectus in genere, nullatenus litera desuper concedatur, nisi in petitione desuper huiusmodi defectus exprimantur, vel per fiat vt petitur supplicatio signata fuerit.

ISta regula dicit ꝙ si in supplicatione petentur suppleri defectus aut contractus vel processus &c. in genere, non debet poni ista clausula in genere, nisi in petitione exprimantur isti defectus, vel nisi supplicatio sit signata hoc modo, fiat vt petitur: quia tunc omnia petita veniũt etiam in genere. hoc dicit: & est æqua ista regula, quia aliàs est altercatio inter doctores, si Papa confirmat cum clausula, supplentes de plenitudine potestatis defectus si qui interuenerint &c. quos defectus Papa videt supplere. & communiter tenetur quòd refertur ad defectus quo ad solennitatem iuris, sed non quo ad defectus personarum puta illegitimatis vel irregularitatis, nec quo ad defectus iuris naturalis, scilicet consensus, vt tenet Specul. tit. de legato. §. nunc ostẽdendum. & Host. in cap. j. de transla. & Abb. ibi & in cap. inter dilect. in viij. col. de fide instru. etiam refert & sequitur istos Doct. sed Papa vult hic quòd etiam quo ad defectus iuridicos non ponatur ista clausula. si tamẽ vis quòd ponatur, vadas ad camerã: & ibi soluens vnam taxam vltra debitũ, & habebis: & proderit tibi quo ad ignorantes. Et not. quòd non sufficeret signatura per concessum etiam si di-

Clausula, supplentes omnem defectũ. etiã quos defectus cõprehendat.

cat sit cõcessum vt petitur &c. itẽ nõ sufficeret quòd si signatura per Papã isto modo, scilicet fiat: nam si non additur, vt petitur, nihil sit, per ista verba hic posita, à quibus non est recedendum. l. non aliter. & l. ille aut ille. ff. de lega. iij. Sed quo ad signaturam per concessum contrarium vidi in curia. pro quo facit regula, potest quis per aliũ &c. de reg. iur. lib. vj. tamẽ in hoc casu dubiũ esset an haberet locum ista regula.

REGVLA XL.

ITem voluit quòd super quouis ecclesiastico beneficio de iure patronatus laicorum non expediantur literæ, nisi ponatur expresse, quòd tale beneficium tanto tempore vacauerit, quòd eius collatio est ad sedem apostolicam legitimè deuoluta, vel ad id patronorũ accedat assensus: & si per ipsum iuri patronatus huiusmodi deroga re contigerit, si ius huiusmodi ad aliquem regem, ducem, marchionem vel alium principem pertineat, & de hoc in literis prouisionis vel mandati de prouidendo de dicto beneficio mentio facta non fuerit, non censeatur iuri huiusmodi fore quomodolibet derogatum.

ISta regula dicit quòd si impetretur beneficium iuris patronatus laicorum, & supplicatio sit signata, tamen bullæ non debent expediri, nisi cum illa clausula, quòd tanto tẽpore vacauerit beneficium, quòd eius collatio sit ad sedem apostolicam legitimè deuoluta; vel alia clau

clausula quo Papa prouidet impetranti duntamen ad id patronorum accedat assensus : si tamen Papa derogat iuri patronatus laicorum quo ad beneficium impetratum, tunc non censetur derogare iuri patronatus regis, ducis, vel marchionis vel alterius principis, nisi hoc expresse dicatur in derogatione. hoc dicit notanter ista regula : sed certè quòd dicit primũ ista regula, videlicet si tanto tẽpore vacauerit &c. pro nunc nescio intelligere hoc nisi vno modo vt dicam. ¶ Nam de iure nullum tempus est statutum ad instituendum, nam institutio est ad præsentationem patroni & collatio sine præsentatione: & sic loquitur totus titulus de insti. & quòd hoc sit verum, quòd nullum tempus est statutum ad institutionem, sufficiat decisio Rotæ ccx quæ incipit, Item secundum omnes dominos. & hoc etiam dicit Abb. c. ij. de conces. præben. imò superior potest assignare tempus inferiori, etiam breue infra quod instituat, aliàs quòd deuoluetur collatio ad eũ, vt dicit Abb. s. & sentit decis. supradicta. ¶ Sed si hoc est verum, quomodo collatio debet deuolui ad Papã, si nullum tempus est statutum à iure? sed debet intelligi quòd patronus non præsentauit infra tempus : & tunc iam non dicitur institutio sed sed collatio, & episcopus ad quem pertinebat institutio non contulit infra sex menses, & tunc deuoluitur ad archiepiscopum, & de archiepiscopo ad Papam. dicto capit. secundo. de concess. præbendæ. & tunc nullum præiudicium fit patrono laico : vel si fortè pertinebat institutio ad inferiorem prælatum episcopo : & tunc per negligentiam patroni deuoluitur collatio ad episcopum, vt dicit glos. singularis in clem. j. de sup. negl. prælat. quam not.

Papa derogare potest iuri patronatus laicorum.

Abb.in dicto cap.ij. & tunc per negligentiam ipsius episcopi &c. deuoluitur prout suprà dixi, aliàs non posset hic intelligi, nisi in mera collatione, & non in institutione, quæ non deuoluitur si patronus non fuit negligens, per prædicta iura, & per iura vulgaria. Quo ad secũdam clausulam hic positam, videlicet dummodo tamen consensus patroni accedat &c. & hoc est certum quòd Papa potest derogare iuri patronatus laicorum, vt notatur in c.dilectus. de offi.leg. & c.cũ dilectus.de iure pa. & facit gl. & ibi Domi.in c.ij.de præben.lib.vj. Tamen in dubio non videtur derogare iuri ipsius. c.super eo.de offic.deleg.cum alijs multis. & ideo Papa se iustificat hic satis, sed ego intellexi quod fuit expedita vna bulla hic in curia per cameram sine supplicatione, in qua Papa derogabat iuri patronatus laicorum. & dicit gl. & male: de legato verò etiam de latere quòd non possit derogare iuri patronatus laicorũ, non est dubitandum per c.dilectus.de offic.leg. & c. cum dilectus.de iure pat. Vidi tamẽ dubitari in curia, an posset derogari iuri patronatus laici & clerici cõiunctim. & in legatione domini Vlixbonen̄. ego respondi quòd non. & allegabam Abb.in d.c.dilectus.in fi.col.qui refert Gasparem de Al.pro & contra. & allegat Abb.gl.in c.vnico de iure pa.lib.vj.hæc tamen q.nõ venit coram legato: sed alij tenebãt contrarium. & hoc facit pro D.T.R.in causa prioratus Fulginensis dioe.pręmaximè, quia ibi legatus etiã non derogauit iuri pa.laici & clerici: & si fecisset nihil valuisset per prædicta. ¶ Circa tertiũ est notandum quòd quantũcunq; sit dispositio generalis, non videtur comprehendere reges & alios magnos principes. & ad hoc sufficiat

Dispositio generalis Papæ non comprehẽdit reges & principes.

c.fin.

c.fin.de off.deleg.lib.vj.& c.ne aliquid. de priui.lib.eo.de quo dixi satis in quæstionib.cardinalium in xvij.q.& per prædicta iura & per iura vulgaria,& hæc pro nunc.& circa istam vltimam partem credo quòd esset danda ista regula,quia concernit iustitiam. Item quia continet quasi decretum irritans ibi,non censeatur iuri huiusmodi quomodolibet derogatum &c. facit quod dicit Ant.in cle.j.super gl.in verbo nullatenus de sequestr. & quando habet decretum irritans solet dari,vt dixit mihi Iac.de Rizonibus abbreuiator bonus canonista. Sed cautela posset esse circa vtraq; quòd transiret bulla per cameram cum vna taxa vlteriori:& ista regula non obstaret : quia est regula cancellariæ & non cameræ,vt dixi s̄.in xxxvj.regula. Et per finem huius regulæ posset dici quòd ex quo omnes ecclesiæ cathedrales Hispaniæ:id est Castellæ & Galitiæ pertineãt ad ius patronatus regis Castellæ,per text.singu. in c.cum longè. lxiij.dist.& in c.de hoc.§.fi.cum gl.de simonia. quòd prouisio facta per Papam de ecclesia cathedrali sine præsentatione vel consensu regis non valeat.Et hoc etiam fundare possem etiam de iure communi. c.decernimus.xvij.q.vij.Ex quo etiã sequitur quòd si aliter fiat , rex potest resistere prouisioni Papæ aliter factæ.de quo allego in similibus Innoc.in c.quod sicut.de electio.& ibi doct.& in c.super his.de accu.& doctores maxime Abb.in c.j.& c.cum terra.& c. cum inter vniuersas.de elect. & non curo allegare Domi.in c.cum certa.de elect. & non obstat quòd Papa s̄. in ij. regula reseruat omnes cathedrales ecclesias sibi &c. quia potest dici; quia non intelligitur de illis vbi reges habent ius patronatus, ex quo Papa non facit mentio-

nem iuris patronatus regum per hanc regulam. Verum est tamen quòd si pertineat ad ius patronatus, quòd Papa videtur reseruare quo ad se illud quod pertinet inferioribus prælatis, scilicet quòd non instituatur. Item quòd non eligant canonici, & quòd archiepiscopus non confirmet, sed non derogat iuripatronatus Regum per supradicta. & ad hoc facit l. j. §. Pōponius. ff. quod cum falso tu. iuncto c. si eo tempore. de elect. lib. vj. quia ista possunt diuidi: ideo valet reseruatio quo ad partem, & quo ad aliam partem non. Ex quo sequitur, quòd rex Castellæ debet præsentare episcopos Papæ & nō archiepiscopis suis: tamen Papa tenetur prouidere præsentationem per regem, aliàs potest dici salua authoritate sedis apostolicæ, & D.T.R. quòd non valeat eius prouisio per supradicta, & per hanc regulam: nam Papa potest sibijsi imponere legem per clausulam derogatoriam, si non facit mentionem de illa clausula. hoc est quod dicit Bal. in præ. feu. in xiij. col. quē sic intelligo: & allegat Ioā. Mo. in cap. j. de constit. lib. vj. & hoc facit pragmatica Franciæ iuncto cap. habuit. aliàs est. §. xvj. q. j. sed de rege Franciæ non est textus expressè in episcopatibus: nec etiam de alijs regibus, sed de regibus Hispaniæ sic, vt dicit: & dictum Archidiaconi in cap. lectis. lxiij. distin. quod sequitur Bald. in proœmio Decretalium in iiij. colum. & in capitulo quāto. de iudic. loquitur de iure patronat. quod capitur pro protectione quam habet quilibet rex in ecclesijs cathedralibus sui rēgni ratione solij & non aliter: & sic intelligo salua determinatione D.T R.

Rex Franciæ quod habebat ius patronatus in episcopatibus sui regni nō cauetur iure.

RE

REGVLA XLI.

ITem voluit, quòd nulli seculari de regulari & religioso de seculari beneficijs de commenda detur, nisi in signatura super petitione commendæ huiusmodi de commenda ipsius mentio fiat.

ISta regula dicit, quòd cancellaria nō debet dare cōmendam alicuius beneficij religiosorum clerico seculari nec beneficij secularis religioso, etiam si ostendatur supplicatio signata per Papam, nisi in signatura fiat mentio de cōmenda. hoc dicit. & est ęqua ista regula: quia incongruum est quòd beneficium regulare detur in commendam clerico, nec contra, arg. c. Deus qui. de vita & honest. cler. & c. innouamus. xvj. q. j. tamen ratio dubitandi fuit, quia ex quo in corpore supplicationis hoc petebatũ & signatura fuit indistincta, ꝙ debeat venire illud quod petebatur: quia talis præsumitur esse responsio qualis fuit petitio. text. cum glos. in c. inter dilectos. de fid. instr. ergo si petebatur monasteriũ in commendam, & Papa dicat, fiat vt petitur, videbatur venire: tamen Papa ligat sibi manus hic quòd non veniat nisi dicta signatura fiat vt petitur de cōmenda. & pro primo faciat decis. Rotæ lxvj. quæ incipit, Item si petatur ꝙ causa cōmissa. lxxvj. quæ incipit, Item si petatur committi hanc causam. Tamen intelligo regulam quo ad cancellariam: sed camera bene expediret per prædicta. Item intelligo hoc verum, nisi etiam in clericis infra supplicationem positis iterum petatur: quia si Papa etiã ibi dicat fiat, vt suprà, illa secũda iussio habetur pro certa sciẽtia & pro motu proprio. l. nec dãnosa. & ibi

Responsio talis debet esse qualis fuit petitio.

Secũda iussio Papæ, habetũ pro certa scientia.

ibi not. Bald. C. de preci. imper. offe. & ſi Papa faceret ex certa ſcientia, & hoc conſtaret, videretur derogare huic regulæ, arg. l. quidam conſulebat. ff. de reg. iur. iuncta cle. j. vt lite pēden. in fin. & ideò cancellaria deberet expedire: ſed dubito, an hoc tempore faceret. Ideò cautela eſt quòd vadas ad cameram ſi habeas talem ſignaturam contra hanc regulam. hoc pro nunc. Regula iſta non debet eſſe danda: ſed camera bene credo quòd tranſiret per iura ſuprà dicta.

REGVLA XLII.

ITem quòd ſuper quibuſcunque reformationibus ſignatis ſuper impetrationibus quorumcunque beneficiorum vacantium vel certo modo vacaturorũ, in quibus petitur, quòd literæ ſub prima data expediri poſsint, ſi ex huiuſmodi expeditione ſub tali data cuiquam videatur fieri poſſe præiudicium literæ ſuper ipſa prima data nullatenus expediantur, niſi reformationes huiuſmodi per verba fiat, & ſub prima data ſignatæ fuerint.

ISta regula dicit, quòd ſi aliqua reformatio fiat ſuper prima impetratione beneficiorum vacantium vel vacaturorum, & petatur in ſupplicatione ſub prima data, quòd nullo modo detur in expeditione ſi poſſet fieri aliquod præiudiciũ tertio, niſi ſignatura dicat ꝙ ſic fiat & ſub prima data. h. d. & ratio dubitãdi fuit: quia quicquid dicitur in prima diſpoſitione, videtur cum eiſdem clauſulis & ſubſtantijs dictũ in reformatione, & ecõuerſo. caſus eſt in l. talis ſcriptura.

ptura.iūcta l.seq.ff.de leg.j.ergo sic videbatur hic. Sed ratio decidēdi est, quia Papa nō vult quòd alicui fiat præiudicium, puta quòd fortè medio tempore alius impetrauit: ideò non debet fieri sibi præiudicium.c.quamuis.de rescri. lib.vj.l.nec auus.C.de eman.li. Sed si petatur in supplicatione & signatura fiat simpliciter in alijs quàm beneficialibus, tunc cancellaria deberet dare per hanc regulā quæ tantū loquitur de beneficijs vacantibus &c. quia est pœnalis ex quo annullat, vt dicit glos.in c.decet. de immu.ecc.lib.vj.ergo debet restringi.c.in pœnis. de reg.iu.lib.vj. Et credo quòd ista regula deberet dari per verbum nullatenus expediantur hic positum, quod videtur annullare ipso facto. gl.est sing.in cle.j.de sequestr.pos. & ibi Ant. not. Et licet regula cum verbo annullans non solet dari: tamen ista quia est æqua, deberet dari saltem ex commissione Papæ, si non sufficeret petitio facta vicecancellario: & credo quòd etiam in camera non daret sub data reformationis sine ista signatura hic posita: ideo consulendum esset habēti multas pecunias, quòd primam supplicationem expediret sub prima data, & secundam reformationem sub secūda data, propter multa quæ non possunt breuiter dici hic sub correctione Dominationis T.R.

Papa reformando bullam non intendit alicui fieri p̄iudicium.

REGVLA XLIII.

¶ De Beneficijs resignatis in Cancellaria.

ITem voluit & ordinauit, quòd super resignationem cuiuscunq; beneficij ecclesiastici seu cessione iuris in eo quam in manibus

nibus suis, vel in cancellaria apostolica fieri contigerit, apostolicæ literæ nullatenus expediantur, nisi resignās vel cedens si præsens in curia Romana fuerit, personaliter alioquin per procuratorē suum ad hoc ab eo specialiter constitutum expeditioni huiusmodi in eadem cancellaria expresse consenserit, & iurauerit, vt est moris: nec literæ resignationis vel assignationis etiam motu proprio cuiusuis pensionis annuæ super alicuius beneficij fructibus expediri possint, nisi de consensu illius qui dictam pensionem persoluere tunc habebit.

ISta regula dicit, ꝙ resignatio beneficij quæ fit in manibus domini nostri papæ vel in cancellaria apostolica non expediatur cum apostolicis literis, nisi resignans vel cedēs iuri suo præsens fuerit in Ro. curia personaliter, aliàs per procuratorem suum ad hoc specialiter constitutum, videlicet ad resignandum tale beneficium consenserit expeditioni huiusmodi in cancellaria: & iuret ꝙ nō interuenerit fraus, dolus, vis, metus, nec aliqua simonia nec literæ pensionis vel assignationis pensionis etiā motu omnī pōsito expediantur, nisi de consensu illius qui talē pēsionem imponit. hoc dicit, & est æqua ista regula propter fraudes quæ non fiebant in curia, quas ad lōgū referre esset laboriosum plusquā subtile. Et nota differentiam hic inter renuntiationem & cessionem. Nam resignatio est quando quis possidet beneficium, sed cessio iuris quod habet in eodem; & nescio pro nūc fundare

Differētia inter renūtiationē & cessionem.

re iure hoc: & credo quòd renuntiatio vel resignatio aliquando ponitur pro cessione, & econtra, vt patet in tit. de renun. iuncto c. veniens. & c. sanè. eo. tit. & c. solicitè. de resti. spol. & c. accepta. eo. tit. & l. postquam liti. C. de pact. & c. cum prædam. eo. li. ¶ Item pōderandum est hoc verbum nullatenus expediantur, hic positum, quod annullat actum ipso iure, vt dicit gl. in verbo nullatenus. in cle. j. de sequestr. pos. & fru. & ibi dicit Ant. quòd idē est dicere nullatēnus fiat vel omnino, vel similia verba, quàm dicere: si secus actum fuerit, decernimus irritū & inane: & hoc etiam not. Domi. in c. Romana. §. sententias. de app. lib. vj. ex dicto Io. Andr. ibi. Ex quo sequitur quòd resignatio aliter facta vel saltem expeditio nō valet per prædicta. Et ex hoc sequitur quòd etiā in camera nō debet talis expeditio fieri, sed quia regula loquitur de consensu habendo in cancellaria, dubito quòd camera admitteret: & credo quòd sic. ¶ Item inquantū ista regula loquitur de præsenti in curia, debet hic capi curia pro muris tantum ciuitatis vel ad plus pro præsenti in suburbijs: & non debet intelligi curia pro duobus dietis. ar. c. præsenti. §. loca. de præbē. lib. vj. per locum a speciali. Et cancellaria nō solebat admittere procuratorem ad renuntiandum post annum, & fundatur eius æquitas in c. super hoc. de renū. & c. quia non est verisimile. de præsump. & camera tamen sic. Item inquantum in fine dicitur de consensu imponentis pensionem, non debet intelligi si præsens est per se: si autē per procuratorem. vt superius dicitur. nam illa oratio superius dicta est perfecta & ista etiam de per se: ideo ibi scriptū hic repeti nō debet nec hic ibi. dicit quod dicit Bart. in l. talis scriptura. ff. de leg.

De verbo nullatenus quod annullat ipso iure.

Procurator nō admittitur ad renuntian. beneficio, post annū.

leg.j.Ideo credo quòd in impetratione pensionis satis est quòd etiam præsens iu curia cõsentiat per procuratorẽ specialem.ad hoc facit regula,potest quis per alium.de reg.iur,lib.vj.& nescio si cãcellaria hoc admitteret propter pertinaciam abbreuiatorum : sed de camera certus sum. Et ista regula est de dandis ex quo habet decretum irritans,vt superius dixi,& in regula suprà proxima.

REGVLA XLIIII.

ITem quòd non dẽtur literæ super beneficijs vacaturis per ingressum religionis nisi ille præcesserit datã desuper petitionis.

ITem regula dicit, quòd si impetretur beneficium vacaturum per ingressum religionis alicuius,quòd non expediantur literæ desuper nisi ingressus religionis præcesserit datam petitionis vel signatæ supplicationis.hoc dicit.& ratio dubitãdi posset esse,quia habetur pro cincto qui de proximo est cingendus.l.penul.ff.de milit.test.sed licet tempore datæ non esset religiosus,sed statim intrauit religionem , satis videbatur quòd iste haberet intentũ per prędicta. Sed ratio decisionis est,quia impetrationes sunt ambitiosæ.c.fin.de rescript.lib.vj.ideò ambitioni impetrantis debet occurri. Nam si dicat quòd beneficiatus ingressus est religionem,mentitur : & si expressisset, fortè ita de facili non habuisset : ergo &c.arg.c.postulasti.de rescrip. & quod ibi not.Ioannes de Imol.& Abb. Item per ingressum religionis impetrans debet verificare actu ingressum & non in habitu:quia sunt verba restrictiua vt dixi,ergo &c.arg.l.non potest desijsse.de reg.iur.& credo quòd iste impetrans

Cingendus de proximo habetur pro cincto.

trans in expeditione debet hoc probare in can
cellaria, ꝙ ingressus erat ille ante datã ex quo
est pars suæ intentionis, etiã si foret negatiua.
sufficiat l. ei qui dicit. ff. de prob. & quod dicit
Bartol. in l. illa. vbi legit legem, hoc iure. ff. de
verb. oblig. Et dubito an sit danda ista regula
quia nõ annullat: tamẽ crederem ꝙ si vnus im-
petraret per ingressum religionis, & tũc ille nõ
impetrauerat, & alius postea impetrauit per ve
ũ ingressum, ꝙ ille secundus in data debet ob-
nere per ea quæ superius dixi: & tũc deberet
ari ista regula, quia concernit ius alterius: &
tiam si nõ daretur iudex sic deberet iudicare,
rg. dicti c. postulasti. ideo cautela est quòd po-
as in supplicatione, per ingressum religionis
m præteritũ, vt dicitur, vel de proximo futu-
ĩ Titij &c. & tũc dubito quòd signaretur sup-
licatio: tamẽ si signaretur possent literæ expe
iri per cãcellariã, arg. huius regulæ: cuius ver
s debemus inhærere & nõ recedere ab illis,
g. l. nõ aliter. ff. de leg. iiij. & credo quòd ca-
era trãsiret bullas cõtra hãc regulã secundũ
sfuetudinem suam. Vnũ tamen nõ omittam:
ia beneficiũ nõ vacat per ingressum religio-
s, sed per promissionẽ tacitã vel expressam,
beneficium. de reg. iur. lib. vj. ideo ista regula
debet intelligi, vt aliqui curiosi curiales in-
ligũt, scilicet ꝙ beneficium ipso facto vacat
r ingressum religionis: quia debet intelligi se
du d. c. beneficiũ. videlicet per ingressum re
ionis vacaturis per ꝓfessionẽ tacitã vel fic-
. & ista vocatur specialis reseruatio, quæ nõ
iocatur per reuocationẽ expectatiuarũ, vt di
supra in regula x. & hoc est quod vult dice-
illa regula præterquàm. secundũ quòd con-
uerũt literæ per cancellariam expediri &c.

Professio sola nõ autem ingressus religionis facit vacare beneficium.

REGVLA XLV.

ITem voluit quòd si petatur aliquod beneficium vacans per modum in cancellaria Apostolica exprimendũ, talis impetratio nõ valet, nec literæ desuper expediãtur.

ISta regula dicit, quòd si impetretur aliquod beneficiũ vacãs per modũ in cãcellaria Apostolica exprimendũ, quòd talis impetratio nõ valet nec literæ desuper expediãtur. hoc dicit, & est clara. & ratio dubitandi potuit esse, quia, ex quo beneficiũ vacat & eius collatio pertinebat Papę, satis erat dicere in genere, Tale beneficiũ vacat. Sup. s. V. quòd dignetur mihi illud cõferre: & si Papa dicat, fiat vt petitur, videtur valere talis impetratio ex quo petitio & signatura sint generales: ideo cõprehendit quãlibet speciẽ sub se cõprehensam. arg. c. solitæ. de maio. & obed. cũ infinitis. Et ratio decidẽdi est in cõtrarium: & si impetretur in genere, nec nominatur persona nec modus vacãdi: tamen si Papa sciret ita de facili non cõcederet, ideo impetratio est nulla. facit dictum c. postulasti. de rescrip. & quod dixi s̃. regula proxima. Ideo si secundus impetraret, & exprimeret verũ modũ, vacandi, illa impetratio valeret, & non prima per istam regulam, iuncto d. c. postulasti. & quia ista regula annullat impetrationẽ, credo quòd etiam camera non daretur etiam si verus modus vacandi exprimeretur. Tamen dubito de auaritia officialium, & credo quòd ista sit danda ex quo habet decretum irritans vel annullans, vt dixi: & crederem, quòd si in clausulis supplicationis etiam hoc peteretur & in corpore etiam quòd tũc nõ haberet locũ ista regula.

ex quo Papa bis mandat,& secundus iussus habetur pro certa scientia, vel pro motu proprio, vt in l.nec damnosa. C.de precibus impera.offe. & ibi dicit Bald. & facit glos.in verbo alijs. quam not.ibi Ang.in authen. de non alie. aut permut. §.quia verò verisimile. col.ij.nisi dicas quòd id quod dicitur vnico contextu,habetur pro vno actu:licet pluries repetatur. facit gloss. in l.si conuenerit.la.j.ff.de pign.act. & gl.in c. ab eo,de appella.lib.vj.& quod dicit Bald.in procemio C.& gl.in c.suam.de appel.ideo dubito quòd cancellaria etiam hoc reciperet:sed de camera non dubito,si est pecunia: ideo permittas bene taxari talem bullam, vt transeat per cameram,si habes pecunias hæc loquendo cum curialibus R.pater.

Secundus iussus Papæ habetur pro certa scientia Papæ.

REGVLA XLVI.

ITem voluit, statuit, & ordinauit quòd quotienscunq; per signaturam suam,vel de eius mandato factam super expediendis aliquibus cum adiectione proprij nominis vel dignitatis cuiusuis iudicis dentur literæ,desuper expediantur cum expressione, quòd idem iudex executionem faciat per seipsum.

ISta regula dicit,quòd quando Papa dat aliquem iudicem super expediendis aliquibus negotijs vel caussis de mãdato Papæ per suam signaturam vel de eius mandato factam, tunc si exprimatur nomen proprium siue nomen dignitatis iudicis, in expeditione literarum debet exprimi quòd idem iudex executionem huiusmodi faciat per seipsum. Hoc di-

cit. Et hæc regula est contra multa iura dicentia quòd iudex potest subdelegare si est delegatus principis. sufficiat cap. pastoralis. de offic. & hoc de iure canonico, ne videatur obstare l. fin. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. & l. more maiorum. ff. de iurisd. om. iudic. ergo &c. Sed ratio decidendi est, quia videtur electa industria personæ, quãdo datur à Papa per signaturã: & ideo ne sine causa possit subdelegare, mandat hoc hic Papa, quòd ponatur ista clausula: pro qua facit c. fin. §. is autem. de off. deleg. Sed ista regula non habet locum de rescriptis quæ communiter emanãt sine signatura Papæ vel eius mandato facto. ergo non debemus recedere à verbis: quia rescripta sine signatura expediuntur: & hoc nõ quia fundantur iure communi omnia scripta, scilicet conquestus. ad audientiam. sua nobis. dilecti &c. Et per supradicta videtur quòd vicecãcellarius non potest ponere in officio suo alium regentem cancellariæ cum eius industria sit electa: tamen contrarium est verum, vt infrà dicam in sui potestate. quod facit contra fantasticos dicentes quòd non habet potestatem nisi secundum regulas cancellariæ: & ista regula nec facit pro, nec contra aliquem, ideo nescio si sit danda: & credo quòd non, quia concernit expeditionem tantum literarum & non habet decretum irritans cum correctione D.T.R.

Iudex à Papa delegatus, an possit subdelegare.

Vicecãcellarius Papæ an possit aliũ ponere loco suo.

REGVLA XLVII.

¶ De Dispensationibus.

Hic & in sequẽtibus regulis tractatur de dispẽsationibus.

ITem voluit, ꝙ in literis dispẽsationum super aliquo gradu cõsanguinitatis, aut aliàs prohibito, ponatur clausula, si mulier rapta

rapta non fuerit:& si scienter ponatur clausula addita in quaterno.

ISta regula dicit, quòd quando petitur dispensatio à Papa super aliquo gradu prohibito à iure cõsanguinitatis vel affinitatis, aut etiã publicæ honestatis. tunc cancellaria vel etiã pœnitẽtiaria ponit clausulam, duntamen dicta mulier rapta non fuerit : & si expressum est quòd scienter contraxerunt matrimonium, debet poni clausula addita in quaterno cãcellariæ, quæ dicit quòd separẽtur ad tempus quousq; ad arbitrium commissarij cõgruentem egerint pœnitentiam, & postea dispensetur secum. hoc dicit. Et inquantum textus hic exprimit gradum cõsanguinitatis vel affinitatis vel aliàs prohibitum, istud vltimũ intelligi debet de publicæ honestatis iustitia. puta si frater meus cõtrahit matrimonium cum maiori septẽnio & minori xij. tunc licet ibi nõ sit affinitas, tamen est publicę honestatis iustitia, quæ etiam dirimit matrimonium. c. literas. & c. accessit. de despon. impub. & c. iuuenis. de sponsa. & c. vnico. eod. tit. lib. vj. ideo si ego volo secum contrahere, oportet habere dispensationes à Papa, & debet seruari ista regula. & si dicatur quòd expressa affinitate hic etiam veniebat publicæ honestatis iustitia, vt vult gl. in verbo ij. & iij. in c. nõ debet. de cõsang. & affin. sed certè illa gl. debet intelligi quando dispẽsatur principaliter super affinitate, & tunc in cõsequentiam veniat publica honestas, aliàs secus. nam vbi est publica honestas tantùm, tũc debet exprimi per se. & sic intelligitur gl. cõtraria in arbore cõsanguinitatis secundum Abb. in d. c. non debet. ideo fuit necesse hic poni ista verba obscura, quia refert

Publicę honestatis iustitia dirimit matrimonium.

ſe ad aliam ſcripturam.& in hoc caſu perinde eſt,ac ſi totus ille tenor illius clauſulæ inſereretur.ideo oportuit illum quaternum videre. facit c. cum venerabilis. de exc. & auth. ſi quis in aliquo documēto. C. de eden. Nec obſt. illud quod dicit Bald. in c. j. ¶. fin. qualiter olim feu. alien. pote. coll. x. qui dicit quòd quando ſtatutum per ſe dat certam formam,nō oportet perſcrutari aliam ſcripturam etiā ſi in ea fiat mentio alicuius ſcripturæ:quia illud verum,quādo inſereretur illa clauſula:aliàs ſecus,per ea quæ dixi:& ſic loquuntur iura facientia mentionem de edictis prætorum in primo caſu, vt dicit ibi Bald. & ideo debuiſſet hic inſeri illa clauſula: ſed quia agitur de exburſanda pecunia: & vt facta curiæ non intelligantur ab omnibus, maximè extra curiam,ponuntur hæc verba & ſimilia: & audio quòd pœnitētiaria ſeruat hanc regulam:ſed de ſeparatione neſcio, & camera etiā debet ſeruare:ſed pro pecunia credo quòd iſta clauſula nō poneretur,nec quo ad raptam, nec quò ad ſeparationem:nam omnia ſunt venalia Romæ,vt ait Salluſtius: & credo quòd nō ſit danda,quia concernit expeditionem,& non habet decretum irritans: & credo quòd ſi iſtæ clauſulæ nō ponūtur,ſed ſimpliciter tranſeat bulla,quòd corā iudice commiſſario poſſet opponi,& quòd redderetur ſubrept. bull. arg. c. quod dilecto. & c. quia circa. & quod ibi not. maximè per Doct. de conſang. & affin. iuncto c. poſtulaſti. de reſcrip. tamen ponitur iſta clauſula ad iuſtificationem eccleſiæ, & ad exburſandum pecunias: & prima clauſula, ſcilicet dummodo rapta non fuerit, fundatur in c. fin. à contrario ſenſu. in fin. de rap. nam licet de iure canonico valet matrimonium contractum cum rapta,

Omnia ſūt venalia Romæ.

Matrimoniū contractū cum rapta, an valeat.

rapta, duntamen dissensus transeat in consensum, tamen hoc verum si aliàs sint habiles personæ ad cõtrahendum, vt in d. c. fi. Item secunda clausula quòd separentur, fundatur breuiter in cap. ex literis. de consang. & affinit.

REGVLA XLVIII.

ITem voluit, quòd in dispẽsationibus super defectu natalium ꝙ posint succedere in bonis tẽporalibus, ponatur clausula, ꝙ non præiudicetur illis ad quos succesio bonorũ ab intestato pertinere debeat.

ISta regula dicit, quòd si dispensetur cum aliquo vt posit succedere in bonis temporalibus, quòd debet poni clausula, quòd nõ præiudicetur illis qui ab intestato succedere deberẽt. h. d. ista regula. & posset poni exemplum in terris ecclesiæ: quia aliàs in terris imperij, licet aliqui doctores per Placebo domino velint tenere quòd posit Papa legitimare quo ad temporalia, & quo ad successiones: sed Deus nouit an hoc sit verum. de quo per Doct. in c. per venerabilem. qui fil. sint legit. tamen sicut legitimatus per imperatorem nõ censetur legitimatus quo ad ordines neq; quo ad beneficium, vt ait gl. in c. imperatores. x. dist. & in c. j. lix. dist. & in c. peruenit. cj. dist. & hoc communiter tenetur etiam per Bald. in procemio C. qui est legista. ergo idem potest dici ecõtrario, cùm contrariorum eadem sit disciplina. institut. de his qui sunt sui vel alie. iur. in princip. & ista clausula fundatur in cap. naturales. & ibi not. si de feud. fuerit controuer. & per dicta Doctorum in dicto capitul. & in cap. tanta. ff. qui fil. sint legit. & credo per dicta iura, & per alia vulga-

Legitimatus p principem secularem non cẽsetur esse dispẽsatus quo ad ordines.

ria dicentia quòd per rescriptum vel priuilegium non derogatur iuri tertij : quod etiam si non ponatur ista clausula, tamen intelligitur, sed quia agitur hic de exbursanda pecunia, vel vt iustificet ecclesia clausulis subintellectis : & quia hic concernitur praeiudicium tertij, credò quòd esset danda etiā in terris ecclesię: camera tamē bene credo quòd posset expedire sine ista clausula. ex quo subintelligitur, vt dixi. & quid operatur ista clausula, vel an Papa possit legitimare in terrs regū vel imperatorū quo ad tēporalia, nō est meum hic dicere, sed remitto ad ea quae dixi in d. c. post Doct. legendo hic Romae. & credo quòd nō sit danda cum cōcernat expeditionem literarum, & nō habet decretum irritans. Vnum tamen non omittam circa legitimationem, quòd etiam in terris ecclesiae Papa non potest ex ordinaria potestate legitimare filium presbyteri vt succedat in patrimonialibus presbyteri: quia fit praeiudicium ecclesiae cui sunt bona clerici obligata pro mala administratione ecclesiae quam gessit, sicut dicit Dominic. de imperatore in terris imperij in hoc casu. in c. quo iure. iuxta fi. viij. dist. si tamen ipse faceret ex certa scientia, valeret in bona hora, quia nullus potest dicere sibi, cur ita facis, vt dicit gloss. in cap. quanto. de translat. praelato.

Filius presbyteri nō potest legitimari vt succedat in bonis patrimonialibus ipsius presbyteri.

REGVLA XLIX.

ITem quòd per quamcunq; signaturam in quauis gratia nullatenus dispensatio veniat, nisi dicta gratia totaliter effectū dispēsationis huiusmodi cōcernat, vel aliàs nihil conferret aut operaretur : & si super defectu aetatis sit dispēsatio huiusmodi, de

duobus

uobus duntaxat annis dari valeat, habita rius per testes idoneos vel aliàs informaione quo ad hoc de idoneitate personæ ui dicta dispensatio concedetur.

Sta regula dicit quòd per quamcunq; signaturam in quauis gratia nulla dispensatio veiat nisi super dispensatio per principaliter sit icta, aliàs nihil operetur: & si dispensetur suer defectu ætatis, debet cancellaria dare de uobus annis tantum constito sibi aliàs de idoeitate personæ. hoc dicit. Pone exemplum: Si inor xx. annis vel bastardus dicit se minoem vel bastardum, & impetratur beneficium intum à Papa, tunc in primo vel in secundo asu regulæ si Papa dicit, fiat vt petitur: non ropterea videtur quòd cancellaria debet dipensare cum isto: nisi sicut dicitur in exceptioibus. Et ratio dubitandi est, quia ex quo exrimitur defectus, & Papa respondet ad petita, idetur hoc dispensare: quia talis præsumitur esponsio qualis fuit petitio. c. inter dilectos. de de instru. per tex. & gloss. ideo videtur prineps dispēsare, arg. l. quidā cōsulebant. ff. de re id. Sed ratio dicēdi fuit quia princeps nō conedit ea quæ sunt stricti iuris vnico verbo, ne ideatur destruere iura multis vigilijs condita nico verbo, arg. l. si quando. C. de inof. test. & præcipimus. C. de ap. & ista regula concernit xpeditionem literarum; ibi, per quamcunq; sinaturam &c. ideo non deberet dari ad produendū in iudicio: quia non annullat actum, & on dirigitur iudicibus. Item ex ista regula no. lud quod fundatur iure: quia dicitur quòd in uacunq; dispensatione etiā restringibili vera debent aliquid operari. c. si Papa. de priuil.

Papa vnico v̄bo nō intēdit destruere iura multis vigilijs cō dita.

lib.vj.cum similib.tamen sufficit quòd operentur aliquem effectum etiam si ille effectus non sequatur in totum illud quod verba sonant. hoc fundatur hic. & hoc facit gloss.not.in c.si duo.j. respon.de procur.lib.vj. quam not.ibi Domin.ad hoc. & pro hoc etiã facit quod ipse dicit in c. ei qui.de præben.lib.vj. in vj.& in vij.col.& allegat etiam illam glos.ad limitatio nem dicti c.si Papa.& etiam faciat glos.in verbo occupantis.in eo. c.ad hanc regulam quam etiam ibi not. Domin.camera tamen quæ est li beralis quo ad receptionem pecuniæ bene expediret bullas super tali signatura:ideo sis cautus,quòd ibi facias expediri,quia Rota neque aliquis iudex non curat,nec debet curare de signatura Papæ,sed de bullis,vt dicit regula cãcellariæ & superius dixi:non tamen foret contra iustitiam,imò consonum iuri,quòd si aliter expediretur bulla quàm hic exprimatur,quòd daretur commissio per placet quòd constito de supplicatione:& de hac regula auditor nõn daret fidem dictæ bullæ:sed dubito quòd signaretur sine fauoribus &c.

REGVLA L.

Item voluit quòd super defectu natalium, dentur graduatis, seu de magnis nobilibus genitis per simplicem signaturam quatuor:etiam si canonicatus & præbendæ cathedralium seu collegiatarum ecclesiarum,& per fiat vt petitur : vltra hoc dignitates etiam si maiores post pontificalem .& principales, in collegiatis ecclesijs: alijs verò per fiat tria,& per fiat vt petitur qua

quatuor,ſi petantur: dummodo canonicatus & præbendæ cathedralium eccleſiarum vel dignitates non exiſtant.

ISta regula dicit,quòd ſi vnus petat diſpenſari ſecum ſuper defectu natalium,& ad beneficia,quòd ſi ille ſit graduatus vel de magnis nobilibus per ſignaturam Papæ ſimplicem:ſcilicet fiat,debent ſibi dari iiij. beneficia, etiam ſi canonicatus & præbendæ cathedralium eccleſiarum exiſtant:ſed per ſignaturam,fiat vt petitur:& tunc debet addi etiam ſi dignitates maiores poſt pontificalem vel principales in collegiatis eccleſijs exiſtant. ſi verò non fuerit de magnis nobilibus genitus, debet ſibi dari per ſimplicem ſignaturam,ſcilicet,fiat ad tria beneficia,& per fiat vt petitur,etiam quatuor ſi petantur:dummodo non ſint canonicatus vel dignitates &c. hoc dicit. Et quo ad iſtas regulas loquentes per fiat vel per fiat vt petitur &c. idem hodie practicat cancellaria,ſi ſignatura fiat per cõceſſum:id eſt per illum cui Papa committit ſignaturam ſuam, vel per vicecancellarium.arg.l.item eorum.§.j.ff.quod cuiuſcunq; vniuerſitatis nomine.quicquid ſentiat Bald.in ſimili.in cap. naturales.in j.col.ſi de feu.controuer.col.x.& licet ſuperius in alia regula dixerim contrarium,tamen audio quòd aliquando ſic practicatur in cancellaria:& in hoc ſtandum eſſet ſtylo & tolerantiæ Papæ, argumen. cap.quàm graui.de cri.fal.& cap.quòd tranſlationem.de off.leg.& quod dicit ibi Bal.referendo Ioan.Andr.quòd iſta regula concernit expeditionem literarum,& non annullat:ideo deberet dari,nec dabitur,vt credo. Et inquantũ iſta regula loquitur de genitis ex magnis nobil

Qui dicantur nobiles & de doctrina nobilium.

bilibus, sciẽdum mihi est quòd nobiles dicuntur tripliciter. Quidam sunt illustres, id est nati ex duobus marchionibus aut comitibus, qui reputantur illustres. l. ij. vt dign. ordo ser. lib. xij. Alij sunt magni nobiles, id est filij baronũ, qui sunt sine administratione dignitatis alicuius de prædictis: vel si sint comites non tamen reputãtur illustres, sed vocãtur magni nobiles ex quo dicuntur à nobilibus ex inferiorum nobilium genere: quia in hoc reputantur nobiles ex reputatione, vt dicit Bar. latè in repetitione l. j. C. de dig. lib. xij. & vltra eum allego c. j. in princ. & §. si quis verò temerario. de pace iur. fir. col. x. & de istis loquitur ista regula: quod appparet, quia æquiparat eos graduatis &c. Et alij sunt nobiles ex inferiorũ nobiliũ genere, & isti sunt qui communiter differũt à plebibus: & reputantur maiores quàm plebes & isti appellantur diuersis nominibus secundum vsum patriæ. Nam Venetijs appellãtur forte magnates: pro qua nominatione & nobilitate est tex. in c. j. in princ. ibi, cum omnibus locorum primatibus &c. de pa. iuramen. fir. Et Florentiæ appellantur maiores, & in Hispania vocantur fidalgos, vt ex dictis Bar. colligitur: & hoc dicit expresse in d. l. j. & de istis non loquitur ista regula: de quo me remitto ad gl. quam feci in regula prærogatiuarum Pauli. super qua nobilitate pugnaui in curia: & quicquid habeo exinde habui meis manibus gratia Dei. & hic nõ oportet specificari illas nobilitates: sed satis est quòd quo ad primam & secundam habeat locum ista regula, & non quo ad tertiam. de qua nobilitate etiã aliquid per Bal. in cap. quis dicatur dux. col. x. Item non est hic insistendum, an illegitimus sit nobilis, quia non fundat ille tex. & sunt

An bastardus possit esse nobilis.

iura pro & contra. & consului super hoc bis quòd sic, licet Baldus & Docto. diuersi videantur. Sed vnum non omittam hic, quia etiam natus ex aliqua baronissa & aliquo villano legitimè, debet gaudere hac prærogatiua huius regulæ. faciat. cap. mouit. de iudi. & ibi dicit Io. Andr. & gloss. ibi Angel. in authen. de incest. nupt. col. iiij. & credo quòd non sit danda ista regula per ea quę dixi suprà regula proxim. camera tamen non curaret de ista solennitate, sed daret ad quæcunque quotcunque & qualiacunque etiam sine signatura. vt iam vidi in curia. Sed dicit gloss. & male. sed respondebunt mihi cum Iuuen. Quid enim saluis infamia nummis? dicam tamen ego quòd proficiat sibi quo ad corpus, sed non quo ad animam tam facienti quàm consentienti: & de graduatis hic intelligo etiam de baccalarijs in Hispania, qui etiam ibi reputantur graduati, licet non sit in iure gradus nisi doctoratus vel magisterij: sed ad hoc facit glossa l. j. C. de athle. libro decimo. maxime quia differunt à scholaribus: ergo sunt graduati, argumen. eorum quæ dicit Bartolus de nobilibus in d. l. j. de dig. lib. xij.

Baccalarij dicunt graduati.

REGVLA LI.

ITem voluit, statuit & ordinauit, quòd super obtinendis incōpatibilibus beneficijs in Theologia magistris & in iure Canonico vel Ciuili doct. & in illis cum rigore examinis ac eadem Theologia licentiatis aut formatis baccalarijs ac magnis nobilibus per fiat quinquennium, & addito vt petitur quoad vixerit ad duo incom-

patibilia. Alijs verò per fiat biennium, & addito vt petitur triennium ad duo, dummodo non sint duæ dignitates maiores post pontificales seu principales in collegiatis ecclesijs, aut duæ parochiales ecclesiæ, aut tales mixtim cum potestate permutandi si petatur.

Ista regula dicit, quòd quando petitur dispẽsatio quo ad duo incompatibilia, & Papa dicit simpliciter fiat, tunc graduatis hic expressis vel magnis nobilibus datur quinquennium in cancellaria: & si non sint graduati, tunc datur biennium: sed si signatura dicat, fiat vt petitur, graduatis & nobilibus datur quoad vixerint, aliàs verò ad trienniũ. Et hoc intelligitur dummodo non sint duæ dignitates post pontificalem, aut principales in collegiatis, vel duæ parochiales, aut tales mixtim, id est vna parochialis & vna dignitas maior post põtificalem &c. Et datur cum potestate permutandi, si petatur in supplicatione. Hoc dicit ista regula. Venit ad declarandũ notata in cap. de multa. de præben. ibi, circa sublimes & literatas personas &c. & qui sunt isti magni nobiles, dixi suprà regula proxima. Et non debemus excedere quo ad graduatos, terminos hic positos: ideo ista regula non debet extendi ad baccalarios in legibus, vel in iure canonico: quia si Papa voluisset expressisset. cap. ad audientiam. de deci. sed quando simpliciter dicitur de graduatis, secus esset, vt dicit suprà regula proxim. & ista clausula in fine posita ibi, dummodo &c. debet referri ad omnia præcedentia tam ad graduatos & nobiles quàm ad alios; quia clausula in fine

Regula ista non cõprehendit baccalarios in iure canonico vel ciuili.

ne

ne posita refertur ad omnia contenta in eadem dispositione. cap. inquisitioni. de app. fac. dic. Doct. in l. si seruus plurium. §. fin. & in l. talis scriptura. & quod in litera ibi not. ff. de leg. j. ideo per prædictam signaturam non dispensatur ad duas parochiales, nec ad dignitates post pontificalem &c. etiam cum magnis nobilibus, aut cum graduatis, per prædicta: & ita seruatur in curia. Item inquantum hic dicitur, quòd detur potestas permutandi si petatur in supplicatione, & non si petatur in cancel. & ponitur ista clausula propter cap. non potest. §. j. de præben. lib. vj. quia dispensatio ad duo incõpatibilia intelligitur de primis duobus &c. sufficiat l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sig. credo tamen quòd cum tali signatura camera transisset tempore Sixti bullas ad vitam in vtrisque hic expressis. & ratio est, quia de facili dispensabatur etiam cum stabularijs ad tria incompatibilia, ergo &c. arg. c. quòd ad translationem. de off. leg. & circa hoc nobiles & graduati habebant prærogatiuam verbotenus, & non cum effectu respectu aliorum. tẽpore tamen domini nostri Inn. nõ de facili dispẽsatur etiam cum nobili & gradua. & circa incompati. & arbitror quòd dubitabit hoc cancel. tamen seruat hanc regulã, & credo quòd non sit danda, quia concernit expeditio. bulla. & tamen habet decretum irritans, & est verum.

Facile dispẽsatur cũ stabularijs ad tria beneficia imcompatibilia.

REGVLA LII.

ITem voluit & ordinauit, quòd per quãcunque signaturam deinceps faciendam nulli cuiusuis dignitatis, status, gradus vel conditionis fuerit, detur dispensatio quòd

duas

duas parochiales ecclesias vel dignitates maiores post pontificales in cathedralibus seu principales in collegiatis ecclesijs, vel vnam cum reliqua ipsarum insimul retinere valeat, nisi ecclesiæ parochiales adeò contiguæ & inuicé propinquæ sint, quòd ipsis per vnum commodè deseruiri posit, illarúmque fructus &c. insimul vltra vigintiquatuor florenos auri de camera secundum communem æstimationé non valeant annuatim: & de hoc in literis dispensationum huiusmodi expressa mentio fiat, vel nisi super obtinendis duobus ex huiusmodi dignitatibus seu parochialibus eccesijs insimul pro magnis nobilibus magistris vel baccalarijs formatis in Theologia, aut doctoribus siue licentiatis in altero iurium, per verba dispensamus, de speciali sufficiens signatura habeatur. Et super ipsis parochialibus ecclesijs in huiusmodi signatura de parochialibus mentio fiat.

ISta regula quando dicit quòd per quamcunque signaturam amplius faciendam, nulli cuiusuis dignitatis, status, ordinis, vel conditionis existat: detur dispensatio ad duas parochiales vel duas dignitates maiores post pontificalem, vel principales in collegiatis vel mixtim: nisi ecclesiæ parochiales adeò contiguæ & exiguæ sint, quibus posset vnus commodè deseruire, & illarū fructus xxiiij. lib. &c. & quòd hoc expri

exprimatur in literis, nisi dispensatio fiat pro graduatis hic expressis, & pro magnis nobilibus per verba, dispēsamus de speciali: & de parochialibus fiat mētio: aliter si aliæ literæ expeditæ reperiātur, non valeāt: & idem vult seruari in prærogationibus dispensationum. hoc dicit. Et ista regula venit ad declarationē præcedētis: & ipsa se interrogat si benedicatur anima illius qui primo ordinauit: nam à principio dicit de quacunq; signatura, & etiam cuiuscunque dignitatis &c. postea dicit nisi pro graduatis hic expressis dicatur, dispensamus de speciali, & cōpetens signatura &c. & in hoc nō oportet altercari, quia iudicio meo credo quòd iudicabitur male ordinaria: & inquantum hic dicitur, cuiuscunque dignitatis &c. expono ista verba secundum quòd exponit Bart. in extrauag. ad reprimendū. §. ad hoc. de quibus dixi in tractatu Card. in xvij. q. & in trac. domini nostri quem sibi direxi. s. extrauag. pœnitentiam de futurꝰ concilio. & credo quòd hanc regulā non debeant transgredi etiam domini secretarij de Camera, quia si facerent contrarium, & supplicatio esset contraria, tunc annullarentur bullæ in Rota per hanc regulam, & esset sibi verecundia: tamen si Papa vult facere contrarium, potest de plenitudine potestatis, quam semper videtur sibi reseruare. cle. j. in fi. vt lite pendente. Ideo esset cautela, si Papa vult facere, quòd aut signetur ad longum prout hic dicitur: aut faciat expediri bullas sine supplicatione, & tunc non habebit locum ista regula, quia non reperio ius dicens quòd ad expeditionem bullarum requiratur supplicatio. facit cle. dudum. §. nos enim. de sepul. cum gl. ibi. faciat ad hoc quod dixi s. Itē qui sint isti nobiles, dixi superius in regula

Papa plenitudinem potestatis solet sibi reseruare.

l. & etiã de graduatis hic nõ debemus extẽdere ad alios graduatos per ea quæ dixi suprà regula proxima. Et ista regula est danda, licet cõcernat expeditionem literarũ, quia annullat: ergo ad cõmodum partis potest annullari bulla: ideo est danda. Et inquãtum hic dicitur, si sint adeo contiguæ parochiales &c. in hoc credo q episcopus potest dispẽsare sine Papa. sufficiat gl. xxj. q. j. in summa. & per aliquos Doc. in c. de multa. de præben. & faciat c. sanctorũ. lxx. di. & gl. in verb. à sede. in c. ij. de fi. pres. lib. vj. Nam licet dispensatio contra c. de multa. non potest fieri per alium quàm per Romanum pontificem, vt dicit glos. ibi. & in cap. dudum. ij. de elect. tamen in hoc casu credo quòd episcopus ob vtilitatẽ ecclesiæ posset hoc facere, ar. iuriũ suprædictorũ, quicquid in fi. sentiat gl. in. d. c. ij.

Episcopus dispensare potest super duab' ecclesijs parochialib' cõtiguis & tenuibus.

REGVLA LIII.

Item cum concessiones super gratijs dispensationum quarumcunq; quibusuis per ipsum dominum nostrum concessarũ vel concedendarum per regulas cancellariæ apostolicæ sint prouidè limitatæ, licet aliquãdo in petitionibus super huiusmodi cõcessionibus oblatis multa sint petita, ne quis prætextu talium concessionum in dispẽsatione tenere aut facere præsumat, ad quod concessiones huiusmodi se non extendũt, voluit idem dominus noster, quòd nulla talis dispensatio cuiquam suffragetur, antequàm super ea literæ apostolicæ sint confectæ.

Ista

ISta regula dicit in effectu, quòd nulla dispẽsatio debet alicui suffragari, nisi literæ desuper sint confectæ. hoc dicit. Et ponit magnum procemium: & credo quòd sic faciat etiã à principio ad extorquendas pecunias, tam pro officialibus, quàm etiã pro alijs: & hodie fit in curia ꝙ quivult gaudere dispẽsatione, soluit duas taxas, & ponit bullam in plumbo: & quia ibi dicũt expedita satis est sibi vt dixi superius sæpenumero, quia cũ plumbo dicitur bullata bulla, & expedita. c. licet. de crimi. fal. Sed est alia cautela in curia. Si vis quòd ista regula nõ obstet tibi: scilicet quòd facias expediri quomodocunq; volueris, & producas eius sumptũ in iudicio, & non originalem, vbi retro est quando fuit expedita, sed in sumpto non ponitur. Itẽ quòd expedias per Camerã si vis soluere vnã taxam vltra, vbi non ponitur quando fuit expedita: miror tamen de satrapis pecuniarum, quomodo non inueniunt modum ad tollendum has fraudes, scilicet quòd etiam illud quod est retro bullam, scilicet quando fuit expedita facerent etiam registrari. Hodie tamen isto officio solicitatorũ siue geniceroτũ bene constat, quãdo fuit expedita per librũ eorũ. Item etiam al's vidi cõstare per rescribẽdariũ & per alios cõputatores &c. Et hæc regula est danda, tum quia habet decretũ irritãs, tum etiã quia agitur de exbursandis pecunijs: & vidi etiã dari. Sed ponderãda sunt verba procemij hic, ex quibus colligiť ratio totius dispositionis. l. fi. ff. de hær. insti. & Bald. dicit in procemio C. ϛ. quibus. facit c. fi. xcix. dist. per quę verba apparet istã regulam habere locũ in his dispẽsationib. quę restringũtur per regulas cãcellariæ tantũ: secus de alijs quæ restringunť tantũ de iure cõmuni

Sumptum bullæ non continet tẽpus expeditiõis ipsius bullæ.

Dispensatus ad tria incõpatibilia: licet retineat illa etiam bullis dispensationũ nõ expeditis.

per verba proœmij huius, tamen cogitandũ est. Vnũ tamen succinctè dicã, ꝙ dispẽsatus ad tria incompatibilia, si illa detineat etiam bullis nõ expeditis, quòd non incidat in pœnam extrauagantis execrabilis, per verba ibi posita: & sic intellexi aliàs sententiatum in Rota, & quia causa pendet, taceo iura.

REGVLA LIIII.

ITem voluit, quòd petentibus secum dispensari ratione beneficiorum, quòd nõ teneantur se facere promoueri in Ro.cu. vel in studio per fiat septennium: aliàs vero detur quinquennium, dummodo infrà annum à tempore datæ dispensationis huiusmodi ad subdiaconatus ordinem sint promoti.

Hæc regula est partim secundũ ius partim contra ius.

ISta regula dicit, quòd si petatur dispensari cum aliquo habenti parochialem, vt non teneatur in Ro.cu. vel in studio promoueri: quòd si Papa dicit simpliciter, fiat, datur septennium. Sed si aliter sit signata supplicatio, tantum datur quinquennium, dummodo sit promotus infra annum ad subdiaconatus ordinem. hoc dicit. Et ista regula inquantum dicit de studio, idem dicit ius cõmune, scilicet quòd detur septẽnium per episcopum si vult, vt in c. cum ex eo. de elec. lib. vj. Sed inquantum dicit de curia Romana, hoc est contra ius commune quòd dispensetur: tamen Papa ex causa facit propter prærogatiuas curialium. Et inquantum hic dicitur ꝙ detur quinquẽniũ, si nõ sit signata supplicatio per fiat, debet intelligi quando signetur per concessum per illum cui Papa cõmisit, aliàs

aliàs nescio quãdo posset Papa facere minorẽ signaturã quàm per fiat. Itẽ ista clausula, dummodo infra annum promotionis &c. refertur ad totã dispositionẽ, ex quo ponitur in fine, vt dixi s. regula antecedẽti per cap. inquisitioni. de ap. & inquantũ hic dicitur à tempore dispensationis, hoc est cõtra ius cõmune, quia c. licet canon. de elec. lib. vj. requirit promotionẽ à tẽpore habitæ possessionis pacificæ. & sic vult c. cõmissa. eo. ti. & lib. & d. c. cũ ex eo. sed debet intelligi hoc dũmodo infra annum promotionis sit habita ista dispositio, & est gratia. Camera tamen hodie per quãcunq; signaturam, etiã per concessum daret ad septennium: quia ista regula non est danda, & non reciperet verecundiã, quia concernit expeditionem, & non annullat. Item quia verba dummodo &c. debent poni in bulla: & ita seruatur.

REGVLA LV.

ITem de fructibus in absentia percipiendis detur in Romana curia vel studio residendo, per quãcunque signaturam septennium, & alibi quinquennium.

ISta regula dicit, quòd per quãcunq; signaturam etiã lata ita fiat vt petitur, de fructibus percipiendis debet dari in Romana curia vel in studio residẽdo septennium, & alibi quinquẽnium tantũ. hoc dicit. Et est ratio huius regulæ in studio per septẽnium: quia licet de iure secundum veritatem deberet scholaris habere redditus beneficiorum suorum in studio, vt not. in c. licet. de præben. & in c. quibusdã. xxxvij. dist. vbi est glos. bona. & ibi latißimè Domi. & aliquid in cap. ij. de priuileg. li. vj. & idem in Ro-

mana curia vbi studetur in confirmatione fidei circa constantes: licet videant talia ex quibus deberent eã perdere: tamen quia in studio praesumitur quis doctus, si studuerit per septenniũ, maximè in iure canonico, vt dicit gl. in c. cum ex eo. de elec. lib. vj. ideo fuit iustum, quòd in ecclesia grauaretur seruitio: & etiam alij combeneficiati quòd daretur studio septennium, & in curia quinquennium, in qua posset quis bene instrui quo ad malitias: camera tamen per signaturam fiat vt petitur, daret etiam decennium, si sunt pecunię: sed cancellaria seruet hãc regulam: & ista regula non est danda, quia concernit expeditionem bullarũ & non annullat.

In curia Romana instruitur q̃s ĩ malitijs.

REGVLA LVI.

¶ De Indulgentijs.

ITem voluit quòd in literis indulgẽtiarum solum dentur festa per cãcellariam dari solita, & quòd duret per xx. annos nisi petatur pro vna die, tũc duret perpetuo.

REgula ista dicit, quòd si Papa cõcedat indulgentias alicui ecclesiae in certis festis, tunc debẽt inseri festa quae solent dari per cancellariam, & durabunt per xx. annos, & non plus: tamen si petantur pro vna die tantum in anno, tunc durabunt in perpetuum. hoc dicit. Et ratio dubitãdi de xx. annis potuit esse, quia beneficium principis latissimè est interpretandum. c. olim. de verb. sig. facit c. cum dilectus. de donat. & l. fi. ff. de consti. prin. & sic videbatur quòd per signaturam principis debeat concessio interpretari in perpetuum. facit c. decet concessum. de reg. iur. lib. vj. Sed in cõtrarium facit; quia istae indulgẽtiae sunt odiosae propter

quae

quæstores qui non quærunt cõmodum animarum, sed potius pecuniarum. facit c. cum ex eo. de pœ. & re. & cle. cum abusionibus. eo. tit. sed quando petitur indulgentia pro vna die tãtum in anno, debet durare perpetuo, id est, in sempiternum: nam hic ponitur perpetuum pro sempiterno, quia perpetuum habet finem multis modis, vt no. in l. j. ff. pro socio. & æternũ est quod semper fuit & est & erit vt deus, & sempiternũ quod habuit principium, sed nõ desinet, vt anima, Angelus, seruitus, vt dicit gl. notabilis in l. cum debere. ff. de serui. vrb. præd. & sic capitur hic perpetuum pro sempiterno, quousque finiatur mundus. Camera tamen in hoc extenderet vires vltra regulam iuxta signaturam Papæ. Et ista regula non est dãda, quia concernit tantum expeditionem literarum, & non ponit decretum irritans.

Quæstores indulgẽtiarũ nõ quærunt cõmodũ animarũ, sed pecuniarum.

Differẽtia inter æternũ & sempiternum.

REGVLA LVII.

ITem voluit quòd in literis indulgẽtiarum ponatur clausula, quòd si ecclesiæ seu capellę vel aliàs aliqua indulgentia fuerit per ipsum concessa, de qua inibi specialis mentio facta non est, huiusmodi literæ sint nullæ.

ISta regula dicit quòd si Papa concedat aliquam indulgentiam alicui ecclesiæ vel capellæ, debet poni in literis bullarũ: quòd si eisdem ecclesiæ vel capellæ aliqua alia indulgentia fuerit per ipsum concessa, quòd literæ prædictæ sint nullæ, nisi de ea aliqua specialis mẽtio facta sit in ista indulgentia. hoc dicit. Et ratio dubitandi potest esse, quia secundum

priuilegium non faciens mentionem priorum beneficiorum valet, vt not. gloss. in cap. j. de resti. & in alijs multis. Tamen Papa facit hoc propter deceptionem sibi factam, quia si sibi fuisset facta mētio de alia indulgentia, fortè istā non dedisset, saltem ita de facili. sufficiat cap. postulasti. de rescrip. Et notandum est istud verbum hic positum ibi, per ipsum cōcessa &c. Ex quo sequitur quòd si episcopus secundum cap. cum ex eo. de pœ. & re. concessit ibidem indulgentiam, vel alius pontifex Romanus, & etiam si ibi non fiat mentio de illa, non valet ista secūda per verba huius regulæ & iurium superius allegatorum. Ideo est cautela quòd à quolibet pontifice nouo petatur noua indulgentia, etiam non facta mentione alterius indulgentiæ cōcessæ ab alio pōtifice vel ab alijs pōtificib. Et ista non est de dandis, quia concernit expeditionē literarum, nec habet decretum irritās: quia ista clausula debet poni in literis. tamen si non poneretur, puta in camera, nō propterea esset nulla indulgentia prætextu huius regulæ.

Indulgentia à quolibet pontifice debet peti renouari.

REGVLA LVIII.

ITem voluit quòd literæ non expediantur super indulgentijs ad instar, nisi specificentur.

ISta regula dicit, quòd literæ non expediantur ad instar aliarum indulgentiarum, nisi illæ specificentur. hoc dicit. Et ratio dubitandi est, quia licet in vno instrumento vel in aliquo alio documento fiat mentio alterius instrumenti vel alterius priuilegij, tamen debet constare de illo. per authen. si quis in aliquo documento. C. de eden. tamen quando princeps facit mē

tio

tionem alterius instrumenti, vel alterius priuilegij, perinde est ac si totum illud insereretur ibi. casus est in c. si Romanorum. §. item si ideo. & ibi glos. xix. dist. & sic valet de iure, etiã si fiat mentio in genere de illo, vt ibi. ideo videbatur quòd si Papa dicit, cõcedimus tibi priuilegium indulgentiarum pro tali ecclesia ad instar alterius ecclesiæ, scilicet talis, tunc satis erat, licet non specificarentur. Tum quia Papa in his quæ sunt facti quotidie decipi potest, arg. c. j. de constit. lib. vj. mandat hic quòd debent literæ expediri nisi specificent. Camera tamẽ credo ꝙ expediret per prædicta iura: circa quæ faciat gl. & quod ibi dicũt Doct. circa hoc si licet quam idem facit talis litera faciens mentionẽ alterius priuilegij &c. & an debet ostendi primũ priuilegium. d. c. contra morem. & in c. vt veterum. ix. dist. & in c. abbate. de verb. sig. Et ista regula non est danda, quia concernit expeditionem literarũ, & non annullat. Et ex ista regula quæ loquitur in indulgentijs videtur esse contrariũ in alijs priuilegijs à contrario sensu, vt dicũt iura vulgaria. & facit ad hanc regulam tex. cum gl. in fi. c. j. de fid. instr. & quod dicit Bald. in c. j. de feudo guardiæ. in j. col. coll. x. quæ allegat glos. d. c. j. de fid. instr. in prærogatiuis ad instar satis est quòd fiat mẽtio in genere per prędicta, & sic fit hodie: tamen si reuocentur principalia priuilegia, an censetur reuocatum ad instar, dixi in regula x. & dixi quòd sic contra Bald. in l. priuilegia. C. de sacrosanct. eccles.

Papa in his q̃ sunt facti quotidie decipi potest.

Reuocato principio principali, an sit reuocatũ ad instar.

REGVLA LIX.

ITem voluit, quòd per fiat, si ecclesia cathedralis vel insignis collegiata aut so-

lenne monasterium fuerit, tres, alioquin duo anni & totidem quadragenæ: & per fiat vt petitur, cathedrali collegiatę vel monasterio quatuor, alijs tres anni detur: pro singulis verò diebus octauarum centũ dies apponantur, & pro capella fiat vnus, & per fiat vt petitur, duo anni conceduntur.

HAec regula dicit, quòd si petatur indulgentia à Papa, & ipse signet, fiat: quòd si sit ecclesia cathedralis vel insignis collegiata, aut solenne monasterium, tunc cãcellaria debet dare tres annos & totidem quadragenas: sed si nõ fuerit talis ecclesia, debet dare duos annos, & totidem quadragenas: si autem signet hoc modo, scilicet fiat vt petitur, tũc cathedrali vel collegiatæ aut solenni monasterio debent dari quatuor anni, alijs verò tres: & pro capella per fiat, vnus annus, & per fiat, vt petit, duo anni: & pro quolibet die octauarũ debẽt dari C. dies. h. d. & data est regula. Sed illud quod dicitur hic de quadragenis, debet intelligi, id est de xl. dieb. pro qualibet quadragena: & hoc habuit ortũ à c. cum ex eo. de pœn. & re. vbi conceditur Epõ quòd possit dare quadraginta dies in dedicatione ecclesiæ: & ideò Papa qui habet plenitudinem potestatis in hoc concedit annum vel duos, & totidem quadragenas, vt videatur differre ab ordinarijs. Et inquantum iste text. dicit in secundo responso de monasterio, debet intelligi de solenni, vt superius dicitur, quia omnia reguntur ab illo verbo dentur: ergo pariformiter debent intelligi, iuxta doctrinam Bart. in l. prætor ait. §. eritque differentia. ff. vi bono. rapt. Et illud quod dicitur de C. diebus, intel

Episcopi in dedicatione ecclesiarũ dant quadraginta dies indulgentiarum.

intelligo quo ad omnia hic cõprehensa etiam de capellis, per c. inquisitioni. de app. cum simi. & quid operentur istæ indulgentiæ, & quomodo debent concedi, & per quem. & de multiplici materia ipsarum, non est meum hic ponere: satis posui in materia Iubilei, quam direxi felicis recordationis domino Sixto. Camera tamẽ credo q; nõ seruaret hæc, imò daret in duplum si essent pecuniæ, cancellaria inde bene seruat. Et non est danda ista regula, quia cõcernit expeditionem, & non habet decretum irritans.

REGVLA LX.

¶ De Beneficijs vacantibus & certo modo vacaturis.

ITem voluit & ordinauit, quòd in gratijs beneficialibus de vacantibus aut certo modo vacaturis factis quibuslibet si plura petantur beneficia vnum cuiuscunq; annui valoris per simplicem signaturam & addita vt petitur, duo aut tria & non vltra petita beneficia veniant, dummodo etiam illorum fructus &c. vltra lx. in portatis, vel etiam librarum Turonen. paruorum communi æstimatione, siue tantundem in illa moneta non valeant annuatim.

ISta regula dicit, quòd si petantur multa beneficia in supplicatione vacantia, vel certo modo vacatura, scilicet per promotionem alicuius

&c.

&c.tunc ſi Papa ſignat hoc modo , ſcilicet fuit: tunc venit vnum beneficium cuiuſcunque valoris. Sed ſi ſignet ſic,ſcilicet,fiat vt petitur, tunc duo aut tria beneficia & nõ vltra veniunt:dummodo illorum fructus lx. flor.in abſentia,vel C. non valeant ſecundum communem æſti.h.d.Et ratio dubitandi fuit,quia ſi multa beneficia petuntur in ſupplicatione , tunc ſi Papa dicit fiat, videtur concedere omnia vendita, arg.c.inter dilectos. cum gloſ.de fid.inſtrumen.quia qualis fuit petitio, talis præſumitur reſponſio.l.j.§.ſi quis ita interrogetur.de verb.oblig. Tamen Papa vult reſtringere deceptiones curialium & cupiditates.Et illud quod dicitur hic de valore importatis lx. vel C.&c.intelligi poteſt duobus modis:vno modo referendo ſingula ſingulis,ſcilicet per fiat lx.& per fiat vt petitur centũ.Facit gloſ.de relatione ſingulorum ad ſingula,in c.ſi quis pecunia.lxxix.diſt.vel poteſt intelligi ꝙ iſta clauſula referatur tantũ ad proxima,ſcilicet quãdo dãtur duo vel tria per fiat vt petitur: quod patet ibi illorũ &c.& ſic relatio fit in plurali,& non debet intelligi de vno tantũ:& hoc patet.quia vnum intelligitur cuiuſcunque valoris : & tunc debet intelligi de lx.importatis,ſed de C.reſidendo. Sed certè primum poſſet ſaluari,quia valor beneficij non computatur in reſidendo,ſed in abſentia , vt vult in ſimili Oldr. conſil.cxviij.quod incipit, Ex virtute gratiæ. & facit gloſ.& quod ibi dicunt Doct.in c.j.de cler.non reſid.lib.vj.& deci.Rotæ cxxxiij.quę incipit,Item quando impetratur certum beneficium : & facit gloſ.& Doct.in cap.licet.de præbend. Et credo quòd hoc practicat cancellaria. Camera tamen daret indiſtinctè omnia petita, & malè tamen ſic ſolet fieri ; quia exprimitur

Qualis fuit petitio, talis debet eſſe reſponſio.

Valor beneficij non cõputatur in reſidendo,ſed in abſentia beneficij.

valor

valor omnium &c. & ista regula non est dãda, quia concernit expeditionem literarum, & non habet decretum irritans.

REGVLA LXI.

ITem voluit, quòd in gratijs quas personis quibusuis de beneficijs vacãtibus seu certo modo vacaturis fieri contigerit, illorum & aliorum quorumcunque beneficia quæ dictæ personæ tunc obtinuerunt, seu de quibus eis fuerit prouisum vel cõcessum aut mandatum prouideri, verus valor annuus per marchas argẽti aut sterlingorum, vel librarum Turonensium paruorum, seu florenos aut ducatos, vel vnciarũ auri, seu alterius monetæ valor secundum communem æstimationem exprimatur: nisi motu proprio gratiæ huiusmodi fiant: vel personæ prædictæ beneficia quæ tunc obtinuerunt, aut quibus vel ad quæ ius eis competit, iuxta ipsarum oblationes, vel aliàs dimittere teneãtur. alioquin præfatæ gratiæ sint nullæ. Et idem seruetur in expectatiuis de beneficijs obtentis, & in quibus seu ad quæ impetranti ius competit, & de illorum valore.

ISta regula dicit, quòd in gratijs factis de aliquibus beneficijs debet fieri expressa mentio & de valore istorum beneficiorum & aliorum quæ obtinent impetrantes: & ad quæ ius habent

Impetrans beneficium nō tenetur de iure exprimere valorē beneficij obtenti.

bent secundum communem æstimationem, aliàs dictæ gratiæ sint nullæ, nisi sit gratia facta motu proprio: aliàs impetrans teneatur dimittere beneficia quæ obtinet per oblationem suã, vel aliàs: & idem vult seruari in expectatiuis de beneficijs obtentis, & de his in quibus ius sibi cõpetit, & de illorũ valore. hoc dicit. Et ista regula est ꝓpter dispositionē iuris cõmunis, quia non cauetur iure, quòd impetrans teneatur facere mentionem valoris beneficiorum quæ obtinet, vt dicit glos. in verbo, vel alteri. post prin. in clem. j. de præbend. & tenet decisio Rotæ in nouis ccxc. quæ incipit, Item licet impetrans. Tamen ista regula orta ex regula Vrbani vj. quam refert ad literã supradicta decisio. & aliàs est in aliquibus libris in decis. sequenti, vbi recitatur quasi ad longum ista regula, & additur ibi fore in cõfirmationibus. pro qua facit glos. quam dicit bene notandam Domi. ibi in cap. si apostolicæ. de præbend. lib. vj. & quod dicitur hic de valore beneficij obtenti & obtinendi secundùm valorem marcharum sterlingorũ &c. debet intelligi secundum nationes, vbi sunt istę monetæ: tamen si Hispanus poneret istum valorem, & non malitiose, credo ꝙ sufficeret: quia satis est facere vel dicere illud quod facit vel dicit lex. l. j. §. penult. ff. de aleato. & de valore obtinendi etiam non reperio tantum nisi in extrauagan. Ioan. xxij. secundum taxationem decimæ, sed non secundum verum valorem. sed illa regula Vrbani hoc dicit: & est hoc propter mediam annatam, quando excedit xxiiij. libras beneficium &c. & quia hodie ista regula nõ seruatur, quia satis est quòd in clausulis ponatur illa clausula: & quòd obstante maximæ beneficiales oratoris habeantur pro expressis: ideò

non

non insisto in ea quo ad beneficia obtẽta. Nam in bulla ponitur illa clausula: quorum veros valores hic volumus habere pro expensis &c. sed quo ad obtinendum impetratum debet intelligi exceptis distributionibus quotidianis, vt dicit deci. Rotæ cxxx. quæ incipit, Item quando impetratur. & idem vult Ioan. Andr. de mortua. anniuer. in rubrica de conces. præbend. in addi. ad Specu. & mea deci. hoc refert. & de primis est consil. Oldr. cxviij. quod incipit, Virtute gratiæ: quod posui in tit. de verb. sign. Item circa obtenta non omittam de illo beneficio quod quis habet in stipendiũ & non in titulum, non tenetur quis facere mentionem: & hoc vult vna deci. in anti. ccxxxij. quam refert Milis in verbo gratiam beneficij impetrans: sed ego allego text. singul. quòd illud nõ dicitur propriè beneficium, & quòd clericus coniugatus potest illud retinere. in c. si qui sunt clerici. xxxij. distin. Item inquantum hic dicitur iuxta ipsarum oblationes &c. debent intelligi iuxta petitionẽ partis impetrantis quæ dicit in supplicatione, quòd offert se dum secundum tale beneficium per assecutionem istius &c. Ex quo sequitur, ꝙ si postea vellet dimittere illa vel aliud, quæ vel quod obtinebat, quòd non propterea valet gratia per verbum tunc, quod denotat tempus datæ impetrationis &c. c. si eo tempore. de rescri. lib. vj. facit glos. in clem. ij. de hære. in verbo exnunc. & quod dixi suprà in proœmio. Item ex hac regula ibi vel aliàs &c. sequitur ꝙ impetrans beneficium curatũ, licet non faceret mentionẽ valoris alterius curati quod obtinet, vel alterius incompatibilis, tamen quia vacat primum ipso iure, quòd nõ propterea vitiatur ista impetratio, ex quo primum dirimere tenetur secun

Beneficiũ quod datᷣ in stipẽdiũ potest clericus coniugatus tenere.

ſecundum hanc regulam,iuncto c. de multa. de præbend. Item iſta regula quo ad beneficiū impetratū bene eſt danda hodie, & data fuit tempore meo,quia habet decretum irritans,& etiã quo ad obtenta daretur,niſi in bulla poneretur illa clauſula,quam ſuperius dixi, ſcilicet,quorum veros valores &c. Sixtus tamen fecit vnã aliam regulam,quòd tenetur quis exprimere omnia beneficia & eorum valores quæ obtinebat tempore impetrationis, aliàs annullabat: ſed poſtea fuit caſſata ob cauſam. Item ex prædictis etiam ſequitur quòd de penſione quam quis non habet in titulum ab eccleſia, non tenetur quis etiam facere mentionem valoris nec ipſius penſionis. facit quod dicit Ioan. Andr. in cap. poſtulaſti. & in c. ad audientiam. de reſcri. & Domi. in c. ſi pauper. de præben. lib. vj. aliàs ſic facit gloſ. in clem. ij. in verbo, quodcunque. de vita & honeſt. cler. ſed quia hodie quælibet penſio ſuccedit loco beneficij, quia eſt ad vitam recipientis: ideò credo quòd teneatur impetrans facere mentionem de ea.

REGVLA LXII.

ITem voluit & ordinauit quòd quando prouidet ſeu mandat prouideri alicui de beneficio eccleſiaſtico vacãte, tunc dari poterunt clauſulæ, ſi petantur, etiam ſi illud quouis modo &c. ſeu per conſtitutionem execrabilis vacet, ac ſpecialiter reſeruatum inter alios litigioſum ſit, & eius collatio deuoluta fuerit: & ſi pro collitigante vel ſubrogationem aut ſi neutri vel ſi nulli &c.

peten

petente si tunc specificè lis exprimatur, nec detur aliqua generalis reseruatio dispositiuè, nisi desuper in concessione specialis & expressè, ac purè, & non sub conditione mentio fiat, & tunc reliquæ reseruationes inibi cõtentæ veniãt. Si verò tempore expeditionis inde literarum, generalis reseruatio huiusmodi probari nõ possit, aut in nouis prouisionibus, aut pro collitigãtibus, si neutri &c. sit expressum, quòd ab aliquibus asseritur illum cuius beneficiũ conceditur collectorem, subcollectorem, abbreuiatorem, vel familiarẽ &c. fuisse, clausula apponatur, etiam si dictũ beneficium ex eo quòd tot talis collector, vel subcollector, abbreuiator, vel familiaris &c. fuit, dispositioni Apostolicæ generaliter reseruatum existit, dummodo non sit in eo alicui specialiter ius quæsitum. In reliquis verò nulla clausula detur, vnde reseruatio generalis elici possit, nisi desuper signatura per duplex fiat signata sit, aut per reformationem, vel alias specialiter habeatur.

ISta regula dicit, quòd quando Papa mandat alicui prouideri, vel ipse prouidet de aliquo beneficio, quòd si in supplicatione petatur, quod conferatur quouis modo vacet siue per constitutionẽ execrabilis, etiã si alias reseruatũ sit, vel inter alios sit litigiosum: & si sit etiã deuoluta collatio ad sedem Apostolicã omnes clausulæ

dentur. Itē si petatur surrogatio pro collitigante, vel si petatur gratia si neutri vel si nulli, tūc detur, si hoc specificè petatur. Itē quòd per clausulas prædictas positas in supplicatione nō detur aliqua generalis reseruatio dispositiuè scilicet, ꝙ Papa prouidet impetranti de beneficio vacāti in curia &c. nisi fiat expressa mentio de tali reseruatione, & nō sub cōditione sed purè: & tunc detur generalis reseruatio expressa: & etiā hoc casu aliæ reseruationes cōtentæ prout superius est dictū veniūt, etiā si petātur sub cōditione. Itē dicit ꝙ si tēpore expeditionis bullarū nō possit generalis reseruatio huiusmodi probari, tūc nō debet dari clausula per quā generalis reseruatio elici possit, nisi exprimatur in nouis prouisionibus, vel gratia si neutri vel si nulli pro collitigantibus, quòd ab aliquibus asseritur illū cuius beneficiū cōceditur collectorem, vel subcollectorē vel familiarē Papæ, vel cardinalis fuerit: quia tūc debet poni clausula etiam si dictū beneficiū, ex eo quòd talis collector vel subcollector, abbreuiator vel familiaris cardinalis fuerit, dispositioni Apostolicæ generaliter reseruatū extat, dūmodo alicui nō sit specialiter ius quæsitū. Item ꝙ prædicta regula est vera nisi desuper signatura per duplex fiat sit signata vel per reformationē vel aliter specialiter cōcedatur. Hoc dicit notāter ista regula quæ docet te facere supplicationes pro beneficio vacāti, siue per nouā ꝓuisionē, siue per surrogationē, siue per gratiā si neutri aut si nulli: & declarat tibi verba posita in supplicatione. Itē dat modū faciēdi minutā super tali supplicatione. Itē declarat tibi quæ est generalis reseruatio melius q̄ decis. Rotæ, & melius q̄ Io. Mil. & melius q̄ ceteri Doct. Et colligitur hic

Nota modū faciēdi supplicationes pro beneficio vacāti &c.

vna

vna regula, scilicet q̄ gn̄alis reseruatio dispositiuè nunq̄ debet dari in bulla, nisi in casib⁹ hic expressis, & in hoc est hodie differētia inter speciale & gn̄alē reseruationē, aliàs quo ad ꝑmissionē Papæ q̄ ad eū solum pertineat, & nō ad aliū inferiorē, nulla est differētia inter specialē & gn̄alē vt dixi s̄. in secūda regula. sufficiat c. si eo tempore. de elec. lib. v. sed est differētia in hoc, q̄ etiā si verba omnia hic posita narrarentur in aliqua bulla, tamē nō ꝓpterea diceretur venire generalis reseruatio, vt hic. Itē colligit̄ hic alia regula, q̄ etiā beneficia officialiū sedis Apostolicæ: videlicet collectorū vel subcollectorū, abbreuiatorū, itē familiarium Papæ vel cardinaliū sunt gn̄aliter reseruata. Itē colligitur tertia regula hic, q̄ etiā si exprimatur modus vacādi per cōstitutionē execrabilis, vel per deuolutionē cū clausula quouis alio modo vacet: tunc nō venit aliqua gn̄alis reseruatio: sed si exprimitur gn̄alis & ꝓbat̄, tūc etiā si aliquo mod⁹ vacet, vel bn̄ficiū sit reseruatū, venit si exprimit̄, vt s̄. aliàs nō vt hic, & ista subiūgam & declarabo: & primò pōderò verbū ibi, q̄ qn̄ prouidet &c. ex quo apparet, q̄ est differētia inter ꝓuisionē & nouā prouisionē, quia prouisio est simplex de beneficio vacāti de iure & de facto, & noua ꝓuisio præsupponit aliū titulū, & est differētia q̄ ad ī. dicēda & ex verbis ī. positis ibi, etiā si illud quouis modo &c. vsq; ibi, & si pro collitigāte &c. colligitur forma supplicationis: quia quotidie dicimus in supplicationibus expresso vno modo vacandi subiungimus, siue promisso, siue alio quouis modo &c. vacet, aut per constitutionem execrabilis, & aliàs generaliter vel specialiter reseruatum affectum deuolutum litigiosum cuius litis statutum &c.

Prouisio & noua prouisio differunt.

exemplificat. & an beneficium litigiosum inter alios potest impetrari, dixi superius in regula de surrogatione, & plenius per gloss. & text. & Doctor. in cap. j. & ij. vt lite penden. lib. vj. Item ibi, & si pro litigante &c. vsque ibi, nec detur, est ponderandum: quia si petitur surrogatio vel gratia si neutri, vel si nulli, non debet dari nisi collitigãti: & debet hoc specificari. Ego tamen vidi dari gratiã si nulli alteri tertio non litiganti qui narrabat lite fore inter talem & talem, & cõmittebatur auditori, quòd si neutri litigantiũ vel nulli competeret ius in beneficio ꝙ conferret alteri tertio. Et de hoc non est mirandum, quia si non tollitur ius quæsitum alteri litigantium, non facit sibi iniuriam qui vtitur iure suo. c. cũ ecclesia. de elect. Item põdero mihi verba hic ibi, nec detur aliqua generalis reseruatio dispositiuè, nisi desuper in cõcessione specialis & expressa ac purè & nõ sub cõditione &c. & pono exemplũ; quia debet dici in supplicatione ꝙ petitur talẽ beneficium quod vacauit per obitũ talis familiaris Papæ &c. & tunc debet fieri bulla dispositiuè dicẽdo, prouidemus tibi de tali beneficio vacãti per obitũ talis familiaris nostri cuius beneficiũ generaliter per nostrã cõstitutionẽ reseruauimus &c. & non debet dici, si vacat per obitũ talis &c. quia vacat vt dicitur &c. & intelligo verba expressa quãdo specificãtur in specie & non sub genere, vt vult gl. in c. si episcopus. de præb. lib. vj. quã ibi not. Domin. & gl. in c. inquisitores. de hęr. eo. lib. Itẽ expono purè, id est simpliciter sine plica, ita quòd dicatur ꝙ vacat per mortẽ talis, & nõ dicatur ꝙ vacat, vt dicitur, vel vt asseritur &c. facit gl. not. iuncto tex. in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de ver. obl. quam ibi

ibi not. Bar. & infert ex ea aliud bonũ dictũ. & facit gl. iuncto text. quã ibi not. Domi. & refert ad aliud in c. qui episcopus. xxiij. dist. & gl. in verbo simpliciter. in cle. sæpe. de verb. sign. Et per hæc verba videtur colligi illa regula quam dixi s. ꝙ nulla generalis reseruatio debet dari nisi specificetur. Vnde si vnus dicat ꝙ vacat beneficiũ per obitũ vnius in curia & non sit verum: tamẽ si poneretur ibi alia reseruatio, quæ sit vera sed non est generalis, non veniret per hãc regulã, quia debet esse pura &c. Itẽ nota in §. si verò. ibi, collectorem &c. & ibi, dispositioni Apostolicæ generalẽ reseruationẽ &c. quia hic colligitur quomodo abbreuiator debet se habere in bulla: & quæ verba debet dicere in similibus casibus. ¶ Itẽ colligitur ꝙ beneficia officialium sunt generaliter reseruata: & ratio est, quia licet reseruatio sit inducta per regulam cancellariæ, tamẽ quia in ea dicitur quòd generaliter Papa reseruat, tunc illud verbũ generaliter inducit reseruationẽ generalẽ: & sic decis. Rotæ cccxxxiij. quæ incipit, Item si mandetur mihi prouideri. quæ dicit ꝙ specialis reseruatio dicitur inducta per regulas cancellariæ, & generalis per extrauag. ad regimen &c. nõ bene dicit salua correctione: quia si regula cancellariæ dicit ꝙ generaliter reseruauit &c. & tunc est generalis: aliàs habet locũ decisio si simpliciter loquitur: vel dicat quòd specialiter reseruauit. Sed vnũ dico hic ꝙ in iure cõmuni nõ reperitur cautũ, ꝙ de generali reseruatiõe debet fieri mentio, quia satis est ꝙ pertineat collatio ad Papã. tamẽ à regulis cãcellariæ est introductum, quòd generalis reseruatio nõ veniat nisi exprimatur. hoc sentit illa decisio: & sic ista regula declarat melius q̃ decis. supradicta, quid

Beneficia officialiũ sunt Papæ reseruata.

Reseruatio generalis non venit ĩ rescripto Papæ nisi exprimatur.

ſit reſeruatio generalis. Nec Io. de Milis in verbo reſeruatio, ſciuit hoc tãgere, nec Dominic. in c. fi. §. in præbẽ. de cõſuet. lib. vj. de quo aliquid dixi ſuperius in regula j. & in ij. nã iſtę reſeruationes hic expreſſæ nõ ſunt generales in corpore iuris clauſę: in quo iure nõ eſt niſi vnica, ſcilicet quãdo vacat in curia, vel infra duas dietas. c. ij. & c. pręſenti. de præb. lib. vj. nec in extrauagãti ad regimẽ: quia illa cõſtitutio expirauit per obitũ Benedicti Papæ per finem illius, vt dixi in regula prima: ergo ſequitur ꝙ iſtæ reſeruationes ſunt generales inductæ per regulas cãcellariæ quãdo in eis dicitur ꝙ generaliter Papa reſeruat &c. Item põderanda ſunt verba hic ibi, niſi deſuper ſignatura per duplex fiat &c. & vult dicere iſta regula, quòd in corpore ſupra petat, & Papa dicat fiat. & in clauſulis infrà poſitis etiã petatur, & Papa ibi dicat fiat. & ratio eſt, quia iuſſus binus principis habetur pro motu proprio vel pro certa ſciẽtia. l. nec dãnoſa. & ibi Bal. C. de preci. impe. offe. & ex hoc oritur practica, quia dicimus in ſupplicatione, & aliàs generaliter vel ſpecialiter reſeruat &c. & poſtea in clauſulis ponimus & cũ clauſula generalẽ reſeruatione importan. &c. & nõ debet in expeditione expreſſari, vt ſuprà in hac regula dicitur: & quotiẽs poſui illã clauſulam, & nõ intellexi; Deus nouit: ideo aperiat oculos, & intelligat curialis. Item quòd dicitur hic per duplex fiat, idẽ intelligas de duplici ſignatura per conceſſum: id eſt per illũ cui Papa commiſit ſignaturam, arg. l. item eorum. §. ij. ff. quod cuiuſq; vni. & ita practicat cãcellaria: & pondero hic quòd reformatio & ſignatura in clauſulis æquiparantur. Nec obſtat gl. in ſimili in c. ſuam. de appel. & in l. ſi conuenerit. la. j. ff. de.

Duplex iuſsio habetur pro motu proprio Papę.

ff. de pign. actio. & ista regula esset danda, licet concernat expeditionem quæ valet ad intellectum generalis reseruationis: nescio tamen si daretur hodie, quia non memini me vidisse.

REGVLA LXIII.

ITem voluit, q; super beneficijs ecclesiasticis de qualitatibus illorum, videlicet an dignitates, personatus, vel officia sint, eisq; cura immineat animarũ, & ad illa cõsueuerint, qui per electioné assumi, mentio fiat: aliàs gratiæ desuper factæ sint nullæ: & si qualitates huiusmodi affirmatiuæ seu conditionaliter nõ exprimãtur, negatiua desuper expreſsio fiat ĩ beneficijs quę tales qualitates, vel ex eis aliquas cõsueuerint habere.

De qualitatibus in impetrationibus exprimẽdis.

ISta regula dicit, quòd impetrans beneficium debet facere mentionem de qualitate ipsius, an sit dignitas personatus vel officium, & an illi immineat cura animarum, & an consueuit quis per electionem assumi: aliàs non valet gratia. Et si prædictæ qualitates non exprimantur saltem conditionaliter, tunc abbreuiatores debent dare negatiuè, puta dicendo quòd non est dignitas electiua nec personatus aut officium cui cura immineat animarum. hoc dicit. Sed ego dubito in ista regula. quia ex quo primò dicitur quòd gratia sit nulla: quare mandat postea quòd ponatur negatiue? Respondeo quòd aliquando ex inaduertentia nõ ponitur, & tunc gratia est nulla: si probetur quòd qualitas aliqua de hic expreſsis sibi inhæret: vel si fortè expeditur per cameram, tunc non exprimeretur negatiuè, vt hic dicitur, sed simplici-

ter concederetur,ergo &c. Ratio huius regulæ in aliquibus qualitatibus hic expresſsis fundatur iure cõmuni,quia ſi dignitas eſt curata debet fieri mentio de ea,aliàs gratia eſt ſubreptitia. Idem ſi ſit electiua,vt in cle.j.de præbend. & c.cum in illis.eod.tit.lib.vj.ſed quòd exprimatur quòd ſit dignitas vel perſonatus aut officium,non cauetur iure : quia ſatis eſt quòd exprimatur quòd reputatur dignitas,cũ iſta tria ſunt ſinonyma, & ſignificant idem, vt dicunt Doct.in c.de multa.de præbend.& in cap.j.de cõſuet.lib.vj.ideo in ſupplicatione debet poni quòd eſt dignitas,vel perſonatus,aut officium reputatur. Camera tamen vt intellexi tempore Sixti expediuit bullas mediante oculo caligãte ſuper dignitate cui cura imminet animarum vt electiua &c.licet in ſupplicatione nihil de hoc caueretur. Sed audiui poſtea quòd fuit conceſſum quòd ſecundum tenorẽ ſupplicationis corrigeretur bulla:& cãcellaria noluit hoc corrigere,quia trãſiuerat per camerã. Nam ex quo Papa appoſuit manus,ipſa cãcellaria non ſe poteſt intromittere. c.vt noſtrum.de ap.ſed in rei veritate non erraſſent domini de cancellaria,ſi vigore mãdati Papæ correxiſſent:quia tunc ipſe Papa facit,& non ipſi,per iura vulgaria:tamen quia in illo mandato nõ fiebat mentio de cancellaria,fortè ipſi intellexerunt quòd corrigeretur per camerã:neſcio an camera voluerit corrigere errores ſuos. Ideo eſt cautela quòd quando bulla tranſiuit per cameram ponatur in mandato quòd corrigatur &c.per cancellariam per ſupradicta:& tunc non eſſet dubium niſi de ſtylo ignorantium. Et iſta regula eſt danda,licet concernat expeditionẽ principaliter,quia habet decretum irritans:& cam vidi

Papa ex quo manũ appoſuit ad beneficium,cancellaria nõ debet ſe intromittere.

vidi produci. Sed dubitari vidi an haberet locum in prouisione facta motu proprio : & fortè propter decretum irritans potest dici quòd sic, quia non loquitur in impetranti. Sed dicit regula quòd super beneficijs &c. mentio fiat &c. ad hoc faciunt glos. in cle. literas. in verb. directas. de præben. & in cle. si Romanns. eo. tit. in verbo validat. deci. Rot. cxj. quæ incipit, Itē licet motus proprius. Vidi tamen in cancellaria altercari, si propter istam clausulam quæ ponitur in fine clausularum, scilicet quòd maior specificatio in confectione literarum fieri possit : cancellaria possit istas qualitates non expressas in supplicatione exprimere in bulla. Et fuit mihi responsum quòd vna qualitas tantū posset exprimi, sed omnes simul non: & nihil mihi fuit allegatū, sed quòd stylus ita se habet. & satis est ad hoc per c. quàm graui. de crimine falsi. & c. ex literis. de constit. Camera tamē omnes qualitates illas daret cum illa clausula maximè tempore Sixti.

REGVLA LXIIII.

ITem voluit, quòd si reseruaretur beneficium per contractum matrimonij, non dentur alij modi vacationū de futuro, nec censeatur beneficium reseruatum generaliter vel affectum, nisi sequatur matrimonium. Sed in beneficijs per promotionem vel assecutionem vacaturis, ponatur clausula, cum beneficia huiusmodi præmisso vel alio quouis modo &c. præterquàm per obitum obtinentis vacare cōtigerit, etiam si vacent &c.

ISta regula dicit quòd si beneficium alicuius reseruetur per contractum matrimonij ipsius, tunc in bulla non debet dari alius modus vacationis de futuro, nec censetur illud beneficium specialiter reseruatum nec affectum, nisi sequatur matrimonium. sed si reseruatur beneficium alicuius per eius promotionem vel assecutionem alterius beneficij, tunc abbreuiatores debent ponere, cum beneficium huiusmodi præmisso vel alio quouis modo (præterquam per obitum obtinentis vacare contigerit, etiam si vacet ad præsens, & per constitutionem execrabilis &c. hoc dicit. & quo ad primam partem videbatur quòd illud beneficium semel reseruatum vel affectum semper maneret reseruatum specialiter vel effectum per decisionem Rotæ, quæ hoc dicit. de qua dixi superius sæpenumero: sed hic deciditur contrarium: quia fortè impetrans malitiose fecit vt esset semper reseruatum: ideo &c. ¶ Sed vidi dubitari, quia Sixtus prouidit vni de beneficio quod exprimebatur vacare per contractum matrimonij Titij, & antequam contraheret mortuus est Papa, & antequam Innoc. promoueretur, mortuus est Titius, vel resignauit. an beneficium illud dicatur reseruatum? & certe potest dici quòd sic, quia ista regula mortua fuit cum Sixto, vt suprà in proœmio dicitur, ergo &c. Sed certè posset dici quòd non, quia licet ista regula sit sublata, tamen Papa maior est, iuxta ea quæ notantur in cap. nouit. de iudi. & ideo non esset magnum tenere quòd non sit reseruatum. & propterea dixi aliàs propter hanc rationem subintellectam quòd si Papa reseruasset motu proprio per contractum matrimonij, tūc etiam semper maneret affectum, ex quo constat de inten-

Quæstio.

tione

tione Papæ. facit dicta decis. Rotæ & rationes ibidem allegatæ. In secundo tamen casu crederem quòd maneret affectum beneficium, licet non sequatur promotio &c. quia si non exprimitur, nisi per cõtractum matrimonij, ergo per locũ à speciali, contrarium est regulare. c. præsenti. §. loca. de præbẽ. lib. vj. verum est tamen quòd impetrãti non debebitur si vacauerit per obitũ, vt hic dicitur: sed manet affectũ & reseruatum specialiter: quia si contrarium voluisset Papa, expresßisset sicut in primo casu. cap. ad audientiam. de deci. Et credo quòd quo ad primam partem, scilicet quòd non manet affectum &c. ista regula sit danda, licet concernat expeditionem inquantum dat regulam vltra expeditionem, quòd non moueat affectum &c. Credo tamen quòd in primo casu camera daret etiam clausulam, quouis alio modo vacauerit &c. etiam temporibus istis.

REGVLA LXV.

ITem voluit, quòd si petatur aliquem in religiosum recipi, ac sibi de quouis ecclesiastico beneficio prouideri, per simplicem signaturam fiat receptio huiusmodi duntaxat, & detur adiectio si petens sit idoneus, vel aliud canonicum non obsistat: & exprimitur si certus numerus regulariũ sit ibidem, cui etiã non derogetur nisi expresse cõcedatur: & si numerus ipse non existat ponatur, dummodo locus receptionis huiusmodi nimium propterea nõ grauetur.

ISta regula dicit, quòd si vnus petat se recipi in religiosum alicuius monasterij vel eccle

siæ

ſiæ regularis, & ſibi de quouis eccleſiaſtico beneficio prouideri, tūc ſi Papa ſimpliciter ſignet videlicet fiat, tantum debet ſibi dari receptio, & debet addi clauſula, ſcilicet ſi petens ſit idoneus, & aliud canonicum non obſiſtat. Item debet exprimere ſupplicans an certus numerus regularium ſit ibidem: & tunc etiam non derogetur niſi expreſſe dicat Papa in ſignatura: & ſi non ſit certus numerus, tunc debet poni clauſula, dummodo locus receptionis huiuſmodi nimium propterea non grauetur. hoc dicit. Hæc regula venit ad declarationem notatorum per gloſ. & doc. in c. quòd Dei timorem. de ſtatu regul. & eſt deciſio Rotæ, ſcilicet an regularis poteſt habere beneficium ſeculare ſine diſpenſatione: & quis poteſt ſecum diſpenſare quo ad hoc vt habeat beneficia ſimplicia vel curata, & ad tollendum iſtas ambitiones dicit Papa, quòd ſi vnus petit quòd recipiatur in religioſum, & quòd poſsit ſibi prouideri de quocunq; beneficio ſeculari vel regulari, quòd per ſimplicem ſignaturam tantum detur ſibi quòd recipiatur in regularem &c. ad tollendum ambitiones: quia ſi fortè iſte velit intrare religionem, & velit gaudere vtroque lumine non petit iuſta: verum eſt tamen quòd cum tali vouente intrare religionem poteſt Papa diſpenſare quòd non completo voto habeat parochialem eccleſiam, vt dicit gloſ. ſing. quam Abb. neſcit alibi in d. c. quòd Dei timorem. Sed ad tollendum hoc dubium, an videretur Papa diſpenſare dando ſibi licentiam quòd poſſet habere beneficium curatum vt non intraret, dicit iſta regula quòd tantum detur ſibi per ſimplicem ſignaturā, vt poſſit intrare religionem &c. & quod dicitur hic de clauſula, ſi ſit idoneus &c. Iſta clauſula ſemper

Regularis an poſsit habere beneficiū ſeculare.

per

per intelligũtur: quia iura loquẽtia de personis intelligitur de personis idoneis & non de alijs. l. vt gradatim. §. j. ff. de mu. & ho. & glos. in l. j. C. de sacrosan. eccl. & c. eunuchus. lv. distin. tamen quia quilibet præsumitur idoneus nisi probetur contrariũ: c. j. de seru. & c. fi. de pręsump. ideo ponitur ista clausula vt examinetur iste talis: & committitur principali prælato monasterij, vel alteri canonico ecclesiæ cathedralis secundum statutum de rescrip. lib. vj. Et ista regula est danda, quia concernit expeditionem literarum & non ponit decretũ irritans: & credo quòd camera per simplicẽ signaturã concederet etiam receptionẽ & quòd haberet beneficia secularia vel regularia, quia ista regula est cancellariæ & non extenditur ad camerã vt sæpe dixi s. & addendum est & male. Item quo ad secundam partem de derogatione numeri &c. tangit quod not. in c. cum accessissent. de cõst. & c. dilecto. de præben. quando ecclesia vel monasterium habet certũ numerũ, & non creuerũt facultates, quòd ad solum Papam pertinet derogare numero: & quando non est certus numerus, ipse potest cogere quòd recipiatur vnus vltra numerum &c. tamen Papa in hoc non vult facere præiudicium alicui. l. j. §. si quis à principe. ff. ne quid in loco publico.

Ad Papam solum spectat derogare numero religiosorum.

REGVLA LXVI.

ITem si regularis petat sibi de beneficio ab aliquo monasterio aut alio regulari loco dependente prouideri, & apparet ex huiusmodi petitione quòd alterius monasterij vel loci religiosus sit, licet inibi trãslatio non petatur, nihilominus illa venit.

Ista

ISta regula dicit quòd si vnus regularis petat sibi de aliquo beneficio prouideri quod dependet ab alio monasterio vel alio regulari loco: & ex narratione apparet quòd iste impetrãs sit alterius monasterij vel loci religiosi: quòd etiam si non petatur, translatio tamẽ venit per simplicem signaturam. h. d. Et intelligo istã regulam quando impetrans est eiusdem ordinis, quia aliàs credo quòd non veniret, arg. cap. in noua actione. xvj. q. vij. & cap. cum causam. de elect. & cle. j. eo. tit. & ad hoc facit in simili decis. ccclvj. quæ incipit, Item si in commissione impetrata: vbi dicitur, quòd si vnus petat causam temporalem committi simpliciter & de plano, & nihil est cancellatum. sed signatura dicat audiat talis & iustitiam faciat, quòd per istam signaturam non potest iste procedere simpliciter & de plano: quia de commissione simpliciter & de plano requiritur specialis cõmissio, vt dicit glos. in verbo committimus. in clem. sæpe. de verb. sig. ergo requiritur specialis signatura: & sic videretur quando vnus regularis alterius habitus & professionis, id est ordinis, peteret beneficiũ alterius ordinis &c. quia tunc per signaturam simplicem nõ videretur facta mutatio vel translatio religionis vel habitus etiam si in corpore peteretur per prædicta iura: & sic audio quòd practicat cãcellaria: camera tamen quæ est mater pecuniarum, etiam si esset frater de obseruantia sancti Francisci, per talem simplicem signaturam daret habitus mutationem, & etiam religionis translationẽ: & pro hac decisione sic intellecta vt dixi facit decis. lxxvj. quæ incipit, Item si petatur committi causam. & decisio lxxvj. quæ incipit, Item si petatur committi causam. & decis. cccxlj. quæ incipit,

Camera apostolica dicitur mater pecuniarum.

Item

Item si committatur causa. Et ista regula licet concernit etiam expeditionem vt cancellaria det etiam translationem, tamen quia etiam concernit iustitiam, esset danda: ideo si cancellaria omitteret translationem, tamen quia venit per simplicem signaturam, potest illa regula dari. & quòd loquat̃ ista regula de regulari eiusdem ordinis, patet ibi, alterius monasterij vel loci sit &c.

REGVLA LXVII.

ITem quòd in literis super beneficijs per constitutionem execrabilis vacantibus ponatur clausula, si est ita. similiter de quibuscunq; narratis informationem facti requirentibus.

ISta regula dicit quòd si petatur beneficium vacans per constitutionem execrabilis: vel narretur aliquid quod requirat informationem facti, tũc debet poni in bulla clausula, si est ita: hoc est quod dicit ista regula: & est iusta & bona, tamen de iure hoc est etiam si non ponãtur ista verba: quia semper intelligit̃ ista clausula, si preces veritate nitãtur. c. ij. de rescrip. l. vniuersa. C. de preci. impera. offe. & etiã clausula ista, si ita est, semper intelligitur, vt dicit gl. in d. cap. ij. tamen ponitur expresse in hac regula propter simplices animos dubitantes. cap. j. de noua forma fidel. collat. x. & l. ij. C. de indi. vidui. tol. Item etiam est iustũ quòd ponatur, quia conditio quæ inest etiam de iure non facit cõtractum conditionalẽ si non exprimat̃. l. cõditionis. ff. de cõd. & dem. & not. in c. significasti. de elec. ideo mandatur poni hic: & hæc regu

In rescripto apostolico semp subintelligi debẽt ỹba illa, si preces veritate nitantur.

regula non est danda, quia concernit expeditionem literarum, & non habet decretum irritans. Vnde credo quòd etiam si non poneretur ista clausula, si est ita, quòd non propterea vitiaretur bulla per prædicta iura, nec esset rescribenda. Tamen audiui quòd vnus nouus abbreuiator, qui omisit ponere, fuit condemnatus ad resarciendum expensas impetranti, & quòd faceret bullam rescribi suis expensis secundum constitutiouem cancellariæ, & bene: sed ille misit ad cameram & transiuit bulla ibi, & soluit aliquid abbreuiator sibi.

REGVLA LXVIII.

ITem petenti sibi prouideri de vacaturo dentur literæ etiam de vacante & econuerso, prout expedierit impetranti.

REgula ista dicit, quòd si vnus petit sibi prouideri de beneficio vacaturo, potest cancellaria dare sibi clausulam quòd prouideretur sibi de beneficio illo cum vacauerit per contractum matrimonij, vel si vacat ad præsens vel econuerso, id est si petit quis prouideri de beneficio vacante per contractum matrimonij Titij, debet etiã poni clausula, vel cum vacauerit per contractum matrimonij Titij &c. prout voluerit impetrãs. hoc dicit. & ista regula potest intelligi duobus modis: vno modo prout dixi, & alio modo quòd loquatur regula de impetrãte tantum beneficium vacaturum, quòd tũc ponatur clausula, vel si vacat ad præsens. vel quòd primò ponatur clausula, si vacat ad præsens: & postea addatur, vel si vacauerit per eũdem modum expressum. & non debet intelligi quòd si ego impetro beneficium vacans per mortem alicuius, quòd ponatur clausula, vel cum vacauerit

uerit per obitum ipsius &c. nam ista regula loquitur de legitima impetratione permissa à iure, vel secundũ stylum, & non de prohibita per ius, vt in hoc casu. faciat in simili glos. in l. j. C. de sacrosan. eccles. & l. vt gradatim. ff. de mu. & ho. nam alias esset derisio & esset votum captandæ mortis illius contra. c. ij. de cõcess. præbend. lib. vj. cum similibus. Et si impetro beneficium vacaturũ per assecutionẽ vel per promotionẽ, tũc bene posset poni clausula, si vacat ad præsens etiam per obitum illius per hanc regulam, sed non per obitum futurum: & sic intelligo regulam sexagesimam s. ibi, præterquam si per obitum obtinentis vacare contigerit &c. quæ verba sunt futuri temporis & non præsentis. facit quod dicit Bald. de istis temporibus in l. fin. C. de codicillis. & ista regula non est danda, quia concernit expeditionem tãtum, & non apponit decretum irritans.

Beneficiũ non potest impetrari per obitũ futurũ alicuius.

REGVLA LXIX.

ITem voluit, & ordinauit quòd mandata apostolica super fructibus sequestrandis & remissionibus ad partes pro meritis causarum recipiendis siue singulares siue communes fuerint, necnon super exequendis sentẽtijs in Romana curia latis sub bulla expediantur, aliàs nullæ sint.

ISta regula dicit, quòd mandata apostolica super fructibus sequestrandis & remissionibus ad partes & super exequendis sententijs latis in Romana curia, quòd expediantur sub plumbo, aliàs sint nulla. hoc dicit. Et certè sæpe & sæpissimè dubitaui de ista regula quæ hodie de

nihilo deseruit: nam vicecancellarius derogat huic regulæ, & non expediuntur executoriales vel sequestra aut remissiones sub plumbo: sed in commissionibus petitur quòd suo sub sigillo tradat literas auditor causæ &c. non obstante regula cancellariæ qua caueri dicitur, quòd literæ sequestri vel remissoriæ aut executoriales expedientur sub bulla, aliàs non valeãt cui pro hac vice dignemini derogare: & tunc cum simplici commissione vicecancellarij tradũtur literæ ab auditore cum suo sigillo &c. & ideo de nullo seruit hodie ista regula. & de hoc ego miror quomodo vicecãcellarius potest derogare huic regulæ: quia inferior constitutionem superioris tollere non potest. clem. ij. de elect. & cum interrogauerim doctissimos viros & etiã practicos in cancellaria, nesciuerunt mihi respondere: tunc ego dixi quòd transeant ignorantes cum ignorantia sua: & opposui hãc exceptionem in causa propria, & non fuit admissa: & in hoc potest tolerari illa derogatio per cancellarium de stylo curiæ ignorantium. Et quòd valeat istæ stylus, & quòd vicecancellarius posset hoc prætendere quasi ex præscriptione, faciat text. not. secundum vnum intellectum in simili in cap. quod translationem. de offic. lega. Item facit gloss. in cap. statutum. in princip. in verbo, literarum. de rescrip. lib. vj. quam not. Domi. ibi. ad quod facit, quia vicecancellarius potest derogare illi. cap. ex certa sua scientia. & Ioan. de Imol. dicit ibi quòd in hoc est attendendus stylus cancellariæ: quia aliàs de iure non potest, arg. dictæ cle. & cap. cum inferior. de maio. & obe. & legendo hic in vrbe Sextum ex illo dicto Ioan. de Imol. etiam intuli ad stylum curiæ quo ad istã regulam, cui

Inferior cõstitutionẽ superioris tollere nõ potest.

dero

derogat vicecancellarius quotidie: & ex hoc etiã dico, quòd valet stylus quo hodie cauetur quòd in forma humilibus hodie sine supplicatione derogat vicecancellarius. c. statutum. de rescrip. lib. vj. quo ad dietas, & etiã potest derogare quo ad alia. & facit ad hoc illa gl. in d. c. & quod dicit ibi Ioan. de Imol. & Domi. sequitur & quòd de illo rescripto fit hodie in forma humilibus. dico quòd ex tolerantia Papæ valeat, arg. l. Barbarius. ff. de offi. præto. Sed quo ad istã regulam ego nescio ad quid sit, ex quo quotidie derogatur per inferiorem: sed aut non deberet hic poni, aut si poneretur deberet seruari, arg. c. si Romanorum. xix. di. Et sic dixi do. Nicol. de Castello, qui composuit eam: tamen ipse excusauit se, dicens quòd sibi fuit mandatum à Papa in castro sancti Angeli in præsentia vicecancellarij, ꝙ nihil mutaret de antiquis regulis. Et tamẽ ego dixi sibi ꝙ secundum hoc ipse non fuit cõpositor regularũ, sed tantum copista: & ipse subscripsit & cõfessus est & nõ negauit. Aliqui tamẽ dicunt quòd Papa cõmittit vicecancellario viuæ vocis oraculo: quod non credo, quia tunc cõstaret. Sed tũc etiã esset dubium, an valeret talis cõmissio in præiudiciũ partiũ. Secundum ea quæ dicit Abb. in c. ꝙ super his. de fi. instr. & ego dico in quæstionibus card. q. xvij. ad longũ, & nõ allego hic gll. multas concernentes hoc, præmaximè, quia ego cognoui istum cancellarium tempore triũ pontificum & semper fecit hoc: & semper fuit ista regula &c. & si hoc esset verum, sic posset dicere de omnibus alijs regulis, quibus posset derogare, & præmaximè quia regula quarta infrà de potestate vicecancellarij dicit quòd posset processus aggrauare &c. & per literas apostolicas,

Qualiter ĩ forma humilibus potest hodie vicecancellarius derogare.

Literę apostolicæ dicuntur tantummodo bullæ.

aliàs non. & literæ apoſtolicæ dicuntur bullæ tantum. c. licet. & c. quàm graui. & c. ad falſariorum. de cri. fal. ergo &c. ſed poſſet ſaluari quòd non opponitur per partes, ex quo concernit hoc ius partium & nõ ſtatuentis. facit gloſſ. in verbo committatur. & ibi Domi. in dicto c. ſtatutum. in princip. de reſcrip. lib. vj. &c. facit quod dicit Abb. in c. fi. de offic. deleg. ſed ego oppoſui vt dixi, & non valuit quod oppoſui, ideo ſi conſulerem facientibus regulas cancellariæ, cõſulerem quòd aut non fieret iſta regula, aut poneretur quòd vicecancellarius nõ poſſet ei derogare per prædicta. ¶ Item ſæpe dubitaui ad quid expeditur ſequeſtrum in curia cũ ordinarius poſsit ibi ſequeſtrari authoritate iuris lata vna ſententia in curia ſecundũ formã clem. j. de ſequeſtr. & in hoc nunquam vidi ſeruari illam cle. & conſului peritiores me, & reſponderunt ignotum per ignotius, vt dicit gl. in ſimili. l. j. C. de natu. lib. Sed quia iſta nõ eſt materia noſtra, ideo breuiter dico quòd ordinarius hodie poteſt facere ſequeſtrum ſecundũ illam cle. tamẽ oportet quòd conſtet ſibi authenticè de ſententia. & quia tantum conſtaret illa ſententia in curia, ſicut ſequeſtrum, ideo partes volunt potius expedire ſequeſtrũ: & fortè quia non confidunt de ordinarijs &c. & hæc eſt veritas. Item quod dicitur hic de remiſsionibus particularibus, vel ſingularibus vel communibus, intelligendum eſt quòd remiſsio poteſt fieri pro vna parte tantum, & tunc eſt ſingularis: aut pro vtraq;, & tunc eſt communis. & hoc eſt clarum: & nõ oportet hic ponere materiam remiſsionis, quia eſſet legere multa capitula. Itẽ quòd dicitur hic quòd ſub bulla expediantur, aliàs ſint nullæ, intelligi debet ſub bulla, id eſt, ſub

ſub plumbo. c. licet. de cri. fal. & facit gl. in verbo bulla. in cle. j. de iureiur. & ſuperius dixi in vna regula & in alijs ſæpe. Et inquantũ habet iſta regula decretum irritans eſſet danda: tamẽ quia concernit poteſtatem vicecancellarij, & ſtylatur contrarium, nũquam daretur ſine commiſsione per placet, vel per pertinet & tædet. Deo gratias.

REGVLARVM CANCELLARIAE APOSTOLICAE, FINIS.

¶ De poteſtate Vicecancellarij, Rubrica.



EQVITVR Rubrica de poteſtate Vicecancellarij. Et quia in eius poteſtate multa ac infinita forẽt dicenda quæ conſiſtunt in mero iure, & non poſſum nunc explicare: tum quia non habeo eius bullã creationis, ſine qua inaniter laboratur: tum etiam quia neſcio an dicẽdo veritatem, diſpliceam alicui. Ideo non videtur mihi honeſtum pro nũc gloſſare illas regulas: ſed tantum ſubiungam vnam quæſtionem quam vidi ſede vacante. Nam aliqui poſiti in titulo de ſtylo ignorantiũ dicebãt ſede vacante quòd poteſtas vicecancellarij & aliorum, & officia omnia curiæ expirarunt per obitũ Papæ, arg. cle. ij. §. j. verſu, eo tamẽ prouiſo. de elect. vbi tex. dicit, quòd per obitũ Papæ non expirant officium camerarij & pœnitentiarij maiorum, & aliorum pœnitentiariorũ

minorum. Et ex hoc dicunt aliqui, quòd officiũ vicecancellarij & aliorum expirat per obitum Papæ, argumen. ibi à contrario sensu: quod est validum in iure. c. cum virum. de regularib. & l. j. §. huius rei. ff. de offic. eius cui man. est iuris. Item per locũ à speciali, quia si speciale est in illis; ergo contrarium eius est regulare. c. præsenti. §. loca. de præbend. lib. vj. &c. & per hoc dicit Cardi. in cle. auditor. in xiij. q. de rescrip. quod auditor qui Papa viuente incipit vti iurisditione, non potest vti eius iurisditione mortuo Papa, per dictam clem. quæ vult officium omnium officialium curię expirare per obitum Papæ, exceptis supradictis. & refert Paulum hoc tenentem ibi. & ipse sic transit. Sed salua determinatione tanti patris & omniũ hoc asserentium, hoc dictum est falsissimum de iure. primò, quia cle. ij. hoc non dicit. secũdò quia contrarium est verum de mero iure. nam clarum est quòd quando est perpetuata iurisditio delegati siue per citationem, siue per litis contestationem, siue per aliquem actum iurisditionalem, de quo sunt opiniones, tunc etiam si delegans moriatur, censetur radicata iurisditio in delegatum: nec aliquo modo est suspensa. c. gratum. & c. relatum. & cap. licet. de offic. delega. & non reperio quòd hoc sit speciale in existentibus in curia: ergo sequitur quòd dictum Pauli & Cardinalis est falsum. Nec est verum quòd dicta clementina hoc dicat: licet dicit quòd vult Papa non expirare officium camerarij nec pœnitentiarij maioris vel minoris: quia per ista verba non probatur, quòd officia aliorũ expirant. primò, quia sunt quodammodo verba narratiua vel interpositiua Papę, quæ non probãt nisi id quod disponunt & non aliud, arg. c. si Papa. in prin.

Iurisditio iudicis delegati qualiter perpetuatur.

in prin. de priui. li. vj. Ex quo ista verba principaliter non emanarũt nisi ad illud tãtum: & facit gl. ibi in d. cle. ij. in verbo, quorũ officium. quæ dicit, quòd illud est interpositio. q. d. hoc principaliter non disponitur hic: & ideo dico quòd ibidem non colligitur illud: quia argu. à contrario sensu non potest sumi ex textu contra præsumptionẽ iuris. Nam ratio text. sonat verè secundũ intellectum tex. & præsumptiuè ex cõtrario sensu. Hæc sunt verba Dominici in c. fin. iij. q. ij. & facit quod ipse notat in c. si. xxv. distinctione. sed iura omnia proclamãt, ꝙ perpetuata iurisditione nullo modo expiret, nec dormiet per mortem delegantis, vt in iuribus superius alleg. ergo per vnicum verbum dictæ clemen. non debemus à contrario sensu, etiam si fundetur in illa clemen. istud argumentum, corrigere iura multis vigilijs introducta. sufficiat. l. si quando. C. de inoffic. testa. & cap. nulla. de elect. Et sic dico quòd ibi non procedit argumentum à contrario sensu: & si procedit, tunc dico quòd non est ibi standum, ex quo contrarium reperitur de iure. c. à nobis. lo gran de. de senten. excom. glos. in cap. significasti. de fo. cõpe. & c. v. de æta. & qual. li. vj. & alia est in c. at si clerici. §. de adulte. de iudi. & Bal. in l. conuenticulam. C. de episco. & cler. & sic est in casu nostro. Et per hoc etiam dico quòd argumentum à speciali, quod suprà dixi, nõ procedit hic, ex quo non apparet ratio specialitatis. Fateor tamen ꝙ potestas vicecãcellarij data sibi à regulis cãcellariæ expirat, ex quo regulæ expirãt per obitum, vt suprà in procemio regularũ dicitur: sed alia data sibi à iure, nõ: & quæ sint ista, esset longa materia: & pro nũc nolo multum dicere; sed non esset magnum tene-

Iurisditio perpetuata nõ finit per obitum delegantis.

Potestas vicecancellarij an expiret per obitum Papę.

re, quòd sede vacante de iure posset vicecancellarius dare rescripta quæ ante solebat dare sub nomine apostolicæ sedis quæ nunquam moritur. c. si gratiosè. de rescrip. lib. vj. & cum plumbo signato siue habente insignia ecclesiæ: scilicet quòd haberet ex vno latere claues, & ex alio latere capita sanctorũ Petri & Pauli. Sed quia nunquam fuit hoc visum, & esset cõtra stylum, ideo præsumerentur talia rescripta falsa, arg. c. licet. & c. quàm graui. de crim. fal. Sed instum est quòd exercitiũ vicecancellarij & aliorum officialium puta abbreuiatorũ & scriptorum &c. sit interim suspensum: & sic practicatur. ¶ Sed quòd officia eorum expirent omnino est falsissimum & ridiculosum dicere: & quòd duret in perpetuum officium cancellarij & scriptorum &c. sufficiat l. fi. ff. de cõsti. prin. & dicit regula iuris quòd decet concessum à principe beneficium esse mansurum. c. decet. de regu. iur. lib. vj. & per hoc infero fatuitatẽ maximam fuisse illius qui consuluit vicecancellario, vt intellexi tẽpore creationis Sixti & etiã Pauli quòd peteret confirmari sibi officium ab eis, credens quòd expirauerat ipso iure. Et per prædicta dico, quòd etiam officia auditorũ Rotæ non expirent: & quòd de iure si Papa moreretur tempore quo tenentur audientiæ, ꝙ tunc non deberent cessare audientiæ, saltem quo ad causas incœptas, ne pauperes cogerentur mendicare in curia, maximè quia sunt ordinarij in cognoscendo, vt dicit glos. j. in clemẽ. auditor. de rescri. & decis. Rotæ. quia sunt deputati per principem ad cognoscendum de causis venientibus ad curiam: & hoc vult dicere, quòd sunt ordinarij in eo cognoscendo, per notata per gl. & doct. in l. & quia. ff. de iurisd. omni. iud. & c.

Sedes apostolica nunquàm moritur.

Officia auditorũ Rotæ non expirãt morte Papæ.

cum

cùm ab ecclesiarum. de offic. ordin. tamen hoc non obseruatur per dictam clem. ij. proximè intellectam, vt dixi s. Ego tamen non vidi de auditoribus Rotæ hoc practicari : quia licet viderim Pium Papam mortuum , tamen tempore vacationũ obijt, scilicet in Augusto, & Paulum Papam in Iulio, & Sixtum iiij. in Augusto. Deberet tamen hoc statui in vno concilio, & illud quod dixi de rescriptis nomine Ecclesiæ expediendis, ne interim iustitia periclitaretur & pau peres non opprimerentur & non mendicarent. Cur tamen in vna causa propria in qua perpetuata fuit iurisditio tempore vacationum vigore certæ commissionis obtinui per prædicta quòd procederetur non obstante obitu Papæ: & omitto hic regulas concernentes potestatem vicecancellarij quousque videro eius bullam officij.

¶ Regula facta per Innocentium.



ANCTISSIMVS in CHRISTO pater & dominus noster dominus Innocentius diuina prouidẽtia Papa viij. quia post factam per S. suam in crastinum suæ assumptionis reuocationem omnium specialium reseruationum, præterquàm earum super quibus literę apostolicæ per cancellariam apostolicam expediri cõsueuerant, & eiusdem reuocationis facta in cancellaria ipsa publicationẽ : venerabiles fratres sui sanctæ Rom. Ecclesiæ

cardinales in consistorio suo secreto reuocationé ipsam pluribus rationibus laudantes specialibus reseruationibus concessis personis eorum per fe.re. Sixtum Papã iiij. prædecessorem suum, quo ad ea in quibus illæ non erant sortitæ effectum, & quas per præoccupationem, vel aliàs à sua S. eos obtinere contingeret in posterum etiam cum motus proprij & certæ scientiæ ac quibusuis alijs clausulis efficacioribus expressè in manibus suæ S. renuntiarant, & illis nullo tempore vti velle affirmauerunt, & eas pro infectis & cassis nulliusq; roboris vel momenti habere voluerũt: & ne ordinarij collatores & alij ignari dictæ renuntiationis talium reseruationum quibus cardinales & sic ipsi renuntiarũt prætextu ignorantiæ à collatione & dispositione qualibet ac impetratione beneficiorũ ecclesiasticorũ sub illis cõprehensorum dum pro tẽpore vacabunt & prosecutione iuriũ suorum in illis retrahantur renuntiationé & ipsorum cardinaliũ liberalitaté huiusmodi ad omniũ notitiam deducit ac decreuit ad illius plenam probationem præsenté suæ S. assertionem in iudicio & extra vbiq; sufficeret, & alterius probationis adminiculum non requiri, necnõ irritum & inane quicquid secus super his contigerit attentari.

Ista

ISta regula dicit in effectu, quòd cardinales approbarũt reuocationẽ reseruationũ quam fecerat Papa suprà regul. x. & ipsi etiam renuntiarunt omnibus reseruationibus sibi à Sixto concessis, etiã cum clausula motus proprij vel ex certa scientia, vel alijs quibuscunq; clausulis: & dixerũt se nolle vti eis: & ideò ad notitiã ordinariorũ deducitur hoc per istã regulã: & ꝙ valeat ad probationem in iure & extra. hoc dicit. Et quia est clara nõ curo eam diuidere nec legere, sed quia facta est à dño nostro, scilicet approbatione vel de mãdato suo, colligo ex ea iũcta regula capitulo superius dicta, ꝙ verba dispositionis papalis etiam vniuersalia non comprehendunt cardinales. Hoc colligitur ex dicta decima regula, vbi dicitur quòd Papa reuocat etiam reseruationes in fauorem quorumcunque & quibuscunque concessas: & in alijs regulis Pauli & Sixti fiebat mẽtio de cardinalibus, sed ibi non: & postea superuenit ista regula, in qua dicitur quòd ipsi cardinales renuntiauerunt reseruationibus sibi concessis &c. ergo sequitur quòd per verba generalia illius regulæ decimę non cõprehendebãtur cardinales, vt patet hic ex coniunctione aliarum regularum. Nam prout superius sæpe dixi in alijs regulis, semper valet argumentũ à coniunctione duarũ dispositionum, vt est gl. in l. prospexit. ff. qui & à quib. manu. libe. & est text. & ibi notat Bal. in l. Gallus. §. penul. ff. de liber. & posth. & sæpe vtitur hoc argumento Oldr. in Consilijs suis: licet aliquando nihil alleget ad hoc. Sed de prædicta quæstione non credo quòd sit hoc indistinctè verũ, prout latius dixi in Tractatu Cardinaliũ q. xvij. & pro nunc sufficiat gl. bene intellecta iuncto textu in verbo quibuscunq;. in clemẽtina

Verba dispositionis papalis etiã vniuersalia nõ cõprehẽdunt Cardinales.

na prima. de iudi. fateor tamen quòd talis posset esse cardinalis, quòd sub generalibus verbis ex intentione Papæ non includatur, puta quia esset grauis persona & literata, vel aliàs singularis persona. ¶ Itē colligo hic iuncta prædicta regula decima, quòd dictio quàm iūcta cum relatiuo alius alia aliud, idē denotat quod prĕterquàm, vt hic dicitur exponendo dictam regulam: & ratio secundum quod dixi in dicta regula, quia dictio quàm iuncta cum illo nomine alius alia aliud excludit terminū cui adiungitur. sufficit text. in c. transferunt. xxiiij. dist. iij. in princ. & ideo est bona expositio dicēdo quàm id est præterquàm, quia licet dictio præter aliquando includat terminum cui adiūgitur, quādo non est de genere præcedentium, vt dicit gloss. in l. j. in fine. ff. de pignor. actio. tamen regulariter semper excludit. de quo per Archid. vbi est bona gloss. in c. Ebron. xiij. quæst. ij. & per Innoc. in cap. dudum. Io. ij. de elect. tamen regulariter semper ponitur exceptiuè, maximè quando ponitur cum dictione quàm vt hic: scilicet præterquàm. & hoc est vtile scire ad quæstionem, si Papa dicat quòd possim retinere beneficium curatum præter beneficia quæ habeo, an videtur mecum dispēsare, vt habeam beneficia priora &c. de qua quæstione remitto me ad loca superiora. Item nescio quid voluit dicere qui composuit istam regulam: quia in fine dicitur, quòd non requiratur ad probationem renuntiationis istorum cardinalium aliud adminiculum in iure & extra quàm ista regula. ¶ Nā quādo papa aliquid asserit quod cōcernit factū suū vel narrat factū corā eo, puta factā resignationē &c. ista est probatio plenissima & nō admittitur probatio in contrariū, vt in textu

Dictio quàm.

Dictio præter regulariter excludit.

Nota hoc non seruatur in Francia.

cum

cum glos. in clem. j. de probat. quod facit cōtra consilium Petri de Anchara. quæst. cccxcix. in fine: vbi ipse vult limitare illam clement. nisi sit verisimile Papam aliud voluisse: quia certè male dicit, quia non admittitur probatio in cōtrarium, vt in illa clemen. cum glos. & ibi Ioan. de Imol. & licet text. ibi loquatur in literis apostolicis: id est à fortiori in lege sua. faciat c. si decreta. xx. dist. maximè iuncto text. in c. quod dictis. xxvj. distin. nisi dicamus ꝙ hoc fiat propter simplices ignorantes ad cautelam, vt sæpius dixi superius. faciat c. j. de noua form. fide. coll. x. Nolo amplius me impedire de ista regula: quia in sententia quasi de nihilo seruit, nisi quòd Papa ostendit nimiam reuerētiam quam habet ad cardinales pro nūc: placeat Deo quod ita fiat in posterū, maximè quo ad omnes etiam particulares: & ita sperandum est propter bonitatem suam.

ITem reuocauit quascunque decimarum subsidiorum, vigesimæ, & aliorū onerum impositiones, quæ à præfato prædecessore suo, ex quauis causa in subsidium expeditiones contra Turcos, & alios orthodoxę fidei hostes emanarunt: & tam super decimarum vigesimæ, & onerū huiusmodi exactione, quàm alias quascunque facultates quibusuis fructuum, reddituum, & prouentuum cameræ apostolicæ debitorum collectoribus & apostolicæ sedis nuntijs, etiam cum plena potestate legati de latere ab eodem prædecessore concessas: eorum collectorie

ctorie officia, & commiſſa eiſdem nuntijs principaliter ſeu alia quæuis negotia non concernentes. Suſpendit quoque ad ſuæ S. & ſedis apoſtolicæ beneplacitũ quaſcunque plenarias indulgentias quæ ab eodem prædeceſſore, ex quauis cauſa etiam expeditionis huiuſmodi cõceſſæ fuerint, necnon deputandi & eligendi confeſſores qui plenariè abſoluant & alia faciant ad earũdem indulgentiarum effectum reliquas ſuas facultates indulgentias ipſas quomodolibet concernentes quo ad ea in quibus indulgentiæ & facultates ipſæ ſunt ſortitæ effectum, ita vt in illis qui implentes iniuncta eis in literis indulgentiarum huiuſmodi iam conſecuti ſunt facultatem eligendi cõfeſſorem qui abſoluat eos plenariè in mortis articulo per huiuſmodi ſuſpenſionem non præiudicentur: quin facultate ipſa vti poſsint in futurum. Decreuit quoque irritum & inane quicquid facultatum reuocatarum earundem prætextu in poſterũ contigerit attentari.

ISta regula hoc intendit, quòd reuocat Papa decimas & alia ſubſidia impoſita per prædeceſſorem ſuũ etiam contra Turcos & alios infideles &c. Item ſuſpendit indulgentias plenarias ex quauis cauſa etiam expeditionis contra Turcos à prædeceſſore ſuo conceſſas &c. ad

bene

beneplacitum suum & sedis apostolicæ: tamen si sortitæ sunt effectum, non reuocat: puta quia vnus dedit certas pecunias cõtra Turcos, vt haberet indulgentias &c. hoc dicit. Et diuiditur in tres partes mentales quæ colliguntur per se: & quia in istis decimis vigesimis &c. possem aliqua iuridica dicere quæ fortè generarent scandalum contra apostolicã sedem: ideò pro nunc taceo: nam licet Oldr. consilio lxxij. quod posuit in titulo de Iudæis. dicat quòd Papa potest imponere decimas contra Sarracenos: & alio cõsilio seq. dicat quòd dare possit cruciatã contra schismaticos & rebelles Ecclesiæ: quod posuit in titulo de priuileg. tamen hoc ego nõ nego si sic fieret: sed aliquando vertũtur in alios vsus &c. de quo satis dixi alibi: & quia ex quo aliquo modo alitus sum à sede apostolica, cum lachrymis tamen sanguineis, nõ debeo aliquid dicere cõtra eam, argumen. l. milites. iuncta gl. C. locati. Vnum tamen hic noto, quòd Papa non reuocat potestates datas cardinalibus super prædictis, si sunt legati vel nuntij apostolicæ sedis, quo ad hoc, per ea quæ dixi suprà regula proxima. ¶Item per verba hic posita ibi, etiam cum plena potestate legati de latere &c. Ex quo infero quòd si potestas imponendi decimas vel alia subsidia fuit data cardinali legato in Hispania ad hoc à Sixto, vt Andegauensi legato in Francia, quòd illa non sit reuocata: & fortè nec quo ad indulgentias hic expressas est suspensa per prædicta: quia si Papa hoc voluisset, expressisset, argumen. cap. ad audientiam. de decim. & quod lex non dicit, nec nos dicere debemus. l. iij. de offic. præsid. Sed quo ad indulgentias credo contrarium per verba huius regulæ ibi, quæ ab eodem prædecessore, etiam ex

causa

causa expeditionis &c. & hæc sufficiant quo ad primam partem : & de secunda & tertia partibus nunc nõ me intromitto, quia indirectè videtur ista secunda pars facta ad exbursandas pecunias. Et tertia habet in se aliqua dubia, de quibus satis dixi in tractatu Iubilei quem direxi Sixto : & nihil boni consecutus sum ab eo: quinimo lx. florenos quos mihi debebat de lectura mea quam habui hic Romę perdidi , & non potui recuperare ab eo: licet propter hæc fecerim sibi illũ tractatum: & alium de Concilio formato vel formando : placeat Deo quòd ab Innocentio aliquid boni posſim habere.

Conqueritur author harũ glossarũ se fuisse male salariatum à Papa.

FINIS.

REGVLAE CANCELLARIAE IVLII II.

IN nomine Domini IESV Christi, sequitur mare magnum & spatiosum vigore cuius exponentur infinitæ pecuniæ[A] & erunt infinitæ lites: & Deus velit quòd tam in curia quàm extra eam propter eius malam intelligẽtiam non tollatur ius quæsitum alicui propter ignorantiam iudicum: maximè oculo iudicis caligante, vt ait gloss. Accursij à simili in l. inter filios. C. famil. hercisc. &c.

a Pecuniæ. Nã dicebat Ferdinandus rex Siciliæ: quòd harpyię nõ amplius habitãt in insulis maris, sed migrauerunt ad curiam Roma. hæc dicit d. Feli. in c. ij. extrà de rescr. col. ix. circa fin.

¶ Prima pars huius Regulæ.



ITEM idem sanctissimus Dominus noster intendens quòd prælationes siue prærogatiuæ in ecclesiasticis beneficijs vigore gratiarũ expectatiuarum assequendis, iuxta personarum conditiones & merita moderantur, Statuit, decreuit, & ordinauit.

ISta regula tota diuiditur in nouem partes prout nouẽ continet constructa. Nam in prima parte ponitur hoc procemium: ex quo colligitur ratio finalis ad totam dispositionem. l. fin. ff. de hæred. instit. c. ecce. xcix. dist. Et hinc dicit Bal. in c. ij. requiris. de app. quòd clausula procemialis refertur ad totã dispositionem. facit quod ipse dicit in l. j. C. de fal. caus. adiec.

leg. & in j. constitut. C. §. quibus. Et quia punctuatio debet fieri in dispositione, vel virgulatio secundum cōstructum salua ratione recti sermonis. l. Plautius. ff. de auro & argento leg. Et hoc dicit Bal. in l. j. C. de lib. præt. Ideo ista prima pars secundum prædicta potest esse vsque ibi, quòd inter habentes gratias &c. quia vsq; ibi durat constrúctum, videlicet quòd sanctissimus dominus noster &c. statuit &c. Et ponderándum est bene istud procemium, quod quidem fuit factum etiam ab alijs multis pontificibus: videlicet à Paulo, & à Sixto &c. Ideo maioris videtur authoritatis quod à pluribus fit, argum. cap. prudētiani. §. sexta. [A] de officio delegati. Ex quo procemio colligitur ratio finalis ad multas quæstiones infrà dicendas. Nam ista dispositio vult, quòd intentio Papæ fuit quòd prælationes siue prærogatiuæ inducētur secundum cōditiones personarum & merita. Ex quo sequitur, quòd magis prærogatiuatus tollat diligentiam processus alterius, & creationem in canonicum, nisi in casibus infrà dicendis. Item sequitur quòd si contenti in hac regula nō sint tales, sicut deberent esse ad regendum in ecclesia Dei, quòd non deberet alijs idoneioribus præferri non ita qualificatis: puta si est doctor legum vel decretorum factus vigore commissionis qui quandoq; caret scientia, & nihil scit, quòd non deberet præferri alteri doctissimo viro qui propter paupertatem nondum est doctor: de quo tamen inferius latius dicam. Item potest dici ex istis verbis, quòd habens gratiam ex dispensatione non gaudeat hac regula, vt succinctè dicam in parte proxima: sed quia contrarium seruatur, ideo nō insisto pro nunc. Et hæc sufficiant pro hac prima parte. & non

a §. sexta. vbi etiā dicit panor. quòd magis est præsumendum pro cōsilio alicui⁹ collegij doctorum quàm pro consilijs particularibus. vnde Sene. in prouerb. Deliberādū est diu quod statuēdum est semel.

insisto quid sit prælatio vel prærogatiua : quia doctissimis loquor & non pueris. Et quamlibet partem sequentium legam per se:& omitto diuisionem generalem ipsius causa breuitatis,licet quælibet diuisio attendenda esset,nam operatur tria quæ narrat gloss. mihi notabilis in verbo partiri.in proœmio Institut. facit quod not. Abb.in c.quia diuersitatem. de concess.præben. & non allegat dictam gloss.sed infrà patebit per partes.

¶ Secunda pars principalis in textu.

QVòd inter habentes gratias expectatiuas huiusmodi, nobiles de ducum marchionum & comitum genere,qui reputantur illustres, & officiales Apostolicæ sedis infrascripti , videlicet referendarij , protonotarij participantes, literarum Apostolicarum correctores,eiusdem sedis subdiaconi , numerarij , causarum palatij Apostolici auditores , cameræ Apostolicæ clerici similiter numerarij & participantes, curiæ causarum dictæ cameræ generalis auditor, abbreuiatores de parco maiori sua officia actu exercentes, omnibus alijs qualitercunq; qualificatis in assecutione quorumcunq; beneficiorum quæ huiusmodi gratiarum vigore expectabunt, quacunq; diligentia receptione vel creatione in canonicos non obstante potiores existant.

IN ista secunda parte vsq; ibi, alij verò nobiles : debet hic suppleri verbum statuit &c. vt sunt infinitæ gll. sufficiat gl. in c. j. de vita & honest. cler. & text. in l. verbũ volo. C. de fideicom. Hoc dico, quia verbum statuit, posuit suprà proxima parte : & hoc dicit, quòd nobiles ex genere ducũ &c. & officiales hic positi præferantur omnibus quibuscunq; non obstante diligentia processus &c. & quo ad mentem diuiditur in duas partes, licet omnes nominatim hic positi sint sub vno constructu. Secunda ibi, Et officiales Apostolicæ sedis &c. Et circa istã primam partem sciẽdum est, quòd in antiquis regulis maximè Pauli & Sixti, erat vnus constructus tantùm de istis illustribus, scilicet quòd isti præferentur omnibus quibuscunque &c. & deinde ponebantur alij officiales hic contenti sub alio constructu: & quando ista fuit condita ego dixi, quòd melius foret quòd omnes hic cõtenti ponerentur sub vno constructu cum illustribus, vt æquiparentur sibi : & dicta in vno intelligerentur in alijs pariformiter, iuxta doctrinam Bar. in l. prætor ait. §. eritq; differẽtia. ff. vi bon. rap. & in l. talis scriptura. ff. de leg. j. & facit optime l. iij. §. j. ff. de lib. & posth. & sic euitarentur diuersi intellectus quos exprimere esset longũ. tandem sic factum fuit. Et quia tunc fuit altercatum an istud relatiuum qui referatur ad duces, marchiones, & comites : an ad illos qui descendunt de eorum genere : quia ego vidi dubitati & inseram inferius dubium datum super hoc in Rota : & dixi quòd deberet declarari: tamẽ quia primò fuimus quatuor tantùm deputati, videlicet dominus Petrus de Ferrera auditor palatij dignissimus : & dominus Coronatus de Planca aduocatus consistorialis,

Relatiuum qui, hic positum, ad quid referatur.

literatissimi viri & stylati:ac Nicolaus de Parma doctor decretorũ valens:& procurator causarum stylatus,& ego minimus ipsorũ. Et cum hoc mouissem dixit dominus Auditor, quòd Rota tenebat quòd referretur illud relatiuum qui, ad illos duces &c. & non ad progenies eorum:tunc tacui. Et cum postea fuimus in domo domini Aleriensis, vbi fuerunt alij notabiles viri inter quos fuit dominus Antonius de Grassis episcopus Tyburtinus & auditor antiquus & etiam referendarius, & quasi totum continens domini nostri Papæ literatissimus & stylatus in curia:tunc etiam hoc dixi,& si rectè recordor idem fuit mihi responsum etiam per dictum dominum Antonium de Grassis : & tunc magis atq; magis tacui. Tamen certè melius fuisset declarari tunc,quia non valet argumentum,quòd domini de Rota aliquid tenet, ergo tota curia hoc dicit vel tenet. Sed ne videar male dubitasse ponam dubiũ formale datũ per bo. me. Io. de Cesarinis egregium auditorem in vna causa : archidiaconatus de Valderas Legioñ. ecclesiæ in qua quidam Sugerius de Quinõnes allegauit se venisse de genere regio & comitum &c. & dubium est istud, scilicet an regula antelationum exigat quem esse de genere illustrium & illustrem,an solum de genere : & tũc ego allegaui quòd oportebat esse illustrem & de genere &c. tamen in contrarium fuit sententiatum;& sic tenet Rota & minime sunt mutanda quæ certam determinationem habuerũt. l. minime. ff. de legibus. ideo quia latius dico in Tractatu nobilitatis quem feci & direxi domino Pampilonensi,& postea reuocaui ab eo quatuor de causis pro nunc tacendis, nolo tollere lucrum aduocatis;& remitto me ad ibi di-

Nota ꝙ in beneficialibus ratione nobilitatis spectatur etiã gen᷒maternum, quod tamen in alijs secus est vt in d. l. j. ff. ad munici. & per Dy. in reg. iur. generi. libro vj.

a Nobilitatis prærogatiua vsque ad quẽ gradũ extẽdatur.

Proditor perdit nobilitatem.

cta. Nam si circa istas nobilitates maiores medias & minores dicerem omnia quæ occurrerent, non finirem hanc regulam in vno mense quo ad glossas. Et dubia essent an attendatur etiam nobilitàs matris tantum quo ad istam nobilitatem. Et circa hoc fuit etiam datum aliud dubium in dicta causa, scilicet an ex linea materna reputari debeat quis illustris aut saltem de genere. Licet tunc ego dicebam quòd non, & allegabam multa iura, maxime l. j. §. fin. ff. de iure immu. & l. pronũtiatio. § si. cum l. seq. ff. de verb. signif. & c. vbicunq;. de pœ. lib. vj. licet loquatur in pœnalibus, tamen cõtrarium fuit obtentum in Rota. pro quo facit c. nouit. de iudi. & quod ibi notat Host. & Ioan. Andr. & dominus Alb. & facit gl. iuncto text. in authen. de incest. nup. §. j. in verbo generi. col. iij. quam not. ibi Ang. & pro nũc satis supra hoc. Item an debeat ista talis nobilitas[a] extẽdi vsq; ad infinitum, & an perdatur ista nobilitas vel alia aliquibus ex causis, remitto me ad ea quæ dixi in dicto tractatu. Tamen in casu huius regulæ non esset magnum tenere quòd non extenderetur nisi vsq; ad pronepotes, arg. l. diuo Marco. C. de quæstionib. & hoc idem tenet gl. quam not. ibi Bar. in d. l. j. C. de dignitatib. lib. xij. licet in dicto tractatu teneam quòd extendatur ista nobilitas vsq; ad gradũ in quo quis succedere posset. facit gloss. in c. postremo. de appel. Item an perdatur nobilitas aliquo casu. & teneo ibi quod sic in multis casibus quos pono ibi, maximè si illustris efficiatur mercator, arg. l. iij. C. de cõmer. & mercato. & l. ne quis. cum gloss. C. de dignit. lib. xij. quam notat ibi Bart. Et idem dico ibi de proditoribus, quod esset periculosum nunc exemplificare. Item aliquas

quas

quas alias quæstiones ibi pono quas omitto causa breuitatis: puta quid in filijs superillustrium, videlicet imperatorum vel regum, qui non cognoscunt superiores. Et breuiter concludo quòd habeat locum à fortiori ista regula in illis. argum. iurium vulgarium, scilicet authen. multo magis. C. de episc. & cleric. & clem. j. in princ. de reliq. & vene. sanct, cum glossa sua. Et quid de venientibus de genere principis qui appellantur principes vel alterius dignitatis, maximè puta admirali, qui est capitaneus maris pro rege, maximè in Hispania, de quo Bal. dicit in cap. j. quæ sint regalia. coll. x. sed non sunt duces, marchiones, aut comites, an habeat locum ista regula. & certè crederem quòd sic à paritate rationis, argum. l. illud. ff. ad legem Aquil. iuncto cap. de multa. de præbend. & faciunt multa alia iura vtriusq; censuræ. & quòd sit eadem ratio, faceret clemen. j. cúm gloss. de baptismo. Item quid dicendum foret de vicecomite, an dicatur contentus in hac regula quo ad sui progeniē. & prima facie videbatur quòd sic, quia eadem est ratio vt dixi. sed certè posset dici contrarium, quia licet vicecomes A in Hispania reputatur illustris, quia vices comitis gerit: tamen quo ad istam regulam nō esset eadem ratio, quia non est idem quod alteri assimilatur. gloss. in l. mercis appellatione. ff. de verborum signific. quam notat Bald. in diuersis locis feudorum: maxime in cap. j. de consue. recti feudi. ergo &c. Item quia esset duplex speciale in eo. Primum quòd haberetur pro illustri. Secundum, quòd gauderet in omnibus priuilegijs comitis & illustris, quod est absurdum, argum. l. j. C. de dotis promis. & quod ibi not. Bald. & Bartol. Item si ponerem hic diffe-

Admiralis dicitur maris capitaneus.

a Vicecomes. Quis sit ꝓprie vicecomes: & quomodo constituaẗ, Spec. vide in vicecomite, per totum.

rẽtiam inter duces, marchiones, & comites, nõ finirem hac nocte: latius tamẽ dico in dicto tractatu. Vnum tamen nõ omitto, quia ab ordine literæ videtur quòd dux ſit maior ꝙ marchio &c. ſed de hoc dico in dicto tractatu. & circa hoc ſunt iura varia tã ciuilia ꝙ canonica. nam in titulo, quis dicatur dux, comes, vel marchio. col. x. primo ponitur dux quàm marchio: ſed in rubrica de feudo marchiæ, comitatus vel ducatus. primò ponitur marchio. & idẽ dico de iure canonico in c. fundamenta. de elect. lib. vj. & in cle. j. de baptiſmo. & in multis alijs: tamen hoc relinquo conſuetudini regionum: nam in Italia vbi fuit facta iſta lex, maior reputatur dux ꝙ marchio. Nam ego vidi tempore Pauli quòd marchio Ferrariæ venit ad vrbem cum maxima pompa vt efficeretur dux Ferrariæ: & vidi eum fieri ducem per Paulum ante altare ſancti Petri. Alibi tamen reputant maiores marchiones. Item inquantũ hic dicitur, qui reputantur illuſtres &c. dicebat dominus Anton. de Graſsis quòd ponerentur qui reputentur illuſtres: ſed ego dixi quòd cùm lex ſemper loquitur, vt in l. Arriani. C. de hæred. quòd bene ſtabat: reputãtur illuſtres: & ſic habeo in mea litera: tamen non refert. Item tunc ad partẽ domi. Pet. de Ferrera auditor dixit mihi quòd de iure nõ ſunt illuſtres, [A] niſi tantũ reges. & allegabat mihi dictum Bal. in c. cum acceſsiſſent. de cõſtit. & tũc ego dixi ſibi contrarium, quia comites de iure ſunt illuſtres. & alleg. l. ij. C. de dig. or. ſer. lib. xij. & l. diuæ. cum gl. ſua. C. de decur. lib. x. & iſta eſt veritas. Et dico quòd omnes comites cũ comitatu ſunt illuſtres de iure, vt in dictis iuribus: ſed ſine comitatu nõ, vt vult gloſ. in auth. vt ab illuſtribus. & qui ſuperilluſtres ſunt. in princ.

Nota quo tẽpore marchio Ferrariæ creat⁹ eſt dux.

a Illuſtres. qui dicanẽ illuſtres in foro eccleſiaſtico: vide ꝑ Spe. tit. de acto re. vet. itẽ illuſtres. & in titul. de iuriſ. omn. judic.

princ. coll. v. & pono exemplum in comite Palatino ad faciendum notarios & doct. Sed illud quod dicitur hic, qui reputātur illustres, dicitur propter multos duces, & comites, & marchiones, maxime in Alemania, & Italia, inter quos licet primogenitus habeat primogenituram, & administrationem dignitatis, tamen alij appellantur omnes comites vel duces, vt est consuetudo in Alemania, vt dicit glos. in c. fi. xiij. q. j. quam tenet Abb. in c. tanta. qui fil. sint legi. & dixi in dicto tractatu. & idem est etiam in Italia in multis locis, puta in marchionatu de Cœna in Pedemontium. tamen credo quòd solus ille qui habet administrationem dignitatis, licet æqualiter succedāt omnes, ille dicitur illustris, & nō alij: quia ille debet habere claues castrorum, & alias præeminentias, vt dicit Bal. in c. si duo. in addit. in fi. de fratribus de bene. inuesti. Et per hoc sequitur quòd non habet locum ista regula in collateralibus, sed solum in descendentibus: quia illi dicuntur propriè de genere. vt dico in dicto tractatu latius. Ideo frater comitis non gaudet hac prærogatiua si non est filius comitis per prædicta. Et quid velit dicere hoc nomen comes, concludo in dicto tractatu, quòd dicitur capitaneus regis, vel sequens regē, aut socius regis. allego tex. in l. j. C. de præpo. lab. lib. xij. licet in c. j. §. j. qui feud. da. pos. collatione x. & in c. quis dicatur dux. eadē col. dicatur quòd duces marchiones, & duces sunt capitanei regis, quia grammatici dicunt quòd comes dicitur à comitor, aris, &c. Sed nunc dico quòd non est magnum dicere, quòd comes dicatur à committo, tis. quasi commissarius regis in suo territorio. & allego multos tit. C. de comitibus rei militaris. & de comitibus consi.

Cenas

Comes dicit capitaneus regis vel sequēs regem.

& de comitibus & tribunis scholarũ, & de comitibus & archiatris sacri palatij, & de comitibus qui prouincias regunt. lib. xij. & casus est mihi expressus quòd comes dicatur iudex commissarius. in auth. vt nul. iud. in prin. col. ix. & gl. iuncto tex. in auth. vt litig. in exor. litis. §. si quis autem. eadem coll. ix. & sic intelligo dictum c. j. §. j. qui feu. da. pos. & c. j. qui di. dux. col. x. & inde dicitur comes Palatinus quasi cõmissarius palatij: & in toto Digesto non reperi hoc vocabulum pro dignitate: sed pro socio sic, vt in l. administrantes. ff. de. excus. tut. & glos. decre. in c. si quis nec. j. q. j. exponit comitatum pro seruitio: sed intelligo ibi pro societate: tamen pro dignitate dico quòd non sit recedendum à grammaticis in istis qui dicunt quòd dicitur à comitor, aris, quasi dicant quòd comes semper comitatur regẽ &c. arg. c. forus. de ver. sig. & l. septimo mense. ff. de sta. ho. facit ad hoc etiam in priuilegijs interpretatio grammaticalis est attẽdẽda, vt no. Bal. in c. nulla. per quos fiat inue. col. x. & alle. Ioan. An. in c. abbate. de ver. sig. ergo sic est dicẽdũ in hoc vocabulo secundum grammaticos à fortiori per prædicta, cum dare comitatum sit dare priuilegiũ. Nam omnis gratia principis dicitur priuilegiũ, vt sæpe dicit Bal. in feudis. maxime in præludijs feudorum, ergo &c. Tamen credo ex quo ad me etiam firmo quòd comes[A] dicatur quasi cõmissarius regis in certo territorio. & sic intelligo Bal. dicentem in c. j. de nau. fœ. col. x. vbi dicit, ꝙ imperator fecit comitẽ Papiensem comitem in certis castris: & quòd non potest ipse reuocare sine causa &c. & hæc sufficiant quo ad istam nobilitatẽ: & fortè dicã aliquid infrà in tertia parte. Ex prædictis apparet de magnis prærogatiuis

Comes in corpore digestorũ nõ inuenit nisi pro socio.

a Comes. An comes sit maior episcopo vel econtrà, in Spe. de rescrip. præsenta. §. ratione autẽ causæ. versi. sed nunquid.

gatiuis istorũ nobiliũ: sed si ista nobilitas extenditur vsq; ad illum gradũ in quo posset succedi de iure, iudex debet bene aduertere an quilibet de illo genere præferatur officialibus hic contentis, scilicet an perdiderit quo ad hoc nobilitatẽ ex aliquo casu, vel sit idoneus &c. de quo me non intromitto pro nunc, quia esset periculosum, & essem lõgus in sermone. Consulerẽ tamen si adhærerẽ Papæ, scilicet quòd faceret stylum de nouo: & nõ esset male factũ quòd daret alicui benemerito prærogatiuã ad instar nobiliũ de genere illustriũ, sicut dari solet ad instar descriptorũ: & tũc præiudicatur istis nobilibus & alijs multis hic contentis: & sic etiam secundum qualitates petentiũ daret ad instar auditorum vel referẽdariorũ &c. & esset melius quàm dare stabularijs ad instar descriptorũ: & quòd præferatur etiã habẽtibus ad instar &c. & præiudicatur multis, vt dixi. & non submitto hic quinq; prærogatiuas quas reperio tam de iure communi quàm secundũ regulas quàm etiã secundum priuilegia: sed in fine ponã ad lõgum, quia ista pars est satis grauata sua materia. Nota bene

¶Sequitur secunda pars huius secũdæ partis ibi, & officiales apostolicę sedis &c. Et ex ista secunda parte notandũ est qui sint digniores officiales in curia ab ordine ^A literæ. facit l. quoties. ff. de vsufruc. & l. ij. ff. de alb. scrip. & c. mãdato. de præbẽ. lib. vj. & facit ĩ. sexta pars. & ibi fortè dicã. Item notandũ est hic quòd referendarij dicũtur officiales sedis apostolicę. ideo si Paulus fecit aliquos referẽdarios, illi sunt etiã referendarij tẽpore Innocẽtij, si in bulla dicitur ꝙ sint referẽdarij apostolicæ sedis: aliàs secus. sufficiat c. si gratiose. de rescrip. lib. vj. Et ideo licet referendarij non debeant esse de iure nisi octo,

a Ordine. Ordo scripturę, ꝙ attẽdat qualiter debet intelligi. in Spec. de j. & ij. decreto. §. v. ỹ. sed nũquid ordo.

octo, vt in auth. de referenda. §. j. & per totum. col. ij. tamen si Papa fecit multos alios, omnes sunt referēdarij ᴬ apostolicæ sedis, vt dixi arg. l. quidā consulebant. ff. de re iudi. Tamen si Papa deputasset sibi certos referendarios, tunc illi non gauderent hac prærogatiua, quia sunt officiales Innocētij tantū, & non apostolicæ sedis, arg. d. c. si gratiose. cum similibus. Et pondero hic, quia indistinctè dicitur de referendarijs, & non dicitur de exercentibus actu officia eorum: sicut inferius dicitur de abbreuiatoribus. Nam illa clausula ibidem posita tantū illis conuenit quibus adiūgitur: & non alijs. sufficiat l. iij. §. j. de libe. & posth. Ex quo dico quòd referendarius tēpore Pauli, vel Sixti factus tāquam officialis apostolicę sedis etiā si nunc non exerceat actu officiū, debet gaudere hac prærogatiua, vt est dominus Guido Antonius filius Checulij de Mediolano notabilis vir & virtute præditus, qui omnia etiā vltra istam prærogatiuā meretur propter sui virtutē: nam omnibus prodest, & nemini nocet nisi sibi soli. ¶Item postea sequitur hic de protonotarijs participātibus &c. Et isti sunt hodie septē, & expediunt bullas ecclesiarum, & monasteriorum, & habent bonum lucrum: & solebant præcedère episcopos vsque ad tempus Papæ Pij. Sed ipse Pius mandauit sub bulla contrariū: & sic seruatur hodie & bene: & dicitur protonotarius, id est primus notarius apostolicæ sedis: à πρότος græcè, quod est primum in latino. Inde dicitur protomartyr, id est primus martyr, vt est Stephanus, vt latè dicit glossa in authen. de tabellis. §. illud quoq;. coll. iiij. Et isti protonotarij solebant scribere acta martyrum: sed hodie scribūt de gestis alijs. Et vtinam directè vel indirectè istorum septem

pro

a Referendarij. Qui sunt referēdarij, & quod sit eorū officiū, vide plenè in Spec. de suppli. §. j. paulò post princip.

Protonotarij participātes sunt septem.

protonotariorum officia non venderētur in curia:& isti collegium faciunt. Tamē vt infrà dicam, nō curo quòd faciūt collegiū vel ne, quia personis eorum conceditur hoc priuilegium, & non collegio: ideo reuocatis gratijs expectatiuis etiam istorum & aliorum numeratorū infrà expirant priuilegia, vt dixi latius in alijs regulis in x. regula: licet contrarium pronuntiauerit Rota in causa cuiusdā amici mei: & male secūdū me. Istud tamē vocabulū protonotarius A nunquam ponitur in bullis nec in alijs dispositionibus apostolicis, sed ponitur notarijs sedis apostolicæ. hic tamen ponitur propter eorum excellentiam vt differant à notarijs Rotæ, sicut in curijs regum etiam vocantur principales notarij, protonotarij. ¶ Sequitur in litera ibi, literarum apostolicarū corrector &c. Et circa hoc est sciendum, quòd officiū correctoris est magnum in curia Romana, & valde honorabile, quia corrigit minutas rescriptorum iustitiæ: & posteà corrigit ipsa rescripta, & expedit eadē, & mittit sua authoritate ad plumbum nomine Papæ: & in aliquibus ponit ipse nomen suum in medio rescripti à tergo: & deinde ponit manum vicecancellarius: & scribit hoc modo, mādetur, scilicet ad plumbum, puta in sua nobis & humilibus: & iste habet bonum lucrum, quia habet vnam taxam rescripti. & officium eius venditur multum bene, fortè pro quinq; milibus ducatorum, vel permutatur honestè. & de potestate ipsius refert Spec. in titu. de rescrip. præsen. & in tit. de appellationib. & ibi Ioan. Andr. in additionibus. & multa alia quæ longum esset narrare. Sed est alius vicecorrector qui expedit multa alia rescripta sine correctione, puta conquestus, & similia. & ista non gaudet prærogatiuis

a Protonotarius. dixit domi. Abb. ī c. j. de priui. ꝙ protonotariorū dignitas hodie vilescit ꝓpter numerū excessiuū: sed puto ꝙ intelligat de alijs non de istis septē protonot. quia numerus istorum certus est.

tiuis

tiuis huius regulæ, licet modernus sit amicus meus. nam vt dixi s. de vicecomite, par non est idem, vt no. etiam Sicul. in cap. innotuit. de elect. ergo à fortiori de gerente vices maioris. Et per hoc breuiter dico idem fore de episcopis gerētibus vices auditoris, quòd si haberent expectatiuas non deberent gaudere istis prærogatiuis per prædicta, quia non deberent esse auditores, & stare in curia reuoluendo chartas copistarum, cum potius deberent voluere sacra in suis episcopatibus. A Et idem dicēdum esset de alijs episcopis si haberent expectatiuas ex dispensatione, qui gauderent in curia cum multis alijs exemplis expectando alios maiores episcopatus, & habent ecclesias suas in concubinas & non in vxores. contra c. sicut vir. vij. q. j. & facit cap. sicut in vna. xxj. q. ij. vbi dicitur quòd ecclesia debet esse sponsa, & non scortū. Tamen isti excusant se dicentes, quòd non sufficiunt sibi quingenti ducati in curia & in partibus fortè octingenti, quorum parentes fuerunt forte cerdones, aut carpentarij, vel ligonizantes. & sicut aliàs dixi multis ipsorum quòd aut à principio debebant non acceptare ecclesias, si eis non placebāt, aut postquàm accepissent debebant ire ad eas, & nō expectare maiores per prædicta iura. Tamen veniet iudicium diuinum super tales episcopos, qui volūt esse despascha in Romana curia, & tamen possent esse domini & saluare animas eorum in episcopatibus suis. Et ad casum ipsum dico, quòd ista regula se nō extendit ad tales qui habent gratias ex dispensatione, arg. l. apud Iulianum. §. constat. B ff. de leg. j. tamen contrarium seruatur in curia, & male secundum me. Et sic me expedio de omnibus istis officialibus: & non dico de alijs hic con-

a Episcopatib⁹. & quę requirātur ī episcopo vide Abb. iij. cum in cunctis. §. j. iij. col. de elect. & dicit b. Tho. φ episcopatus est nomē operis non honoris. l. j. q. clxxxv. articu. j.

b Constat. mirū est φ allegauit §. cōstat. quia profecto parū facit ad ppositum.

ten

tentis, quorũ officia narrare est potius laborio sum & delectabile ignorantibus, quàm vtile, maximè pro intelligentibus eorum opera. Et quare isti habent prærogatiuas istas potius quàm doctores vel magistri valẽtissimi, maximè quia aliqui eorum emunt officia prædicta, non est meum dicere, quia instar sacrilegij est &c. l. ij. C. de cri. sacri. & §. committunt. quod est in c. si quis suadente. xviij. q. iiij. Sed ratio potest esse, quia dicit lex quòd digni habiti sunt quos lateris principis comitatus illustrat. verba sunt l. j. C. de præposit. labo. libro xij. Item quia fortè propter has prærogatiuas melius venduntur aliqua officia supradictorum. Item ponderanda arbitror verba huius partis, ibi: In assecutione quorumcunque beneficiorum &c. Ex quibus infero quod si tempore datæ vnus erat officialis de hic contentis, & tempore vacationis non erat, quod non deberet gaudere ista prærogatiua, quia qualitas adiecta verbo debet intelligi cum tempore verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. cum alijs infinitis. Ideo verbum potiores existant, infrà positum, debet intelligi cum hac qualitate, scilicet. in assecutione beneficiorum: & quòd tunc sint officiales &c. Et hoc etiam tenet Rota in multis infrà positis, & ibi dicam. Item pondero verba huius partis ibi, quacunq; diligẽtia receptione vel creatione in canonicũ non obstante. Nam hic ponuntur ista verba alternatiuè vel disiunctiuè, & non copulatiuè per dictionem vel, hic positam: quæ dictio reperitur in alijs præcedentibus, vt sit sensus quòd non obstãte diligentia quacunque vel receptione in canonicos præfectatur &c. facit glos. singularis in cle. sæpe. pro canonistis. in verbo & figura. in fi. q. de verb. signi.

Digni habiti sunt qs lateris prĩcipis comitatus illustrat.

gni. Et sic sit sensus: quòd isti tollunt aut diligentiam, aut creationem, aut receptionem in canonico. Sed si vnus alius sit diligentior in processu, & sit receptus in canonicum per capitulum, & creatus etiã per Papam in canonicum, nunquam isti tollunt sibi omnes istas prærogatiuas copulatiuè iunctas in vno quæ sunt de iure communi. c. duobus de rescript. lib. vj. Et certè prima facie videtur dicendum quòd non. quia ista regula exorbitat à iure communi, arg. d. cap. duobus. ergo sequitur quòd debet intelligi: vt minus præiudicet iuri communi, arg. regulæ, qui à iure communi. de regul. iur. lib. vj. Item quod nõ mutatur quare stare prohibetur. l. præcipimus. C. de app. & facit quod dicunt Ioan. Mo. & Archi. in cap. si apostolica. de prębend. lib. vj. quorum dictum dicit bene notandum ibi Dominicus ad hoc quòd licet vna constitutio corrigat aliam in certo casu, non videtur corrigere in casu ibi nõ expresso. Item quia appellatione simplicium non venit mixtum in pœnalibus, cap. statutum. de elect. libro vj. & l. ij. ff. de verb. oblig. in princ. cum gloss. & ibi omnes doctores legistæ: & facit bona gl. instit. de actionib. in principio. Sed circa hoc ego dixi legendo illam legem ij. hic tempore Pauli quòd quando omnes partes simplices ponuntur in aliqua dispositione, tunc etiam si simul iungantur, veræ sunt, aliàs non, vt ibi in dicta lege secunda. Tamen in casu nostro ego declinarem in opinionem quam dixi maximè si esset graduatus & doctus ille qui est diligentior in processu, & creatus in canonicum, & receptus simul, & concurrat cum aliquo ex prædictis officialibus maximè de spachanim, quòd non præiudicetur sibi per prædicta, salua cor

Cõstitutio corrigens aliã in certo casu nõ videt in casu non expresso corrigere.

Capitulum

ua correctione. Et hæc sufficiant quo ad istam secundam partem.

¶ Tertia pars principalis in textu.

ALij verò nobiles ex inferiori nobiliũ genere magistri in Theologia, doctores in vtroque vel altero iuriũ, qui fuerint graduati in aliqua vniuersitate studij generalis, necnon familiares suæ sanctitatis non descripti, qui erant familiares continui commensales tẽpore suæ assumptionis ad summi apostolatus apicem, omnibus alijs etiam creatis vel receptis in canonicos aut diligentiores in processu similiter præferantur.

ISta tertia pars ibi, Alij verò nobiles, durat vsque ibi, Cæteri autem, vbi fit mentio de nobilibus & graduatis in vniuersali studio, & de familiaribus Papæ tempore suæ assumptionis: & dicitur hic quòd præferantur alijs: & quia ibi fit mentio de nobilibus ex inferiori nobiliũ genere, & sæpe ac sæpius dubitatur inter curiales etiam doctissimos, qui sint isti nobiles ex inferiori. & arbitror quòd multi loquuntur de illa nobilitate, & quid sit ignorãt, & fortè etiã iudices. facit gl. in c. manifesta. ij. q. j. quæ dicit quòd de notorio loquitur, & quid sit notorium ignoramus. facit gl. in l. stipulatio ista habere licere. §. hoc quoque. ff. de verb. oblig. tamẽ quia essem longus in sermone, & non finirẽ hoc commentũ in paucis diebus nec paucis chartis, ideo breuiter agam remittendo me ad ea quæ dixi

in tractatu nobilitatis, quē direxi domino Pampilonensi: & reuocaui ex causis quatuor ab eo, præmaximè quia sunt ibi aliqua scandalosa contra Theotonicos Hispaniæ & contra milites caligatos: vbi posui multa concernentia regulam istam, & alias facientes mētionem de nobilitate: & hoc maximè feci, quia quicquid possideo in ecclesia Dei habui vigore duarum expectatiuarum tempore Pauli & vigore nobilitatis meæ. Summariè tamen dicam aliqua remittendo me ad dictum tractatum aliquando çum allegationibus, aliquando sine eis conclusiuè. Et licet ego faciam ibi primam distinctionem inter nobilitatem propriā & nobilitatem ex genere, tamen quia prima non facit ad propositum, omittam & dicam de alia: quam diffinio vltra Bart. in l. j. C. de digni. lib. xij. in repetit. qui dicit quòd est qualitas illata per principatum tenentem, qua quis vltra honestos plebeios receptus ostēditur. Sic diffinit ibi in xij. col. tamen quia ista nobilitas non venitē genere quo ad regulam nostram, nec etiam est in totum vera, vt ibi dico. ideo ibi in xxiij. charta diffinio sic, scilicet ꝙ nobilitas[A] est quoddā dignum honore priuilegium proueniens ex radice antiqua, per quod quis differt ab alijs cōmunibus hominibus: & ibi prosequor latè. Itē dico ibi in eodem tractatu quòd dicitur nobilis secundum grammaticos à nosco, is. sed ego dico ibi quòd potest dici à noto notas, quasi notabilis vir per syncopam, ta, remota. Sicut etiā dicitur nobilis per syncopam etiam secundum grammaticos, quia debebat dici noscibilis &c. Et allego textum bene intellectum in simili. in cap. episcopus. vij. quæstione j. & l. j. de censi. hoc dico ibi in noua charta. Itē dico ibi, quòd nobi

a Nobilitas. de nobilitate posuit Io. An. pulchra dicta in fine Martiniane. nobilitas hominis est mēs pietatis imago virtutum clara propago: humilē releuare iacentē. Mētem frenare furentē: turpia nulla timere: naturæ iura tenere. & hęc conueniūt diffinitioni nobilitatis quam posuit pręsens author: & differt à diffinitione quā ponit Bart. in d. l. j. C. de digni. li. xij.

nobilitas est sextuplex, scilicet magna, maior, maxima. Item alia parua, minor, minima: & de vtraque ibi dico: sed quia non facit ad hoc ad regulam, omittam. Item facio ibi in Hispania triplicē speciem Christianorū: nam dico quòd quidam sunt nobiles qui vocantur fidalgos in vulgari: & alij sunt villani: alij vocantur marrani, id est, neophiti venientes de genere Iudęorum, id est, noui in fide, quos voco theotonicos propter honestum modū dicendi. Et dico quòd fidalgorum sunt triplices species, & villanorū etiam triplices, etiam theotonicorum sunt triplices: & inter omnes facio etiam nobilitates separatas, sed non quo ad istam regulam: dico tamen quòd deberet fieri regula cancellariæ quòd inter expectantes cæteris paribus deberet attendi & nobilitas inter eos etiam si non sint de istis nobilibus hic contentis: sicut dicam de hoc aliquid infrà in sexta parte. ¶ Sed quo ad istam regulam breuiter dico, quòd licet hic non fiat mentio nisi de duplici nobilitate, scilicet de maiori & de minori: tamē ex regula Pauli & Sixti collegi ego triplicem nobilitatē. Sed quo ad casum nostrum dico breuiter, quòd maxima nobilitas, de qua hic non fit mentio, est imperatorum & regum qui non cognoscunt superiores: & illi à fortiori intelliguntur in prima parte, vt dixi ibi. Alia est maior de qua in principio regulæ in præcedenti parte. Alia est magna: puta ex baronum genere proueniens: & de ista fit mentio in capit. grandi. de supplēda negl. præla. lib. vj. & Bald. sic intelligit tex. in c. j. §. j. qui feu. dare pos. coll. x. & fortè de istis voluit Papa hic intelligere inquantū voluit eos pręferri doctoribus & suis familiaribus primis. Sed omnes nos recompilatores me

teste non intelleximus de istis, sed etiam de illis qui non habent dominium terrarum, tamen differunt ab alijs communibus ciuibus qui etiã de iure appellantur nobiles, vt notat Dominicus ex suprascriptione cap. Petrus. xxxix. dist. Ego vltra eum allego suprascriptionem cap. priusquã. xxvij. dist. & in c. accedẽs. de procura. Sed quo ad Hispaniam nostram dico in dicto tractatu, quòd nullus potest dici nobilis ex inferiori nobilium genere vigore huius regulæ, nisi qui sit de domo vel casata antiqua quæ vocatur in vulgari de solar çognoscido. Alij qui sunt fidalgos in vulgari non gaudent hac nobilitate. Et hoc fundo multis rationibus, maximè allego Bal. in c. j. quis dicatur dux. colla. x. in simili. & dico etiam ibi quòd ille cognoscitur de eadem domo antiqua, cuius pater & auus sic vocabãtur, & maximè si portabãt arma & insignia illius domus. allego in arg. l. stigmata. C. de fabricen. libro vndecimo. & c. si iudex laicus. de senten. excom. lib. vj. & l. ad cognoscendas. C. de inge. Ex quibus fundo ꝙ talis præsumitur quis qualis nominatur, vel eius insignia docent.A Sed quia in Italia multi vocãtur nobiles mercatores Venetorum & Florentinorũ & aliarum ciuitatũ, quos ibi reprobo, ideo impono mihi nunc silentium. Nunc tamen satis est dictum. Vnum tamẽ non omittam, quia nescio aliquem procuratorẽ in curia nec vidi qui sciret plenè articulare istã nobilitatẽ: transeant tamen cum erroribus suis: & remitto ad dictũ tractatum, vbi principaliter tracto de sex quæstionibus. Primò quid sit nobilitas. Secundò vnde dicatur. Tertiò quis gaudeat prærogatiua nobilitatis. Quartò quid de bastardis. Quintò, an ex parte matris attendatur nobilitas. Sextò

A Insignia docẽt. hoc dictum est satis fragile: nã quilibet potest sibi assumere insignia ad placitũ: vt dicit domi. Ab. in ca. dilecta. de excess. præla. sicut potest assumere nomen: & hoc faciũt multi etiã in dignitatibus insignijs attribuentes sibi insignia nobilitatis licet minime nobiles sint. vide Bart. in trac. de insignijs, & armis.

Sextò, an in aliquibus casibus perdatur nobilitas: & quid de communi vsu loquendi, de quibus ibi latius dico. Vnum aliud subiungã, quòd licet aliàs allegauerim de iure quòd etiã si non staret ista regula prærogatiuarum, tamen de iure communi nobilis tollebat diligentiam processus, argumen. c. de multa. de præbendis. iuncto cap. duobus. de rescrip. lib. vj. vbi dicitur, quòd tunc diligentia præfertur, quando gratiæ sunt æquales, aliàs nõ: sed nobilis superat ignobilem, ergo &c. & allegabam glos. fina. in cap. susceptum. de rescriptis. libro sexto. & in c. hi qui. de præbendis. eodem libro. qui dicũt quòd illa regula, qui prior est tempore potior sit iure, habet locum quãdo est paritas &c. aliàs secus. sed hic non est paritas, ergo &c. Tamen in dicto tractatu teneo contrarium, & dico quòd prædicta sunt vera de gratijs æqualibus, secus de personis: sed ista regula tollit hoc dubium, vt patet ex ea: & facit contra Hostien. in cap. venerabilis. de præbend. & in c. tua. de consanguinitate & affinitate. dicentem, quòd qui disputat de nobilitate, videtur disputare de nobilitate stercorum. Sed Cardinalis videtur reprobare eum in cle. j. de bap. Pro quo facit etiam ista regula & ratio naturalis: quia magis honoratur ecclesia cum nobilibus[A] quàm cum rusticis. argumen. d. c. de multa. Et facit quod dicit Innocen. in cap. dudum. j. de electio, ex cuius dictis notat ibi Sicul. quòd in ecclesijs secularibus & inter clericos attenditur nobilitas & scientia in prælatione. facit glos. & quod ibi dicunt doctores in cap. constitutus. de appellatio. Et ideo vt dixi suprà in secunda parte non foret inconueniens si vnus villanus vel alius esset bene meritus, quòd ad supplicationẽ prin-

a Nobilibus. si intelligit de vera nobilitate bene loquitũ scilicet de illa quæ habet omnia requisita ad nobilitatẽ: vt d. capit. de multa. Si autẽ intelligit de nobilitate generis tãtum: videtũ cõtra. d. c. venerabilis. de præbend. & digni.

cipis vel Cardinalis Papa daret sibi prærogatiuam, etiam nunc ad instar nobilium ex inferiorum genere nobilium, & non daret ad instar descriptorum: & faceret iudicium omnibus superioribus. ¶Sequitur de graduatis: & dicitur hic, quòd magister in Theologia & doctores in vtroque vel altero iurium qui fuerunt graduati in aliqua vniuersitate studij generalis &c. quòd præferantur alijs &c. quo ad istam partē posset venire duplex quæstio. Prima est, an licentiatus in studio vniuersali gaudeat hac prærogatiua: & in hac quæstione prima facie videtur quòd non, quia si Papa voluisset expressisset, argumen. cap. ad audientiam. de decimis. Item quia in ista quarta parte sequenti fit mentio de licentiatis cum rigore examinis: ergo videtur in hac parte quòd noluit Papa quòd gauderet licentiatus hic: nam præcedentia intelligantur per sequentia, & econuerso. l. fina. §. qui dulcia. ff. de vino, triti. & oleo lega. vbi est vnus maledictus §. secundum Bartol. ibi. Item quia regulariter maximè in odiosis appellatione doctoris non venit licentiatus: vt tenent doctores in proœmio vj. inde dicit Iacob. Reb. in l. stigmata. C. de fabricen. libro decimo, quòd si licentiatus impetret beneficium à Papa tanquam doctor, quòd non valet impetratio: quia birretum & alia insignia imponūtur, vt doctor insignito &c. Item quia licentiatus ad actum nondū est in actu, vt not. Bal. in cap. quidam. de renun. Ideo dicit ibi, & in lege, sed & reprobari. j. respon. ff. de excu. tut. quòd licentiatus non est doctoratus &c. Item dicit in l. penult. ff. de mili. testa. quòd si potestas debet habere doctorem, quòd non satisfacit si habeat licentiatum, argumen. d. l. Item quia non est idem

Nota hāc quæstionē quia eā bene dat & latè determinat.

Licētiatus ī altero iuriū non cōprehēditur appellatione doctoris.

idē quod habet pro codē, vt dixi s. & facit l. si maritus. la. ij. §. legis Iuliæ. ff. de adult. Ex quo textu dicit ibi Bar. ꝙ aliud est quē esse ciuem, aliud haberi pro ciue: & quē esse absentē, & aliud haberi loco absentis: ergo in simili in istis exorbitantibus à iure cōmuni non debet fieri extensio in talibus: faciat etiam quia quæ à iure communi exorbitant, trahi non debent ab alijs in exemplum. c. quæ à iure communi. de regu. iur. lib. vj. Sed præmissis non obstātibus videtur dicendum contrarium salua correctione. Primò: quia de iure habetur pro cincto qui de proximo est cingendus, vt d. l. penult. ff. de testi. insti. sed licentiatus habet licentiam quòd possit doctorari quādo velit, vt patet ex vi vocabuli. ergo habetur pro doctore[A] maximè si fortè propter pompam patriæ nō velit esse doctor: quia non habet tantum ad supportandum onus & honorem doctoratus, vt est in Hispania: & propterea vult esse tantum licentiatus: præsertim si non habet ad faciendum sumptus doctoratus pomposos, vt est etiam in Hispania. Ideo videtur quòd istis casibus habeatur pro doctore, licet non quo ad honores. argumen. ca pitulo, imputari. & quod ibi notatur, de regul. iur. lib. vj. Et sic respondeo ad dictum Bald. in dicta l. quòd habeat locum quando requiritur gradus propter pompam & propter magnū honorem, vt in Italia communiter fit. Secus si requireretur propter vtilitatem reipublicæ: scilicet propter doctrinam: ad quod facit glossa in l. j. C. de annonis ciui. libro vndecimo. quam sequitur ibi Bald. & sic vult etiam intelligere Sicul. in capitulo, clerici. de iudi. & sic respondeo ad dictum Bald. in cap. quidam. de renun. & in d. l. sed & reprobari. scilicet quia habet lo

a Pro doctore. an licētiatus habeatur pro doctore: vide d. Feli. in procem. decre. colla. v.

cum quo ad honores & non quo ad vtilitatem reipub. vt dixi. Secundo, quia quando in dispositione non exprimitur aliqua ratio, debemus considerare rationẽ naturalem, & venire etiam contra verba, vt notanter dicit Cy. in l. nõ dubium. C. de legi. impe. q. pro quo faciat capit. Marcion & Basilides. j. q. j. sed ista est rationalis vt isti docto. hic positi habeant istas praerogatiuas, vt ecclesia sit plena literatis & nõ asinis differatis, vt dicunt aliqui Docto. quos refert & sequitur Domi. in c. cum ex eo. de elect. lib. vj. ergo sequitur quòd idem iudicium dicatur de licentiato doct. sicut de doctore, quia qui modicum distat nihil distare videtur, vt dicit Bald. in cap. qui feu. da. poss. in x. col. & in addi. in simili. in rub. an mutus vel surd. col. x. ergo sic est in licentiato: & sic respondeo ad c. ad audientiam. de deci. nam Papa sic videtur tacitè respondisse sicut expresse respondisset: nam talis praesumitur intentio principis qualis est legis scriptae, vt not. Bald. in cap. si contentio. apud quem vel quos controuersia debeat dici. col. x. allegat l. nec auus. C. de emã. lib. sed ista est intentio legis scriptae, argumen. cap. de multa. de praebend. & iurium multorum. ergo talis est intentio Papae. Et sic non obstat contrarium dicti c. ad audientiam. de deci. nec d. l. fi. §. fi. ff. de vi. tri. & oleo lega. quia hic patet de intentione tacita Papae: ergo &c. vt ibi colligitur in text. Item quia in fauorabilibus appellatione doctoris venit licentiatus[A] vt dicunt doctores in dicto procemio Sexti. Et licet Bald. alibi videatur dicere contrarium, tamen hoc etiam tenet apertè in l. j. in secunda charta. ff. solu. mat. & ponit exemplum in libris sibi emptis à patre, quòd non debent imputari vel con

a Licẽtiatus. Nota quòd primo factus licentiatus si posteà efficiatur doctor, praecedit aliũ doctorẽ creatum ante ipm, licet ipse factus fuerit doctor prius eũ. Ad hoc alle. quod à docto. l. j. de cõsul. C. lib. xij.

conferri &c.ficut fi effet doctor.fecus dicit in odiofis : puta fi epifcopus excommunicaret doctores, tunc non veniret licentiatus, quia hoc effet fibi odiofum : & fic non obftat quod dixi de dicto cōtrario doct.in procem.vj. & hoc maximè quādo ipfe nō eft in dolo vel aliqua culpa,vt dixi : fecus fi effet in aliqua culpa etiam leui. & fic nō obftat dictum Iac. Rebuf. de impetratione beneficij illius qui dicit fe doctorem & eft licentiatus : quia licet Papa fortè conceßiffet,fed quia non ita de facili dediffet,ideò impetratio fua propter fui dolum vel culpam eft furreptitia, vt eft cafus not.in c.poftulafti.de refcript. Item quia in his quæ funt iuris etiam in priuilegijs illud dicitur idē quod habetur pro eodē : fecus in his quæ funt facti,vt dicit Bart. in d.l.fi maritus.in d.§.l.Iuliæ.ff.de adult. Vnde dicit,quòd fi ftatuto cauetur,ꝙ mulier nupta habeatur prout effet fui iuris, tūc mulier nupta habetur atque fi verè effet fui iuris : quia hoc poteft facere ftatutum.allegat authen.fed epifcopalis. C.de epifc. & cler.facit quod dicit in l.fi is qui pro emptore.ff.de vfucap. & Bald.in l.j. C.de teftam. & fic non obftat quod allegaui fuperius in contrarium in d.§.& Bar.ibi.& gl. etiam non obftat in l.mercis appellatione.ff.de verb.fig.Item adduco aliam rationē, quia vbicunque medium participat magis cum vno extremorum quàm cum alio,tunc affumit fibi naturam illius cum quo magis participat.hoc dicit Dyn.in regul.qui tacet.de regu.iur.lib.vj. & hoc approbat & corroborat Bald.multis iuribus in c.j.in col.iiij.de fuc.feud.coll.x.fed licentiatus magis participat cum doctore in omnibus ꝙ̄ cum fcholari,ergo quo ad priuilegium fuum & reipub. cenfetur doctor per fupradicta:

Licētiatus an in priuilegijs habeatur pro doctore.

& hoc mihi videtur veritas, salua doctrina aliorum & correctione, & licet fuerit culpa nostra, quia tunc non expressimus: tamen maior fuit illius qui composuit minuta: nam possumus dicere de iureiurando quòd non solum mea intentio qui fui minimus inter compilatores, sed & domini Antonij de Grassis episcopi Tyburtini: & Petri de Ferrera auditoris sacri palatij, & Coronati aduocati consistorialis, & Nicolai de Castello, & aliorum fuit hic. Sed non esset incongruum antequàm vacasset beneficium, ꝙ Papa declararet & hoc sibi cõsuleret. ¶ Secunda quæstio fit. Si vnus fuit graduatus in baccalarium vel licentiatum in vniuersitate studij, & postea fuit factus doctor à comite Palatino, an gaudeat priuilegio istius regulæ quo ad istam partem. Et certè videtur prima facie dicẽdum, quòd ex quo regula dicit de magistris & doctoribus, & postea dicit, qui fuerint graduati in aliquã vniuersitate, quòd istud relatiuum qui positum sine copula hic restringat illos supradictos doctores, arg. in l. ea tamen adiectio. ff. de leg. iij. & facit quod dicunt Bart. & Bald. in l. j. C. de sum. trin. Item talia sunt subiecta qualia prædicata demonstrant. l. fundum instructum. j. respon. ff. de fund. instru. & sic est dicendum in casu nostro, quia hic dicitur de doctore: & postea dicitur de graduato in vniuersitate, debet intelligi de gradu doctorali & non de inferiori. Sed certè posset dici contrarium: quia licet de iure non reperiatur alius gradus quàm magisterij & doctoratus, vt per totum titulum de magist. in volu. & in clem. & in tit. C. de profes. & medi. lib. x. quinimo plus dicerem, quòd in toto Digesto non ponitur hoc nomen doctor nisi in l. sed & reprobari. §. penul. & fin. ff. de excusa-

tut.

tat. In decret. tamen fit: vt salutatione Sexti & clem. & in proœmio sexti: & in clem. ij. de magistris. & in c. de quibusdã. xxxvij. dist. & hoc pro dignitate doctorali, aliàs pro prædicatore ponitur in c. cum ex iniũcto. & in c. sicut. de hæret. & in multis alijs: sed quia tã in Italia quàm vbique fiunt baccalarij & licentiati & reputantur graduati, vt ĩ. proxim. respon. in vj. parte. ergo sequitur quòd debet intelligi de graduatis alibi in quocunque istorum graduum: & postea ante tempus vacationis beneficij sufficit quod sunt doctores facti à quocunque, siue à Papa, siue ab eius comite Palatino, siue ab imperatore, siue à rege nõ recognoscẽte superiorẽ q potest graduare.[A] vt alibi dico in diuersis tractatibus. Et hoc ideo, quia generaliter dictũ generaliter debet intelligi. l. ij. ff. de off. presi. maximè quia in Italia nõ est necessarius baccalariatus ad doctoratum, licet in Hispania sic: & sic potest responderi ad dictã l. fundum. quia propterea intelligitur ista adiectio de fundo etiam instructo, quia accessoriè veniret instrumẽtum ad fundũ. & hoc vult glossa prima ibi, quæ dicit q idem esset si legaretur fundus instructus vel simpliciter: quasi dicat quòd illud verbum instructum venit accessoriè: quod est secus in casu nostro. Item non obstat dicta l. ea tamen adiectio, quia hic non agimus quòd extendatur ad graduatos in inferiori gradu tantum, quod esset si diceretur, & qui fuerint graduati &c. quia illa copula tunc ampliaret: sed quia dicit hic sine copula, restringunt illud relatiuum doctores vel magistros suprapositos: sed nõ qualitates graduum, volo dicere quòd satis sit quòd sint graduati in baccalariatu vel licẽtiatura in studio vniuersali, dum tamen doctores sint quomodocunq; & vbi

Doctores facti à Papa seu à comite palatino, an sint capaces priuilegij doctoribus attributi.

a Graduare. Itẽ rex potest creare milites etiã extra regnum: vt dicit Bart. in l. j. i xij. col. in verbo, sed dubitat nunquid rex. de dig. lib. xij.

vbicunque,maximè si in vniuersali studio propter paupertatē nō potuerūt fecisse sumptus doctoratus: & in hoc inspici debet ratio naturalis quam dixi s̄.in præcedēti quæstione. & ad hoc faciant ea quæ dixi suprà in secunda quæst. & hoc procedit maximè si ille licentiatus vel baccalarius in studio vniuersali sit doctus & ibi examinatus cum rigore examinis, vt in simili dixi s̄. & hoc procedit aperta ratione: quia istis non datur magna prærogatiua hic, nisi quòd præcedant ab ordine literæ familiaribus non descriptis Papæ tempore suæ assumptionis: ergo quicunque potest hoc dicere esse de mente pontificis: & idem credo, quòd omnes sic senserint, quando ordinauimus istam regulam.

¶ Sequitur in ista eadem parte alia qualitas, scilicet quòd familiares Papæ qui tempore suæ assumptionis fuerunt familiares, quòd præferātur alijs &c. Et hoc fuit visum omnibus iustū, quia vtrunque ius dicit quòd qui sentit onus, sentire debet commodum, & econuerso. c. qui sentit. de regul. iur. lib. vj. Et lex dicit quòd secundum naturam est commoda cuiusque rei eum sequi quem sequūtur incommoda. l. secundum naturam. ff. de reg. iur. & sic est in casu nostro. Sed an familiares habentes salarium gaudeant hac prærogatiua, quia cessat ista ratio, nō oportet altercari, nec est meum diffinire pro nunc: quia communiter practicatur quòd sic, & sic tenet Rota. De istis tamen familiaribus videndum est per Ioan. Andr. & Doctores in c. sicut. de verb. sig. lib. vj. & in c. licet. de priuileg. eod. lib. ¶ Item ponderandum est hic verbum similiter præferantur &c. quia non sine causa fuit hic positum: nam intelligitur scilicet in assecutione beneficiorum, vt s̄. dicitur in secunda parte:

Familiares habētes salarium, an gaudeāt p̄rogatiua: de qua in hac regula.

parte: & quamuis dicta in vno §.non debent repeti ad alia dicta in inferiori §.vt est glos.in c.vt circa.§.edicto.de elec.lib.vj.& inst.de rerum diuis.§.item lapilli. Tamen hoc nõ est verũ,nisi in inferiori §.ponatur dictio repetitiua, vt similiter vel pariter, vel vt præmittitur, vel aliqua similia.sufficiunt duæ glos.quas notat ibi Dominicus in c.cupientes.in §.insuper. & §.ad hoc.de elect.lib.vj.& sic illa qualitas adiecta in superiori §.scilicet in assecutione beneficiorum &c.debet repeti hic per istud aduerbium similiter hic positum. Ex quo infertur,ꝙ licet tempore datæ quis esset nobilis ex inferioribus vel graduatus,vel familiaris tempore assumptionis Papæ, tamen tempore vacationis beneficij non esset nobilis: quia fortè perdidit nobilitatem ex causis quas dico in tractatu nobilitatis,puta ex proditione,vel quia nõ necessitatus exercet vilissimũ officium:vel si doctor fuit priuatus insignijs doctoratus tanquàm insufficiens & fortè propter mores.sufficiat glos. in capitulo,cum secundum.de præben.& quod ibi dicit Sicul.& in glos.& Ant.in c.fi.de renuntiat. Item si quis fuit familiaris Papæ tempore suæ assumptionis, & tempore datæ: sed tempore vacationis beneficij non erat familiaris: tunc non debet gaudere ista prærogatiua per supradicta. facit quod dixi s.parte proxima. Ex prædictis etiam dico nõ fore male cõsultum,quòd Papa alicui familiari suo post assumptionem daret prærogatiuam etiam in principio ad instar familiarium ante assumptionem. Item alicui scholari docto daret prærogatiuam ad instar doctoris graduati in studio vniuersali: & sic de singulis,secundum merita & qualitates personarum, & non daret ad instar descriptorum

Dicta in vno §.an repeti debeant ad alia dicta in inferiori §.

ptorum nisi maximis viris: & hoc quod dicitur hic de assumptione intelligo de tẽpore suæ electionis, & non de tempore coronationis, vt infrà dicam.

¶ Quarta pars principalis in textu.

CAeteri autem magistri aut baccalarij formati in theologia doctores, & cum rigore examinis licentiati etiam in altero iurium, necnon in medicina & in artibus magistri, qui post susceptum gradũ aliquibus annis legerint, & in Hispanijs etiam in altero iurium baccalarij, qui in simili studio sex annis studuerint: necnon alij familiares continui cõmensales suæ sanctitatis non descripti qui ad familiaritatem post assumptioné huiusmodi venerint, & duodecim familiares singulorum sanctæ Rõmanæ ecclesiæ cardinalium per eos nominandi, & in libro cancellariæ apostolicæ describendi pariformiter omnibus alijs præferantur.

IN ista parte dicitur de alijs graduatis extra vniuersitatem, & de familiaribus suæ sanctitatis qui post assumptionem suam fuerint familiares cardinalium duodecim nominandi per eos & describendi &c. quòd præferãtur omnibus alijs. Aduertendum tamen hic est, quia secundũ ordinem videtur quòd baccalarij formati in Theologia debeant præferri etiam doctoribus in vtroque iure; & certè tempore conditionis

tionis huius regulæ ego dixi quòd de magistris iustum erat quòd præferantur doctoribus in vtroque ratione subiecti, id est scientiæ diuinæ, vt dicit Abb. latè in c. cleri. de iudic. sed de baccalarijs non videbatur mihi iustum: & credo quòd fuit respõsum mihi tunc, quia inferius hoc saluatur, vbi dicitur quòd magis graduatus minus graduato præferatur. Hoc tamen nõ satisfacit mihi, quia infra in sexta parte dicitur quòd seruetur ordo nominatorum &c. ideò durũ mihi videtur. Arbitror tamen quòd fuerunt hic positi primo baccalarij formati in Theologia quàm doctores in vtroque propter rhetoricam: quia hic fit mentio de magistris in theologia: ideò iustum est quòd de baccalarijs in eadem sciẽtia statim fieret mentio: & sic etiã intelligo regulam xi. & xij. s. eod. & nõ debet intelligi quòd quidam baccalarius formatus in Theologia fortè pannosus debeat præferri doctori in vtroq; vel in altero iurium, maximè in iure canonico: quia ex solis decretis posset prædicare & instruere populum in fide sicut theologus, vt dicunt multi doctores, maximè Henricus Boyc in c. j. de consang. & affin. A in simili quæstione pro qua adduco text. in §. fin. ix. dist. vbi dicitur quòd canonica scriptura nihil aliud est quàm quod in diuinis scripturis & legibus inuenitur. facit glos. iuncto tex. in c. cum diuersis. de priuil. lib. vj. & ideò cum omnis intellectus sit extraneus qui non sonat in auribus vulgi, vt dicit Bal. notanter in c. j. §. oppositioni. de pa. constan. col. x. in fi. qui allegat ad hoc c. ex literis. de spon. ergo sequitur quòd cum totus mũdus videatur tenere in hoc contrarium, quòd sic debet intelligi hæc dispositio, vt non sonet malè in auribus vulgi. & idem dicendum est de legum doctoribus,

Magistri in theologia præferuntur doctoribus in vtroque iure.

a Et affinit. vbi recitat Pañ. quòd Hostië. arguit cõtra theologos qui dicunt ecclesiam posse regi sola theologia. nam ibi dicitur quòd duo requirũtur in eo qui vult iudicare de causa matrimoniali, scilicet potestas iudicãdi, & sciẽtia iuris canonici. & sic sine sciẽtia canonica nõ põt stat^ ecclesiæ guber-

nari: quia ecclesia est congregatio fideliũ.

bus, quòd præferantur istis baccalarijs. Nam defendunt patriam suis legibus.l.aduocati.C. de aduoc.diuer.iudic.& maximè in hoc casu, vbi agitur de pane lucrando, & non de regno cœlorum: ideò posset dicere iurista cõtra theologiæ baccalariũ cum grammaticis.& cum gl. in procem.ffforũ, scilicet: Dat Galenus opes & sanctio Iustiniana. Ex alijs paleas, ex istis collige grana. Et sic per prædicta excludetur baccalarius in theologia à doctore in altero iuriũ.& credo quòd ista fuit intentio domini nostri, & etiam omnium aliorum recompilatorum. In regno tamen cœlorum quis istorum debeat præferri Deus nouit. Et quia hic fit mentio de doctoribus & licẽtiatis, debet intelligi de graduatis non in studio verisimli: & hoc propter dictionem, cæteri autem: quæ dictio cæteri est aduersatiua orationis præcedentis in hoc casu: & sic fundatur si rectè intelligatur in l.cæterorũ.cum glos.ff.de verb.sig. Et dictio autem est aduersatiua præcedentium eiusdem generis, vt vult gl. quam notat ibi Bal.in l.maritus.§.quinquennium.ff.de adul. Ex quibus infero, quòd licentiatus in altero iurium in studio vniuersali non comprehenditur sub ista parte, sed in parte superiori vt ibi dico. Item inquantum hic dicitur ibi, qui post susceptum gradum aliquibus annis legerint &c.hoc non refertur ad omnes graduatos superiores, sed tantum ad magistros in medicina & in artibus: quia relatio debet fieri ad proxima. facit glos.iuncto tex.in l.si idem cum cod.§.fin.ff.de iurisd.om.iud.& gl.in l.iij.§.si procurator.ff.quod quisque iuris. Et arbitror quòd iste versiculus necnon intelligatur etiam de graduatis in studio vniuersali, ita quòd sit sensus, quòd magistri in artibus vel medicina

etiã graduati in ſtudio vniuerſali gaudeant iſta prærogatiua:& hoc patet ex §. ſuperiori:& nõ intelligatur hoc quo ad magiſtros doctores & licẽtiatos ſuperius in iſto §. poſitos propter dictionem necnon hic poſitam:quia quæ ponuntur cauſa differentiæ non referunt ſuperiora, vt notanter dicit Bal. in c. j. verſic. vel ſi cum filia. quibus modis feud. amit. col. x. in fin. qui dicit quòd quando differẽtiæ cauſa lex loquitur, non debet fieri tacita repetitio:& ſic eſt in caſu noſtro, præmaximè, quia iſta dictio necnon ponitur pro etiam, vt dicit gl. mihi notabilis in clem. j. in verbo necnon. de offic. delegati. Item intelligo hic quòd iſti graduati gaudeant iſta prærogatiua etiam ſi legerint in domibus ſuis, cùm non dicatur hic quòd in ſimili ſtudio legerint &c. nam per ſequentia præſumuntur & intelliguntur præcedentia. ſufficiat gl. cum text. canonico in c. peruenit. [a] xviij. diſt. Itẽ inquantum hic dicitur de baccalarijs in altero iuriũ factis in Hiſpania qui in ſimili ſtudio ſtuduerint &c. illud verbũ in ſimili debet intelligi, ſcilicet in ſtudio vniuerſali, vel in ſtudio Hiſpaniæ: nam ſuperius in iſto verſu non fit mentio de ſtudio, niſi dicamus quòd repetat hic vniuerſale ſtudiũ, de quo fit mẽtio ſ. §. proxi. & hoc propter dictionẽ repetitiuam hic poſitam, ſcilicet in ſimili. vt dixi ſuprà proxi. §. ſufficit gl. quam ſæpius allegaui, in c. cupiẽtes. §. ad hæc. de elect. lib. vj. Ex quo infero, ꝙ ſi vnus ſtuduit in Italia, vel in Francia in ſtudio vniuerſali ſex annis, & fuit graduatus in Hiſpania in baccalariatu, ꝙ debet gaudere iſta prærogatiua. Item inquantum dicitur hic, ſi ſex annis ſtuduerit &c. Deus nouit ꝙ de iſtis verbis fui ego cauſa vt ſic poneretur, & ꝙ nõ poneretur per ſex annos

Necnon, iſta dictio ponit̃ pro etiam.

a. Cap. peruenit. vide de hoc de pœnitẽ. di. iij. cap. iudas.

sicut erat in regula Pauli, & Sixti. Nam dixi quòd dictio per [A] denotat totalẽ perfectionẽ tẽporis.l.vrbana.§.pernoctare.ff.de verb.sig.gl. in c.si constiterit.de accus. Ideo vidi tempore Pauli dare dubiũ in curia isto modo,scilicet an Michael probãs se baccalariũ Salamantinum per literas possit gaudere prærogatiuis baccalariorum absq; eo quod aliter probet se verè per sex annos studuisse. & tũc maximus iuriscõsultus Antonius de Cafarellis allegauit quòd oportebat probare verè studuisse per sex annos:& inter cætera allegaui l.si qui ita sint.ff. de cond.instit.& ibi Bald.licet ibi non dicatur de dictione per,[B] sed de dictione vsque &c.& ideo fuit sic visum quòd poneretur sex annis,& non per sex annos : nam in hoc casu satis est ꝙ baccalarius studuerit per maiorẽ partẽ cuiuslibet anni per sex annos,& quòd in vltimo anno inceperit studuisse.faciunt iura vulgaria ad hoc.& sufficiat l. deniq;.§. minorum.ff. de mino.& ibi gl.in c.cum vicesimum.de off.deleg. & c.cum in cunctis.de elec.Quinimo arbitror, & sic allegaui aliàs,ꝙ si vnus esset factus baccalarius in Hispania, & tunc non studuerit nisi quinq; annis,vt in studio Valcoleti, & postea studuerit residuum,vel inceperit studuisse,quòd satis est quo ad istam regulam quæ nõ requirit studium ante baccalariatum,sed quandocũq;. ideo generaliter debet intelligi.l. de pretio.ff. de pub.maximè, quia eadẽ est ratio naturalis, & intrinseca huius regulæ:quæ ratio habet locum etiã in statutis,vt vult Cy.in l.non dubiũ. C.de legi.& eam allegat, & prosequitur Bald. in hoc proposito,in cap.j.§.oppositioni.de pa. cõst.& optimus clypeus est legis ratio naturalis,vt dicit ibi notando Bald.in l.j.§.in primo casu.

a Per.Ista dictio denotat totalem perfectionẽ temporis.

b Dictio per. quòd dictio per significet cõtinuationem tẽporis,vide optimè in l. vrbana familia.ff.de verb. sign. in fi. l. per eñ, inquit ibi iuriscõsult. totam noctem significat.

Ratio naturalis dicitur optimus clypeus legis.

casu.al.in §.pro non scriptum. C.de caduc.tol. & talis est ratio ista. ergo &c. scilicet propter præsumptã doctrinam &c. Et quia hic dicitur de familiaribus Papæ & Card. de quibus oporteret aliqua dicere, dicam ĩ.in parte sequenti. & in vj. & in vij. quia ista pars est satis grauata. Vnum tamen verbum dicã hic sub correct. quia quando hic fit mentio de familiaribus Papæ, adijcitur de continuis cõmensalibus: sed de familiaribus Card. non dicitur nisi simpliciter de familiaribus: ideo posset dubitari an etiã intelligatur de continuis cõmensalibus. Et videtur dicendum quòd nõ, arg. l.iij. §. filium. ff. de liber. & posth. Hæc dico quia vidi nominatos quatuor per vnũ Card. quorum aliquis nõ est cõmensalis, & dixi, quòd gauderẽt: sed pro cõtraria parte facit copula &, semper pariformiter copula. l.ij. C. de impub. & alijs subst. & nõ esset iustum quòd de familiaribus Papæ intelligatur de cõmẽsalibus. & de Card. familiaribus intelligeretur aliter. tamen primũ credo verius propter qualitatẽ adiectam primis, & nõ secundis, arg. præfatę l.iij. ff. de lib. & posth. Et infrà etiam dicam de graduatis inhabilibus. & de alijs quæ pertinent ad materiam; dico tamen hic non fore absurdum dare alijs non sic qualificatis secũdum eorum qualitates ad instar istorum, & non ad instar descriptorum, puta per illam prærogatiuam fit multis præiudicium salua authoritate. & quia dicitur hic, pariformiter præferẽtur. debet intelligi quòd isti tollant diligentiam processuum, & receptionem, vel recreationem in canonicos, vt dixi suprà proxima parte, propter dictionem pariformiter hic positam quæ est repetitiua, vt suprà dixi in §. proximo. & significat pariformiter, id est pari

modo vel pari forma. sufficiat text. cum gloss. in l. si quenquam. ᴬin fin. C. de episc. & cleric. canonizata. xv. q. iij. c. sanè. & faciat c. j. & c. cum olim. de offic. deleg. cum alijs multis.

a Si quenquã. quanquàm ibi nihil dicatur de hac dictione pariformiter, sed de hac dictiõe nominaliter, & non aduerbialiter.

¶ Quinta pars principalis in textu.

INter se autem si concurrant ipsi graduati & familiares vltimo loco scripti, ius commune seruari voluit.

ISte §. secundum meum intellectum hoc dicit, scilicet quòd si vnus graduatus ex illis qui supra proxi. §. sunt dicti, concurrant cum familiari Papæ post assumptionem, vel cum vno ex xij. familiaribus cardi. quòd inter eos debet seruari ius commune. hoc dicit. & hoc patet ex §. præcedenti & ex sequenti, argum. l. si seruus plurium. §. final. ff. de leg. j. & l. quoties. C. famil. ercisc. vbi probatur quòd per sequentia vel præcedentia probatur medium &c. posset tamen opponere prudens scholaris, quòd quando præpositio ponitur inter multos accusatiuos: tunc in quolibet accusatiuo reperitur distributiuè, vt ait gloss. mihi notabilis in authen. vt iusiurandum quod præstatur ab his. in verbo, per quatuor. in princip. col. ij. sed hic ista præpositio interponitur inter multos hic contentos. ergo debet referri ad omnes, & distribuere æquanimiter, & debet esse intellectus, quòd si graduati cõcurrant inter se, quòd inter eos debet seruari ius cõmune. & sic familiares etiam concurrant inter se, eodem modo per prædicta, & non debet intelligi scilicet quòd si graduatus concurrat cum familiari, quòd inter eos seruatur ius commune &c. Tamen hoc non obstante dicendum est contrarium, vt dixi. Et respondeo

spondeo ad contrarium,esse verum,quando po
nitur præpositio inter multos accusatiuos refe
rendo eos,vt in §.seq.secus quando ponitur in
vno accusatiuo tantùm.& postea exemplificat
vt hic:quia tunc pariter determinat omnes ibi-
dem nominatos,arg.l.ij.& l.quamuis.C.de im
pub.& alijs substit.& iste est casus huius §.se-
cus in §.seq.& hoc dico in despectum meum:
quia contrariũ vellem esse verum in fauorem
graduatorũ quorumcunq;,maximè isto tempo
re quo expediuerunt omnes familiares Papæ
per vnã diem anteq̃ cæteri curiales etiã si fuis
sent Bar.vel Io.And.tamẽ hanc credo verita-
tem,maximè quia per præcedẽtia & sequentia
colligitur iste intellectus. Et sic concludo hic
breuiter ꝙ stabularius Papæ diligẽtior in pro-
cessu præfertur doctori in vtroq;,vel magistro
in theologia nõ graduato in studio vniuersali,
vt hic iuncto §.superiori.ibi,vltimo loco scri-
pti &c.Et satis est ꝙ principi ita placuit, & sit
pro ratione volũtas,arg.l.ij.C.de scrini.sacro.
Itẽ ex §.superiori & ex isto patet ꝙ baccalaria
tus sit gradus vt sunt multæ aliæ regulæ suprà:
& ideo dixi suprà & in alijs regulis, ꝙ etiã in
Italia habetur pro gradu. licet de iure cõmuni
nõ sit gradus. Sed in Hispania non est dubium
quòd sit gradus,quia ter examinatur baccala-
rius:ideo iustũ est ꝙ dicatur athleta, arg.l.j.C.
de athle.lib.x.& quod ibi not.Bar.Ideo in Hi-
spania factus baccalarius secundũ cõsuetudinẽ
Hispaniæ tantùm præsumitur doctus sicut do-
ctor nouellus in Italia:quia ibi non fit,nisi pri-
mo studuerit ad minus quinq; annis : & in Ita-
lia fit doctor in triẽnio. Verũ est tamẽ ꝙ de iure
nõ reperitur tẽpus limitatũ ad capiendum gra
dum doctoratus quo ad studiũ,nec quo ad æta-

Stabula-
rius Papæ
præferĩ do
ctori non
graduato ĩ
vniuersita
te.

a §.initiũ. vbi per Alex. & ad de domin. car. in cle. ij. quæst. ij. de magis. vbi dicit ꝙ debet esse ætatis requisitæ ad postulandũ, quæ est xvij. annorum: vt l. j. §. initiũ. ff. de postul.

tem, nisi dicatur ꝙ requiritur ætas xvij. annorum. arg. l. j. §. initiũ A. ff. de in ius vo. & in Hispania tardius fit vnus baccalarius q̃ in Italia doctor. Et ratio est, quia citius sunt grammatici boni in Italia, q̃ in Hispania. Itẽ quia hic fit mẽtio familiariũ cardinalium, quæreret aliquis, si cardinalis nominauit semel xij. familiares in cãcellaria, & postea aliqui ipsorũ recedunt de familiaritate card. an posſit cardin. alios loco ipsorũ nominare: vel si gratiæ priorũ sint consumptæ an posset cardinalis alios nominare. & de hoc vidi dubitari in curia tẽpore Zamoren. card. Et videbatur ꝙ nõ, quia ista licẽtia nominandi intelligitur de prima & nõ de secunda. l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sig. nõ potest. de præb. lib. vj. & faciat pro & contra iura alleg. per Io. And. in q. mercuriali. in regula, qui sentit onus. de reg. iur. lib. vj. tamen tẽpore dicti cardinalis vidi practicari sine noua licentia, ꝙ ipse nominauit alios loco absentiũ. Sed de factis cardinaliũ nõ est loquendũ, quia ista & aliquando maiora faciunt in curia: sed in puncto iuris dubitandum foret, an ille secundus gauderet. Et certe si cõsulerem iudici, dicerem quòd non per prædicta, maximè si card. expediuerat primum sine causa, vel ille ex causa magna se expediuit ab eo: quia tunc certum nõ foret magnum tenere quòd ille gauderet ista prærogatiua, arg. l. iij. ff. de cond. instit. & c. cum nõ fiat. & c. imputari. de reg. iur. lib. vj. vt dixi: sed in cardinalibus, & de factis eorũ nõ me intromitto. Et ex prædictis apparet intellectus huius quintæ partis, videlicet ꝙ si graduatus concurrat cũ familiari Papæ, vel cardinalis de xij. ꝙ inter eos debet seruari ius cõmune, si sint graduati extra studium vniuersale, tamẽ nõ debet intel

intelligi ꝙ si graduatus cōcurrat cum alio graduato, ꝙ inter eos debet seruari ius commune, nisi pariter fuerint graduati, vt infrà proxi. §. Vnde nō esset bonus intellectus, quòd si doctor in vtroq; concurrit cū baccalario in altero vel in vtroq; diligentiori in processu, quòd præferatur sibi baccalarius, per §. proximum, & per supradicta. Et breuiter dico hic conclusiones sequentes. Prima sit, quòd si graduatus concurrat cum altero graduato, si ambo sint extra vniuersale studium graduati; tunc inter eos non debet seruari ius commune, si non sint æqualiter graduati. Secunda conclusio sit, quòd si familiaris xij. cardinalium sit diligentior in processu quàm familiaris Papæ post assumptionē, quòd præferatur familiaris cardinalis per hunc §. & sic intelligo infrà septimam partem, vt etiam ibi dicam. Tertia conclusio sit, quòd si graduatus etiam extra vniuersale studium sit diligentior in processu quàm familiaris Papæ vel cardinalis de xij. quòd præfertur graduatus illis, per hunc §. de quibus aliquid dicam in sequentibus partibus Deo dante &c.

Nota has conclusiones quę bene declarant præcedentē partē regulæ.

¶ Sexta pars principalis in textu.

ET si omnes & singuli graduati supradicti inter se cōcurrāt, seruato tamen ordine suprascripto magis graduati minus graduatis, & inter æqualiter graduatos prius graduati. Et similiter inter omnes & singulos suprascriptos, magis qualificati min⁹ qualificatis pariformiter prę̄ferātur.

ISta sexta pars indigeret magno cōmento, licet videatur clara. & credo ꝙ super ea volita

bitur Rota septies &c. Et hoc dicit, scilicet ꝙ inter graduatos & qualificatos supradictos magis graduatus præferri debet minus graduato: & magis qualificatus minus qualificato, seruato ordine literæ superioris. debet præferri. h. d. Et ponderandum est hic hoc verbum omnes, quod est collectiuum omnium præcedentium, quando ponitur in plurali, vt hic: sed quando ponitur in singulari est distributiuum. sufficiat gl. in l. iij. ff. de stat. homi. Et hoc dicit Bart. in extrauag. quoniam, in verbo omnes. glos. in c. omnes leges. j. Ex quo sequitur intellectus principij huius partis, scilicet quòd si primi graduati & secundi concurrant inter se seruato ordine, quòd primi graduati præferantur secundis etiam magis graduatis: sed si inter primos graduatos in vniuersitate sit concurrentia, ꝙ tunc magis graduati præferantur minus graduatis: & idem dicendum est de secũdis graduatis extra generale studium: & oportet quòd sic intelligatur, scilicet quòd si duo magistri in theologia concurrant inter se, & vnus eorum sit magister in artibus, & alter non: quòd ille præfertur sibi, & tollit sibi diligentiã processus & receptionem in canonicum &c. Per hoc verbum pariformiter hic positũ quod repetit omnia supradicta, vt sæpius dixi suprà, & sic de singulis. Aliàs si diceremus quòd si concurrant graduati inter se omnes, ꝙ præferatur magis graduatus, minus graduato: sequeretur quòd si doctor in vtroq; concurreret cũ magistro in theologia, quòd præferretur sibi, quia est magis graduatus. Sed certè non est verũ, quia hic dicitur ꝙ seruetur ordo supradictus. sed primò ponitur suprà magister in theologia quàm doctor in vtroq;: ergo sequitur quòd magister præfertur

Verbum, omnes, in plurali est collectiuũ, sed in singulari distributiuũ.

doct.

doc. in vtroq;, per hunc. §. & tunc dictio omnes hic posita ponitur distributiuè & non collectiuè ac si poneretur in singulari ad euitandū absurdum, vt volunt præfatæ glos. quas suprà allegaui. Et hoc est sanius quàm facere vnū brodium de omnibus graduatis tam primis quàm secundis, ne ista pars sibi sit contraria. Itaq; sit sensus quòd si doctores concurrant inter se, magis graduatus præferatur minus graduato : & sic de singulis. Ex quo sequitur, quòd si duo Hispani sint facti Doctores in Italia, quorum alter sit baccalarius factus in Hispania, & ibi studuit sex annis quòd ille præfertur alteri per hanc regulam. & hoc vult dicere tex. hic ibi inter æqualiter graduatos &c. & sic patet quòd ordo nominationis debet seruari tam in primis quàm in secundis. & ad hoc faciunt iura vulgaria. & vltra ea facit glos. iuncto. tex. in auth. de defen. ciuit. §. quæ igitur. coll. iij. quæ dicit quòd etiam in concionando magis honoratus præfertur minus honorato. faciat etiam c. quorundam. §. j. de elect. lib. vj. & iste est verus intellectus huius partis salua correctione, & antequàm veniam ad materiam istorum graduatorum, prout pollicitus sum suprà, prius veniam ad declarationem sequētium verborum hic positorū, scilicet & similiter inter omnes & sing. &c. & hoc oportet referre tam ad primos nobiles quàm secundos etiam familiares Papæ & cardi. Sed ponam exemplum de primis, vt per vnum simile reliquum intelligatur, arg. l. non possunt. ff. de leg. & dico quòd intellectus istorum verborum debet esse, quòd etiam seruetur ordo inter eos : & hoc propter verbū simile hic positum. Nam oportet quòd ista omnia posita sub vno cōstructo pariter intelligātur: & quòd

In cōcionādo magis honoratus præfert mi nus honorato.

non detur vnus intellectus ad caput & alius ad
pedes,arg.cap.maiores de. bap.& gloss.hoc di
cit clarè in cap.consuetudinis.xj.di. Ideo dico
quòd inter nobiles primos debet seruari ordo
isto modo,videlicet quòd si filij ducum concur
rant inter se,magis qualificatus præfertur alijs
&c.itaque si vnus sit de genere ducum & mar-
chionum,& alter ducum & comitum,tunc prę-
fertur primus secundo per hanc literam,& non
debemus facere brodium inter illos omnes in-
telligendo aliter,scilicet quòd si concurrant fi-
lij ducis & filij marchionis vel comitis,quòd
inter eos debet inspici quis eorũ sit magis qua-
lificatus &c.quia hoc non est verum,quia non
sunt æquales. Ideo concludo quòd filius ducis
tollit diligentiam processus filio marchio. vel
comi.etiam graduato per prædicta:nam quan-
do duæ qualitates concurrunt in vno,quarum
altera est insufficiens:tunc illa qualitas non au
get prærogatiuam,vt dicit Bald.in simili quæ-
stione.in cap.j.de grad.succed.in feu.coll.x.in
ij.col.& sic intelligi debent iura vulg.dicẽtia,
quòd duo vincula vincunt vnum,c.j.de rec.&
pa.& authen.itaque.C. com.de suc.& ad hoc
facit vnum c.si Pontani.in simili quod referre
esset longum.& sic etiam dico quòd ordo sub-
intellectus in prima parte debet etiam seruari,
puta inter venientes de genere imperatorũ vel
regum &c.de quibus etiã ibi dixi : quia eadem
est ratio,arg.cap.Marcion.ij.q.ij. Item crede-
derem sub correctione &c.quòd etiam inter il-
los subintellectos debet etiam seruari ordo &
qualitas,de quibus etiam oportet seruari inter
alios nominatos,puta an alter sit filius regis,&
alter nepos alterius regis,& idem de alijs no-
bilibus:quia ille dicitur magis nobilis,qui ma-
gis

gis est proximus stipiti nobilitatis, arg. insti. de bo. pos. §. aliam. cum glos. & per totum tit. A & sic dico etiam de alijs hic nominatis: nam inter familiares Papæ debet attendi quis sit primus apud principem. Nam vnus scutifer Papæ vel cubicularius præferri debet parafrenario vel stabulario, arg. §. aliam. cum glos. & sic dico de omnibus alijs. puta si vnus esset nobilis ex parte patris & matris, & alter ex parte patris tantum, & ex parte matris esset theotonicus, id est neophitus: quòd præferri debet primus sibi per prædicta: quia est magis qualificatus quàm alter, vt hic. Idem dicerem si nobilis habuisset in vxorem plebeiam honestam, & alter theotonicam Hispaniæ: quod intelligo verum consideratis qualitatibus priorum, de quibus specificari esset longũ hic interserere: remitto me tamen ad ea quæ dixi in dicto tractatu nobilitatis: vbi etiam plus dico, quòd nobilis de domo antiqua contrahens matrimonium cum neophita, perdit nobilitatẽ suam. & allego ad hoc do. Bal. B in simili in l. nec filium. C. de nupt. quia dehonestat nobilitatem, id est posteritatem suam. de quo remitto me ad ea quæ ibi dixi. Nunc veniam ad graduatos, de quibus hic fit mentio: & circa hoc quæro, an quilibet graduatus contentus in hac regula gaudeat prærogatiua hic contenta, videlicet si est inhabilis vel ignarus. Et ecce videtur prima facie quòd non, quia quando lex loquitur de hominibus, videtur intelligere de idoneis. Matthæi vicesimosecundo, vbi dicitur quòd rex iratus contra inuitatos mandauit seruis quòd congregarent omnes quoscunq; inuenirent ad nuptias. & tamen postea videns hominem non vestitum veste nuptiali, mandauit eum incarcerari &c.

a Totũ tit' & vide do. Angel. Aret. in illo tit. §. si q̃s. vbi ponit pulchram quæstionẽ, scilicet, si sint plures expectãtes sub diuersis datis an tẽpus mẽsis currat posterioribus q̃diu primus potest acceptare beneficium vacãs &c. & vide eã ibidẽ quia seruit ad hãc materiã.

b Bal. bal. non apertè dicit ibi ꝙ pdat nobilitatem: sed bene dicit ꝙ filius cõtrahẽs matrimonium cum scorto

&

potest exheredari, et opus esset habere illū tractatū nobilitatis: quē author iste cōposuit vt videri possit super quo iure se fundet.

& legitur dominica xix. post Pentecostem. ergo sic videtur dicendum de istis doctoribus idiotis. & omissis iuribus vulg. faciat consil. Petri de Anch. ccccxvij. quod incipit, Plures ex prędictis. vbi concludit quòd statuto cauetur quòd stetur dictis denuntiatis, debet intelligi de idoneo. ideo non debet admitti bannitus vel aliàs inhabilis: ex quibus videtur quòd cum isti doctores idiotæ sunt fantasmata & dolores legum vel decretorum, vt ait Angel. in procemio digestorum: & in l. j. §. vitium. ff. de postul. & alibi dicit quòd sicut comes sine comitatu, ita doctor est sine scientia. hoc dicit in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. pro quo facit glos. in authen. de iudi. coll. vj. in princ. & in authen. de monachis. §. ordinationem. coll. j. quæ glos. præfert nouos doct. antiquis idiotis. & facit gl. no. in l. j. C. de anno. ciui. lib. xj. & l. fin. & ibi Bartol. C. de tyr. lib. xij. ergo sequitur quòd tales graduati sicut fiunt hodie in Italia maximè à comitibus palatinis, non deberent gaudere ista prærogatiua. Et in hoc superant Hispania & Francia totam Italiam: vbi non fiunt communiter similes doctores. & certè licet pro certo posset adduci quod dicit Bar. in simili in l. si quis in graui. §. si maritus. ff. ad Sille. alleg. etiam l. fin. §. diuus. ff. de publi. Tamen credo quòd isti doctorelli gaudeant ista prærogatiua, saltem iij. partis. arg. l. ij. C. de cri. fal. & c. si quis suadente. §. iij. xvij. q. iiij. & omnia iura superius alleg. intelligi debent nisi constet de cōtraria voluntate principis: quia tunc debemus obedire principi etiam contra ius, arg. l. auus. C. de emā. lib. & facit gl. in c. cum dilectus. de consf. & gl. in d. l. vbi gloss. dicunt quòd etiam in præiudicium tertij debemus stare verbis claris principis:

pis: & sic est in casu nostro. ergo &c. Item ad illud euãgelij dico quòd hoc dixit ibi rex iratus, vt ibi patet. ex quo sequitur quòd mandatum suum debebat intelligi cum temperamento discretionis, scilicet de idoneis. faciat l. si vindicari. C. de pœnis. Et si opponitur quòd dominus noster Iesus Christus approbauit ibi sentẽtiam illius regis: nam Christus Deus homo est incommutabilis, capit. incommutabilis. xxij. quæstione iiij. dico quòd hic confirmat opinionẽ meã: quia ipse vult quòd sit idoneus ille qui inter cæteros vocatur, sicut dicitur etiam in euangelio: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. nam debet intelligi si aliàs non moriatur in peccato mortali, quia fides sine operibus est mortua. cap. fertur. j. quæstione j. Et ideo concludo quòd satis est quòd qualitas hic inserta probetur quomodocunq; sit ille graduatus, siue aliàs sit idoneus siue non. nam nemo potest dicere Papæ, cur ita facis? sufficiat glos. in cap. quanto. de trãs. epis. & quod dicit Bal. in prælud. feu. & Papa non est in culpa: quia ipse præsumit quòd quilibet doctor est idoneus, vt dicit gloss. in dicta authen. de iud. Ideo potest dicere Papa, Absit, quòd ea quæ bono zelo agimus nobis imputentur &c. de occidẽdis. xxiij. q. v. Prædicta tamen possent intelligi vera, si aliàs ille doctor vltra ignorantiam patiatur alium defectum, puta quòd si sit theotonicus Hispaniæ, & allegatur de beneficio curato vel alia dignitate: quia ille non potest habere de iure beneficium curatum vel dignitatem, vt dixi latius in principio regularum expectatiuarum, & in tractatu nobilitatis. & allego ibi xlviij. dist. per totum, vbi prohibentur neophiti etiam in sacris, maximè in presbyteros ordinari: sed nullus potest de iure ha

Fides sine operib. est mortua.

re habere curatum vel dignitatem nisi sit in sacris, saltem post habitam possessionem, vt in c. cum in cunctis. de elect. faciat gloss. in cap. per laicos. xvj. quæst. vij. quæ dicit quòd neophitus non potest esse Abbas, ergo &c. Quinimo aliud dico, quòd non possunt hodie allegare consuetudinem in contrarium. nam cap. in xlviij. dist. est factum in Concilio Niceno, quod est vnum de quatuor concilijs generalibus. cap. sicut. xv. distin. & econtra Concilium generale de illis quatuor non valet consuetudo vel cõstitutio A quòd debet obseruari sicut quatuor Euangelia, vt ibi. & hoc dicit Ioann. Andr. in cap. fin. de rebus eccl. quem sequitur Bald. & allegat ad hoc in cap. j. §. imperialis. xxxj. coll. de pac. cõstit. x. ergo &c. & dico quòd hoc oportet intelligi vsque ad quartam generationẽ. Casus est mihi singularis in cap. cito turpem. §. denique. j. q. ibi, denique Moabitæ, & cæteri non intrabunt ecclesiam Dei vsque in tertiam & quartam generationem &c. Et ad cap. eam te. de rescrip. vbi dicitur quòd propterea nõ debet dedignari episcopus illum qui Iudæus extitit &c. Respondeo quòd loquitur in beneficio simplici, scilicet in canonicatu & non in curato; nec in dignitate, prout loquuntur iura antiqua: & non est iustum quòd propter vnum verbum illius decre. corrigantur iura antiqua, arg. l. præcipimus. C. de ap. cum alijs. Et non curo allegare ad prædicta, cap. cõstituit. xvij. q. iiij. quia posset cauillari. & ad istam regulã tunc respondeo, quòd satis est quòd ille doctor legum vel decretorum præsumatur idoneus quo ad scientiam, sed non quo ad alia obstantia: nam duo specialia non possunt concurrere in vna re vel in vno & eodem casu. l. j. & ibi Bart. & Bald.

a Cõstitutio. an autẽ Papa possit dispẽsare contra quatuor cõcilia. & videtur quòd sic. vt xxv. q. j. c. sunt quidam. & vide Inno. ĩ c. sup eo. extrà de bigam.

no

notant. C.de do.promiſ. maximè duæ fixiones, vt ibi. Item quia iſta præſumptio principis non habet locum in fundamento fidei malæ præſumptæ à lege. faciat in ſimili gl. in cle. j. de ſeque. quam ſequuntur Doct. in diuerſis locis & ibi. Et idem dicerem de ſimilibus qui aliàs ſunt inhabiles: puta ſi ſunt irregulares vel baſtardi vel furioſi per prima iura. Fateor tamen, quòd ſi inter duos nobiles concurrentes inter ſe vel inter familiares Papæ cõcurreret illa qualitas doctoratus, quòd etiã ſi non ſit doctus præfertur alteri per hanc regulam. tamen ſi alter eſſet doctor præferretur tali doctorello. & facit per hoc gl. in d l. j. C. de anno. ciui. lib. xj. & refert Barba. in procemio cle. ſe vidiſſe practicari, quòd tempore Eugenij IIII. vnus doctor idiota impetrauit beneficium, & alter doctus ſed non doctor etiam impetrauit illud ſub eadem data, quòd fuit prælatus doctus doctori idiotæ. Ideo dico, quòd ex quo in caſu præmiſſo ille doctoratus nõ venit ſimpliciter ſed acceſſoriè ad corroborandum nobilitatem &c. quòd non debeat habere locum, niſi vt dixi per prædicta. Et per hãc regulã quæ dicit ꝙ iſta qualitas habeat locum quãdo graduati nõ cõcurrunt inter ſe &c. Item inquantũ hic dicitur quòd ſimiliter inter omnes & ſingulos ſupradictos magis qualificati præferãtur &c. dico ꝙ hæc verba debẽt referri ad alios omnes, prout dixi ſuperius, ſed nõ ad graduatos: quia dictio inter excludit extrema & includit terminum cui adiũgit & mediũ extremorũ. gl. eſt mihi notab. in c. præſens. in prin. xx. q. iij. & in cle. j. in verbo inter ſubditos. de foro cõp. Et ideo quia ſuperi⁹ dicit ꝙ ſi omnes & ſinguli graduati inter ſe cõcurrãt &c. ſequitur ꝙ ibi excluduntur in illa parte alij qui non

Doctus nõ doctor præfert doctori idiotæ, ſeu doctorello.

ſunt

ſunt graduati. & iſtud quod ſequitur hic. & ſimi liter &c. debet intelligi de alijs non graduatis per prædicta. Item ad ea quæ dixi ſuperiori par te, quòd illa pars debet intelligi ſecundũ iſtã, dico quòd hic debet bene ponderari illud ver- bum ſeruato tamen ordine &c. ex quo videtur colligi intellectus §. ſuprà proximi. Item quæ- ſtiones quas ibi poſui in fin. iuuantur etiam ex iſto §. ſi rectè eius verba inſpiciantur.

¶ Septima pars principalis in textu.

ISti tamen familiares ſuæ ſanctitatis ſu- pradictis duodecim familiaribus cardi- nalium cæteris paribus præferantur.

ET iſta pars erit aliquo tempore fortè obſcu ra, vt arbitror tam in curia quàm alibi pro- pter dictionem tamen, hic poſitam quæ eſt ad- uerſatiua præcedentium vt vult gloſ. iũcto tex. in l. cum hic ſtatus. §. ſi diuortiũ. a ff. de don. in- ter vir. & vxo. Ideo videretur quòd aduerſetur præcedenti parti. Itaque ſit ſenſus, quòd licet magis qualificati præferantur minus qualifica- tis vt ibi, tamẽ familiares Papæ poſt aſſumptio- nem præferantur familiaribus duodecim car- dinalium, ſi ſint pares in diligentia proceſſus & in data: & ſi ſic intelligeretur foret abſonus intellectus, vt patet ex proximo §. iuncta quin- ta parte. Ideo ſumo ſecundum quòd intelligo, & intellectus verus ſit iſte, ſcilicet quòd licet inter familiares Papæ, & xij. familiares cardi- naliũ debet obſeruari ius cõmune, vt ſ. in hac parte: & inter omnes debet magis qualificatus minus qualificato prçferri, vt ſ. ꝓx. parte: tamẽ ſi omnia iſta ſunt paria, familiares Papæ præfe rant familiarib. cardi. & ſi diligẽtia ꝓceſſus & data

Hęc dictio tamẽ, dicit eſſe aduer- ſatiua ꝑce- dentium.

a §. ſi diuor tium. Adde Bal. in l. j. in princ. in j. coll. in fi. ff. ſi q̃s ius di. non ob- tem. per l. quid tamẽ. de arb.

ta & qualitas sint æquales, quod tunc familiares Papæ præferantur alteri. hoc dicit. Et iste intellectus apparet ex litera si rectè intelligitur ibi, cæteris paribus &c. Nam ablatiuus absolutus inducit conditionē.a l. à testatore. ff. de condi. & demon. ideo sonant ista verba cæteris paribus, id est, si cætera sint paria: & sic omnia præmissa: nam cæterorum & reliquorū appellatione omnia veniunt, quando non est terminus restrictiuus cui adiungūtur illa verba. l. cæterorum. ff. de verb. sig. & l. ij. C. de hære. insti. ergo sequitur, quòd iste versus debet intelligi quòd omnia supradicta sint paria, scilicet data & diligentia processus vel creatio in canonicū & cæteræ qualitates supradictæ: aliàs foret iniquum quòd vnus stabularius Papæ præferretur cuidā nobili vel doctori familiari Card. de xij. si essent ęquales in data & fulminatione processus: & quòd ista dictio tamen referat hic quintam partem: licet alijs etiam §. vel versus sit in medio. hoc vult glos. iuncto tex. in d. §. si diuortium. si rectè intelligatur: & quòd sit verum, patet hic in relatiuo ipsi, quod refert familiares post Papatum: nam de alijs non est dubium, vt patet in tertia parte, maximè iuncta parte proxi. ergo oportet quòd iste §. repetat familiares dictos in quinta parte. & etiam in casu nostro non esset magnum dicere, quòd ista dictio tamen poneretur pro maximè propriè vel pro tātum, vt vult gl. in verbo si tamē. vj. dist. in c. testamentum. q. d. quòd hoc sit speciale in familiaribus Papæ, scilicet quòd cæteris paribus familiares ipsi pręferātur familiaribus xij. Card. Ex supradictis infero quòd conclusio quam dixi s. in v. parte, scilicet quod familiares xij. Cardi. diligentiores in processu præferantur familiari

Ablatiuus absolut' inducit cōditionem.

a Cōditionem. de ablatiuo absoluto adde Bald. in in l. j. in ij. coll. C. quā lice. ab empt. discedere. Bartol. in l. iij. §. deinde. ff. de incē. ruina, naufr.

bus Papæ, ſit vera: & debet intelligi ſi æqualiter ſint qualificati, vt ſ. proxi. §. & hic. Et ſi aliquis dubitaret, in quo familiares Papæ ſint magis priuilegiati hic quàm cæteri poſiti §. proxi. Reſpondeo, quia illa quæ ibi dicuntur non intelliguntur in iſtis familiaribus, ſcilicet quòd præſens præferatur abſenti, vel non beneficiatus beneficiato: quia iſtud verbum, cæteris paribus, refert ſuperiora & non inferiora: nam ad ſuperiora & non ad inferiora debet fieri relatio, vt dicit gloſ. inſti. de hære. inſti. §. hæreditas. Ex quibus infero, quòd ſi familiaris Papæ ſit beneficiatus, & familiaris Card. de xij. non, quòd familiaris Papæ præfertur ſibi, ſi in alijs ſint æquales, per prædicta. Item infero, quòd ſi familiaris Papæ fuit abſens pro negotijs ſuis à curia de licentia Papæ, vel magiſtri domus, & ſtatim reuerſus, quòd pręfertur familiari Card. præſenti in curia: nam per illam abſentiam nõ deſinit eſſe familiaris, arg. l. ſeruo. inſti. de rerũ diui. & dixi in iij. regula primarum regularum: licet nec diceretur abſens etiam ſtatim reuerſurus, arg. l. non videtur. ff. ex quibus cau. maio. Tamen in caſu cõtrario dicerem ſecus, ſcilicet quòd ſi familiaris Cardi. eſſet abſens à curia ad certum tempus, etiam de licẽtia Cardinalis, vt etiam eſſet graduatus extra ſtudium vniuerſale: & familiaris Papæ eſſet præſens in curia tẽpore vacationis beneficij, quòd præferretur familiaris Papæ alteri ſi cætera ſint paria: & hoc per §. ſequentem iuncto iſto per prædicta maximè, quia vnum priuilegium non perditur per aliud in eadẽ perſona. l. maior. C. de dig. li. xij. Ideo priuilegium huius partis non facit ceſſare priuilegium ſequentis §. ſed quia hic fit mentio de familiaribus Papæ qui poſt eius aſſumptionem

nem venerunt ad familiaritatem. Et quia pos- set dubitari quæ dicitur assumptio Papæ: & di co in casu, q debet intelligi de electione ipsius Papæ & nõ de coronatione: ideo dico quòd familiares post electionem A & ante coronationẽ, dicuntur post assumptionem venisse. faciunt ea quæ dixi in procemio primarum regularum: & sufficiat ad hoc glos. in data vj. lib. & in cap. fi. de conces. præbend. eo. libro, vbi notat Domi. & debet intelligi hic & suprà in quarta parte de omnibus familiaribus Papæ etiam qui post datam eius venerũt ante vacationem: quia ista lex semper loquitur in omnibus authẽticis inci pientibus, sed hodie vel hodie. Et quòd hic de- bet attendi tempus vacationis quo ad has qua- litates, patet ibi in assecutione beneficiorũ &c. maximè iuncta l. cognatis. ff. de reb. dub. faciat quod dicit Domini. in cap. si pauper clericus. de præbend. lib. vj. ¶ Item quia sæpe dubita- tur in curia: quid de familiaribus familiarium, an gaudeant hac prærogatiua. Et dixi aliquid suprà in tertia regula in primis, & nunc addo, quòd licet Papa Io. xxij. dixerit quòd erat ca- sus de hoc in. l. quæsitum. §. si instructum. ff. de fun. instru. scilicet vt dicatur familiaris ille qui seruit alicui alteri familiari, vt refert Salic. B in l. C. de epis. & cle. & ad hoc faciũt iura, quæ al- legat in simili proposito Old. cõsi. xj. quod in- cipit, thema tale est. vbi concludit per multa iu ra, & allegat etiam d. §. quòd legatum ad vsum pauperum etiam intelligitur pro seruientibus pauperibus. Tamen hoc intelligo verum quan do ex seruitio illius familiaris ille principalis familiaris Papæ citius seruit Papæ, & stant bo expensis papæ: & sic fundatur ex dicto §. si instructum. cum glossa sua ibi, pædagogia: & vbi vide

a Post electionẽ. Nã Papa ele- ctus nõ in diget cõfir matiõe: nã post electio nem, conse quitur ple- nam pote- statẽ admĩ nistrãdi: & cum nõ ha beat supe- riorem, nõ cõfirmatur ei9 electio. vt p Spec. in ti. de re- scrip. præ- sent. §. ix. versi. Item quòd obtẽ tum. Bald. in l. fi. ij. co lũ. versi. & dicit Inno. C. de qua- dri. pscrip.

b Salic. in l. ij. C. de epis. & cle ri. in fin. l. am ponit hanc quæstionẽ, & vbi vide p

quas leges probat istã cõclusionẽ quòd seruiens familiari Papæ est familiaris ipsi⁹ Papæ.

ibi præsto essent &c. Et hoc vult licet per alia verba Oldra. consil. ccxiiij. quod incipit: verũ aliquando. iuxta finem. Licet loquatur incorrectè. Sed cur sunt multi familiares Papæ, quorũ opera non indiget Papa nec recognoscit eos, nec seruiunt sibi: sed potius Papa eis seruit ministrando eis expensas, & habet eos propter importunitatem principum & Cardinalium: & tunc dicerem quòd licet isti tales gaudeant ista prærogatiua, tamen eorum familiares non, arg. l. nã socij. ff. pro socio. vbi dicitur quòd socius mei socij socius meus non est. Item quòd vasallus mei vasalli vasallus meus non est. Et libertus mei liberti libertus meus non est. l. Modestinus. ff. de verb. signifi. & facit c. legitur. lxxxj. di. cum gloss. fin. Ideo quia familiaritas est quędam societas vt dicit Ioan. And. in c. sicut. de verbo. signifi. lib. vj. sequitur quòd familiaris, familiaris non gaudeat priuilegio familiaritatis, nisi sicut dixi. Ex quibus infero, quòd familiares prælatorum Papæ, quibus datur portio pro certis familiaribus à Papa quòd isti gaudeant ista prærogatiua: quia sine illis prælatus non potest seruire Papæ commodè, & impediretur in seruiendo Papæ saltem tardius: & hoc per dictam l. quæsitum. §. si instructum. ff. de fundo instructo. cum gloss. pro quo facit glos. ij. in dicto cap. legitur. xcj. distinctione. Tamen dico quòd si Papa daret portionem pro quatuor, & prælatus haberet decem, & non nominaret illos quatuor quòd nullus ipsorũ gauderet: quia incertum ratione vnius dicitur respectu omniũ incertum. faciat glos. in verbo, inhabiles. in capitulo, cupientes. §. cæterum. de elect. lib. vj. & facit ad hoc quod dicit ex ista glos. ibi Pet. de Ancha. & Domi. etiam ibidem. & faciant iura

Familiaritas dicitur esse quædã societas.

quæ

quæ allegant glos.pro & contrà in cap.nolite. xj.q.iij. & hoc volui dixisse vt consulatur dominus noster quando fecerit declarationem super hoc.

¶ Octaua pars principalis in textu.

ET inter omnes & singulos supradictos & alios quoscunque cæteris paribus presentes in dicta curia qui eam per sex menses ante vacationem beneficiorum secuti fuerint absentibus.ab eadem etiã graduatis extra vniuersitates locorum in quibus studium vigeat generale. Et inter præsentes inter se simul concurrentes vel absentes inter se nõ beneficiati beneficia quomodolibet obtinẽtibus pariter preferãtur.

ET ista pars hoc dicit in effectu, quòd si omnia sint paria: scilicet quo ád qualitates & quo ad fulminationem processus, & quo ad datam, quòd præsens in curia præfertur absenti etiam graduato extra vniuersitatem, & non beneficiatus beneficiato: & hoc dicit. Et circa istã partem arbitror, quòd tam in curia quàm extra eam multi ignorantes exponent multas pecunias ad aërem, & doctissimi viri etiam ignorabunt ius intellectum propter verbum, pariter præferantur, infrà positum. Nam vt dixi sæpe superius maximè in tertia parte, ista dictio pariter refert superius dictum in alijs §§. Ideo videretur dicendum quòd hic contenti tollant diligentias processuum aliorum quibus præferuntur: quia in secũda parte & in vj. dicitur quòd qualificati ibidem contenti tollant diligentias

processuum &c. ergo simile dicēdum est hic de hic contentis propter verbum pariter hic positum: quod est repetitiuum qualitatum superius positarum. sufficiāt gl. quas superius allegaui, scilicet in c. cupiētes. §. ad hoc. & §. insuper. de elect. lib. vj. quas notat ibi Dominicus ad hoc. Sed certè hoc nō obstante dicendū arbitror cō trarium: nam si rectè intellexi, tunc, scilicet tempore cōditionis huius regulæ, fuit alter casū valde, an præsens in curia tolleret diligentiā processus absentis. Et fuit dictū quòd non. Et propterea ponebatur hic, cæteris paribus &c. Et circa hoc sciēdum est, quòd in regula Pauli nō erat hoc verbum pariter, nec in regula Sixti si recordor: nec erat istud quod est nūc hic de graduatis absentibus: & hoc fuit positum ex causis quas infrà subijciam. sed quòd hic nō tollatur diligētia processus patet, quia iste §. venit depēsiuus à §. superius proxi. immediatè, & non ab alijs superioribus: nam ad proxima tantum facienda est relatio. sufficiat gloss. cum tex. in l. si idem cum codē. §. fi. ^A ff. de iuris. om. iu. Et ponderanda sunt verba hic posita, scilicet inter omnes & singulos supradictos &c. quia debēt referri hic singula singulis. sufficiat gl. iūcto tex. l. fi. C. de fideicom. & sit sensus in tota ista regula ponendo exemplum, scilicet quòd si filij ducum concurrant inter se, & cætera sint paria: tunc debet seruari quod hic dicitur. & idem de officialibus & de alijs nobilibus concurrentibus inter se, si sint pares in omnibus &c. scilicet in data & fulminatione processus & creatione in canonicos &c. non debet fieri brodium de omnibus supradictis, scilicet quòd si concurrat vnus officialis de supradictis cum filio ducis &c. quòd seruetur hoc quod hic dicitur. Sed

a §. fina. quod tamē hic dicit nō est simpliciter verū de relatione: sed vide Bart. in d. §. fi. vbi plenè distīguit de relatione ad quæ referat: an ad ꝓxima an ad supiora an ad oīa: sed quo ad præsentem tractatum, puto verū dicere authorē, scilicet quòd relatio hic fiat ad proxima, materia præsens hoc exposcit.

debet

debet referri quod hoc dicit, prout dixi, si cæte ra sint paria: scilicet quo ad qualitates quo ad ius cõmune: & debet hic subaudiri illud quod dicitur suprà in vj. parte, scilicet seruato ordine literæ &c. Et ablatiuus absolutè positus hic ibi, cæteris paribus, inducit conditionem: id est si omnia supradicta sint paria, vt suprà dixi: & hanc credo esse veritatem salua correct. Et ex prædictis firmo hic conclusionem sequentem, videlicet quòd nullus contentus in hac parte viij. tollit diligentiam processus alterius, nec creationem in canonicum: quinimò dico quòd absens à curia diligentior in processu præferatur præsenti in curia si in alijs qualitatibus sint pares, maximè si absens sit graduatus etiã extra vniuersitatem, de quo fit mentio hic. Et quòd hoc sit verum, demonstro clarè: nam in quinta parte suprà mandatur seruari ius commune inter familiares Papæ post assumptionem venientes, & inter graduatos extra vniuersitatem hic contentos: quomodo ergo posset intelligi quòd solus præsens in curia non familiaris Papæ, sed aliàs est stabularius cuiusdam curialis, esset maioris prærogatiuæ quàm familiaris Papæ qui non tollit graduato diligẽtiam processus, vt dicit s. in v. parte, quod esset absonus intellectus. Ideo ad euitandum absurdum oportet quòd sic intelligatur, argu. c. cum inter priorẽ. de excep. & c. dudum. de præbẽd. li. vj. Item in eo quòd dicitur hic, cæteros quoscunq;, debet intelligi in alijs priuilegiatis qui habent priuilegia extra regulam, de quibus dicam aliquid in sequenti parte. Itẽ inquantũ hic dicitur de præsentibus in curia, debet intelligi de præsentia corporali, [A] & non intellectuali, de qua loquitur l. coram. de verbo. signifi. Ideo

a Corporali. Bene dicit: quia p̃sens proprie est qui personaliter est præsens. & se sensib⁹ hominum exhibet: vt dicit gloss. in cle. dudũ. in verb. p̃sentari. de sepult. vbi etiã d. Cardi. & dominus Sicul. in ca. cum parati. de app. j. col. versi. Item nota.

licet præsens in curia non intelligat curiã, gau det hac prærogatiua: nam illa lex loquitur de actibus factis coram aliquo &c. & casus noster est alius, vt patet ad oculum ipsa experientia naturali: ideo nõ indiget probatione legali vbi non apparet. §. illud ff. de verbo. oblig. quam al legat ad hoc Bald. in c. j. in vij. col. an agnatus vel filius defuncti. coll. x. ad quod faciunt verba sequentia ibi, secuti fuerint &c. Et hoc dico ad propositũ, quia multi sunt asini sine albardis in curia & magni & parui, qui tãtum intelligũt curiam sicut mula mea: tamen gaudẽt hac prærogatiua: & si sit bene factum vel ne, tu videris. Tamen visum est iustum, quia honorant curiã, sed deum minime. Et ad hanc partem tunc alle gaui l. j. C. de præposi. laborum. lib. xij. in arg. tamen dicebam, quòd præsens in curia præfer retur absenti graduato extra vniuersitatem, sci licet si cætera erant paria, videlicet quòd vterque esset graduatus &c. sed aliter visum alijs.

¶Item inquantũ hic dicitur, quòd non abẽs beneficium præferatur habẽti, dico hoc iustum per multa iura quæ allegaui in alijs regulis, maximè in illa de concurrentibus super vacantibus. sed pro nunc sufficiat c. cum secundum. de præbend. & c. postulasti. de rescrip. in simili Et ista regula gaudet habens in forma pauperum, etiam contra illum qui habet beneficiũ, sed nõ valoris x. ducatorum: & hoc patet hic, ibi, beneficia quomodolibet obtinentibus &c. Et nõ obstat regula ij. s. quia illa loquitur quo ad aliam prærogatiuam, scilicet quòd si habens in forma communi sit diligentior in processu præfertur pauperi si non habet x. ducatos in benefi cio: sed casu quo sint ambo æquales in fulmina tione, posset pauper vti ista regula etiam si ha-

beat

beat beneficium minoris valoris : & sic dico in omnibus alijs cõtentis in hac regula, quòd pauper potest etiam vti contra pauperes vel quoscunque alios ista regula, arg. l. maior. C. de dig. lib. xij. cum glos. Item dico quòd quo ad dispositionem istius regulæ non dicitur beneficiatus qui habet pensionem quam non reputo[A] beneficium : quia non habet requisita beneficij : de quo latissimè dixi in dicta regula ij. licet gl. in clem. ij. de vita & honest. cleric. dicat quòd sit beneficium pensio. Et vltra prædicta pono hic vnam quæstionem de qua pridie fui interrogatus : scilicet si vnus graduatus extra vniuersitatem sit creatus in canonicum, & familiaris Papæ de secundis est diligẽtior etiam in processu, & ambo præsentes in curia vel absentes, quis eorum debeat præferri. Et ego respondi & iterum firmo hic, quòd graduatus debet præferri: & ratio est, quia inter eos debet seruari ius cõmune, vt suprà in sexta parte : sed de iure communi creatus in canonicum tollit diligentiam processus alterius quo ad præbendam tantũ. vt in capitulo, duobus. de rescriptis. libro sexto. & capitulo, eum cui. de præbendis. eodem libro. ergo iste graduatus creatus in canonicum tollit diligentiam processus familiaris Papæ de secundis vt hic, & suprà quinta parte. Et licet dignitas & præbenda & præstimonia computentur pro vno beneficio, vt suprà in regula secunda, tamen hoc verum quo ad aggrauationem collationis ordinarij, vt ibi dixi : & hoc per istum textum in dicto capitulo, duobus. & per multa alia iura quæ omitto causa breuitatis. Et dixi in dicta regula. Et hæc pro nunc sub correctione.

a Non reputo. idem tenet dom. Fel. cap. ad audiẽtiam. lo. ij. de rescript.

¶Nona & vltima pars principalis in textu.

SAluis prærogatiuis, & antelationibus cæteris suis familiaribus continuis commensalibus in cancellaria prædicta seu literis desuper conficiendis describendis per eundem sanctissimum dominum nostrum concedendis: quibus per hanc constitutionem noluit in aliquo derogari.

ISta vltima pars dicit, quòd per hãc regulam non vult Papa quòd derogetur describendis per S. S. quo ad prærogatiuas hic positas. hoc dicit. Et super istis verbis vidi tẽpore Sixti declarari de vna quæstione, scilicet an descripti per Papã relinquantur dispositioni iuris cõmunis inter se, & ꝙ nullus vteretur prærogatiua huius regulæ: puta si erat vnus nobilis vel graduatus, & aliter nõ, sed erat diligentior in processu, vel creatus in canonicũ: an in præben. vacante deberet seruari ius cõmune. Et videbatur quòd sic, quia casus omissus à statuto relinquitur dispositioni iuris cõmunis. lege, cõmodissimè. ff. de liberis & posthum. c susceptum. de rescrip. lib. vj. & l. si extraneus. ff. de condictione ob causam. sed iste casus est omissus hic. ergo &c. Nihilominus contrariũ tunc respondi, & dixi quòd per istam regulam non præiudicatur sibi quin gaudeant istis prærogatiuis huius regulæ, & etiam alijs maioribus. argumen. l. j. C. de primicer. lib. duodecimo. & l. decurionibus. C. de silent. & decurionib. eodem libro. & facit text. & quod ibi not. Bartol. in l. iij. ℘. si emancipa

Casus omissus à statuto relinquitur dispositioni iuris cõmunis.

Nota hic dicta, quia pulchra sunt.

cipatus.lo.j.ff.de contratab.& Bald.in l.si Rufinus.C.de testam.milit.vbi dicunt quòd priuilegium non debet interpretari contra priuilegiatum,etiam si habeat aliud priuilegiũ maius vel minus:& facit quod dicunt canonistæ post Io.Andr.& Archid.in c.cum aliquibus.de rescript.lib.vj.pro quibus facit l.ij.C.de dignit. lib.xij.facit quod dicit Archi.in c.sacrosancta. xxij.distinct. vbi dicit quòd electus in Papam etiam dicitur cardinalis,argumen.l.ius signatorum. C.de dig.lib.xij. quod intelligo verum, si antè erat Card.aliàs secus,vt dixi aliàs alijs tractatibus. Ex quo dixi in tractatu Concilij, quem direxi Sixto Papæ iiij:quòd Papa depositus à papatu remanebat Card.nisi deponeretur à papatu & etiam cardinalatu,sicut fuit depositus Papa Ioannes xxiij. scilicet in totum etiam à cardinalatu. Et fuit depositus in Concilio,& intrauit Florentiam vbi erat Papa Martinus v.legitimè electus,tanquàm simplex clericus,& fecit eum tunc Papa cardinalem de nouo. Sed ille fuit vna bestia in renuntiando,quia si non renuntiasset,totus mundus non potuisset eum deponere, vt ibi dico per iura vulgaria. sufficiat capitul.nemo.& cap.aliorum.& cap. facta. ix.quæstione tertia , & capitul. si Papa. xl.distinctione.maximè quia non fuit accusatus de hæresi.[a] sed de simonia principaliter. & habeo articulos datos contra eum & sententiam : sed transeat cum alijs erroribus suis: quorum vnus fecit ire personaliter ad Concilium, sed debebat misisse legatum . Item dixi aliàs ex prædictis quòd auditor factus Cardin.non perdit auditoratũ, vt dicebat dominus Cardinalis sancti Angeli Hispanus qui fuerat auditor,& intrauit in vna causa in Rota, & allega

a- Hæresi. Et bñ.nam Papa non potest accusari,nisi de hæresi: & cõciliũ erit iudex. not. archi. in c.ĩ fidei fauorẽ. de hęr.lib.vj. Idẽ si peccatũ suum est publicũ & ex eo scãdalizat̃ eccl'ia.not. gl. quæ reputat̃ sing. in c. si papa.xl.dist. Nã si is q̃ est vnctus peccauerit faciet populũ delinquere, scilicet p̃ malũ exẽplũ. in c. magnæ. de vot.no. ab.post hostien. in c. pposuit.de cõcess.pbẽ.

legaui hoc. sed certè hoc intelligerem verum, nisi dignitas maior esset incõpatibilis cum minori, quia tunc statim vacat minor, arg. cap. de multa. de præbend. & sic est in auditoratu, sed non in papatu. Et in casu nostro proposito concludo, scilicet quòd ista regula non tollatur per alias prærogatiuas maiores: ex quo tunc dixi, & nunc etiam firmo quòd si cætera sint paria inter descriptos, quod debet inspici quis sit primus nominatus à Papa, & ille præfertur de iure communi, argumẽ. l. in albo. ff. de al. script. & text. in §. hoc quoque. xvij. distin. & facit glos. in cap. propter. xvj. distinct. & ad hoc facit ista regula suprà in sexta parte, & quod ibi dixi de alijs tacitè ibidem cõtentis, scilicet de filijs regum &c. scilicet quòd inter eos debet seruari etiam ordo in prælatione: & aliàs fuit dubitatum si sint æquales isti descripti, sed vnus est diligentior in processu. an primo nominatus præferatur eidem. Et nunc dico per prædicta quòd sic, quia si debet seruari ordo etiam inter alios tacitos in hac regula vt primò descriptus tollit diligentiam alterius, vt ibi dixi, ergo etiam inter istos. ¶ Item sæpe dubitaui de quo deseruit ista pars quæ ponitur in hac regula, & alij pontifices etiam idem fecerunt: nam si Papa voluit dare aliquam prærogatiuã istis, potuit dedisse vnico verbo & dicere, quòd volebat eos præferri omnibus alijs: & hoc sufficiebat sine ista protestatione: quinimo non datur eis aliqua prærogatiua quousque appareat de descriptione in cancellaria, vel de priuilegio: nam etiam si hic non dicatur, quòd eis non præiudicetur, non propterea sequitur, quòd sibi datur hic aliquod priuilegium, nisi de eo appareat. facit gl. notabilis in c. j. de fid. instrumen. quam cõmendat

dat Bal.in simili proposito in c.j.de feud.guar. in ij.col.colla.x.vt infrà dicam : nisi dicamus quòd protestatio ista operatur humanitatem Papæ:vt sciant omnes quòd clàm non vult ali cui præiudicare,sed palàm.Et ne posset aliquis conqueri de facto de eo, scilicet quòd fecit hãc regulam,& postea derogaret ei clàm:nam prin ceps debet habere curam maximorum , & magnorum,& etiam paruorũ,vt in authen.de defen.ciuit.§.quæ igitur. col.iij.præsertim quia nullus clericus debet alteri etiam de facto nocere.c.fin.de postul.& ibi not.Anton.& Abb.& est bonus text.in c.denique.xiiij.q.v.in fin.ergo à fortiori dicendum est de Papa exemplo CHRISTI dicentis, Qui vnum ex istis pusillis scandalizauerit &c. crederem tamen quòd ista verba hic posita potius noceant istis descriptis quàm prosint, quia si hic non fieret mentio de familiaribus continuis cõmensalibus,tunc si haberent prærogatiuas ad partem præferrentur omnibus quibuscunque, etiam si Papa moreretur qui fecit regulam : & etiã prærogatiuæ eorum durarent,licet regula expiraret cum conditore, vt erat positum in prooemio tempore aliorum pontificum.sed hoc tẽpore Innocentij contrarium est verum, vt in prooemio expectatiuarum.tamen quia hic ponuntur ista verba mortuo Papa cessaret ista prærogatiua , quia familiaritas est quædam societas quæ morte finitur alterius.instit.de societate.§.soluitur.& hoc dicit Ioan. And.in c.fin.de verb.sig.lib.vj.Quinimò etiam posset dici de mero iure, quòd etiam stante prooemio supradicto mortuo Papa fortè expiraret prærogatiua familiaris descripti , ex quo cessat familiaritas. Sed de æquitate cõtrariæ foret verum,cum non fuerit culpa illius familia

miliaris mors pontificis, argumen. l. iij. de condition. institut. & c. cum non stat. de regul. iur. lib. v. Et ex prædictis posset dici iuncta ista cauda, quòd si familiaris descriptus etiam viuente Papa desinat esse familiaris, maximè culpa sua, & postea vacat beneficiũ, quòd non gaudet ista prærogatiua, quia cessauit familiaritas. ergo &c. argumen. c. cum cessante. de appellatio. & non vigore istius regulæ, vbi dicitur scilicet in secunda parte, in assecutione beneficiorum &c. quia illa pars non comprehendit istos descriptos, vt hic. Tamen fortè de rigore esset hoc verum: sed de quadam æquitate posset dici contrarium, ex quo non comprehenduntur sub ista regula, deberet tamen declarari. Vnum tamen non omittam, quòd si filius vel nepos imperatoris vel regis maximè non recognoscentis superiorem, concurreret cum aliquo descripto, & esset diligẽtior in processu, quòd præferretur descripto: & hoc probo, quia dispositio generalis non comprehendit reges vel filios eorũ nisi de eis faciat mentionem. c. fin. de offic. delegat. lib. vj. & c. ne aliqui. de hæret. eodem lib. vtrobique notat Domi. sed in hac regula nõ fit mentio de illis, ergo relinquuntur cum istis descriptis iuri communi: sed ius cõmune est diligentia processus. c. duobus. de rescrip. lib. vj. ergo &c. quia casus omissus relinquitur iuri communi, vt dixi suprà. l. commodissimè. ff. de liber. & posthum. Quinimò non esset magnum tenere quòd illi etiam præferrentur cæteris paribus & etiam cæteris non paribus per supradicta. Ideò debes consulere domino nostro quòd in descriptione dicta quòd præferantur omnibus & singulis quibuscunque etiam si imperiali aut regali authoritate præfulgeant &c. Et quia in dies

Dispositio generalis Papæ non cõprehendit reges.

dies dubitatur de istis descriptis & de alijs priuilegiatis habentibus ad instar descriptorum & de alijs multis, scilicet quis eorũ habeat maiorem prærogatiuam &c. Ideò ponam hic omnia genera prærogatiuarum succinctè tam de iure quàm aliàs. Et dico quòd omnes prærogatiuæ quæ possunt reperiri, sunt quinque. Nam quædam sunt de iure cõmuni: & istæ sunt tres, scilicet data, item creatio vel receptio in canonicum, tertia est diligentia processus, scilicet fulminatio quam fecit executor datus in bulla. Prima præcedit & tollit alias duas, & secunda tollit tertiam, vt probatur hic apertè in d. c. duobus. de rescript. lib. vj. Et propterea cõmuniter pontifices faciunt vnam datam, vt nõ tollant ius alterius, & prærogatiuas huius regulę. & sic fuit responsum tempore conditionis huius regulæ, scilicet quòd non fieret nisi vna data, ex quo fiebat ista regula prærogatiuarum: tamen bene fuisset posibile quòd staret ista regula etiam si forent tres datæ, scilicet quòd inter primos primæ datæ staret regula, & inter secundos etiam, & sic de tertijs. sed fuisset magna cõfusio. Et ex prædictis dico, quòd si Papa vellet quo ad vnum tantũ tollere istam regulam, vnico verbo posset facere, scilicet dando per diem ante calen. Nouembris, videlicet pridie calen. Nouẽbris; quia per hoc tolleret istam regulã, & omnes expectatiuas sub data calen. Nouem. per d. c. duobus. Itẽ aliàs est ficta ꝓrogatiua de iure cõmuni de qua nõ reperit̃ textus expressus: sed tantũ propter authoritatẽ Io. An. in d. c. duob. quẽ sequit̃, & ibi moder. & in c. quãuis. eo. ti. lib. vj. scilicet motus ꝓprius: & Rota iudicauit sæpissimè, ꝙ tolleret diligentiã ꝓcessus, licet aliàs ego allegauerim in cõtrarium, dicẽs quòd

Nota hãc epilogationem vt bene intelligas præcedentia.

quòd motus proprius non operatur aliquid vltra casus expressos in iure, vt dicit glos. notab. in clem. si Romanus. de præben. & illam ad hoc allegat Sicul. in c. quia circa. de consang. & affin. & clarius tenet hoc Card. in d. clem. in duobus locis. Ad tollendum tamen hoc dubium Papa dedit omnibus motu proprio: & bene etiam ad hoc, vt pro absentibus posset quis impetrare expectatiuam: & facere fulminari sine mandato, vt dixi suprà in alijs regulis expectatiuarũ, vbi allego deci. ccxciij. quæ incipit, Item purificatio. Quod procederet etiam sine motu proprio. facit glos. in c. ad aures. & c. nonnulli. de rescript. sed motu proprio A non est dubium: & sic practicatur. Tempore tamen Pauli consului quòd vnus prerogatiuus qui tollebat diligentiam alterius tolleret etiam eius motũ propriũ: & sic fuit practicatum. Ex quo dico nunc quòd si vnus haberet in forma communi motu proprio non tolleret diligentiam processus habenti in forma pauperũ cui non dantur motu proprio: quia ille pauper tollit sibi diligentiá processus, & alias prærogatiuas: ergo etiam tollit sibi motum proprium per regulam secundã suprà eodem. Fateor tamen quòd si habens in forma communi non haberet beneficium, quòd tolleret diligentiam processus pauperis per superius dicta. Et in casu quem dixi me consuluisse sic fuit practicatum an. lxxiij. & sic respondit mihi Gabriel de Contareno auditor bon. me. quia ex quo tolluntur prærogatiuæ expresse in iudicio per motum proprium, à fortiori nõ expresse per iura vulgaria. faciat cap. super eo. de vsu. ¶ Secundæ prærogatiuæ sunt istius regulę super quibus multi depascámini ignorantes regulam dicendo, dio te la mande bona. sicut faciebat

Motus proprius Papę quomodo operetur.

a Motu proprio. Mot⁹ propri⁹ an amplietgratiam vltra pręsumptã intẽtionem cõcedẽtis, vide semper d. Fel. in c. ad aures. v. col. versicu. sed difficillimũ. & ibi plura vide bis de effectu dictæ clausulæ: scilicet motu proprio.

ciebat medicus imperitus qui vno collyrio omnes infirmitates curabat, arg. c. fi. xxix. dist. in fi. & de istis prærogatiuis satis est dictum superius. ¶ Tertiæ prærogatiuę sunt, scilicet per priuilegium Papæ: & de istis pro nunc nescio aliud priuilegium q̃ istorũ descriptorũ siue in lib. cãcellariæ, siue aliàs. vt hic dicitur. Et circa hoc est sciẽdũ, ꝙ describere nõ est aliud quàm quædam scriptura in vna matricula facta per principẽ. sufficiat ad hoc glossa iuncto textu in verbo descriptione. in auth. de armis. §. sin autem. coll. vj. Vnde Papa sua manu describit aliquos vel mãdat describi in cancellaria vel in camera sua, & vult eos præferri omnibus, exceptis cardinalibus: & illi vocantur descripti, & isti sunt priuilegiati. de quibus loquitur hæc finalis pars. & hoc dico ad tollendum fantasias officialiũ in curia, scilicet scriptorum & abbreuiatorum & solicitatorum &c. dicendum ꝙ habeant priuilegium, scilicet quòd sicut descripti gaudent &c. Sed certè credo illos somniare, quia si habeãt priuilegiũ ab alijs pontificibus, etiam si sint descripti, verè cessauit eorũ priuilegiũ, prout dixi superius. & si habent ad instar illorũ à fortiori cessauit, vt in simili dicã infrà, ergo &c. ¶ Quartæ prærogatiuæ sunt ad instar istorũ descriptorum: & quia de istis quotidie est altercatio, & aliqui volũt istos tanti facere & æquiparare descriptis, & mea sententia male intelligẽtes, vt vidi tempore istius Papæ post mortem Sixti. Quinimo volebant quòd licet prærogatiuæ descriptorum expirassent, sed istorum dicebant quòd nõ per mortem Papæ, de quibus dixi in alijs regulis in regula decima. Ideo de istis aliquid est dicẽdum. Et primò quia hoc est verissimum, ꝙ priuilegiũ descri-

Nota qui dicãtur descripti: qa suprà in multis locis fecit mẽtionem de descriptis.

ptorum expirauit per mortem Papæ, vt dixi superius. & hoc habent pro certo auditores, licet aliqui dicāt, quòd familiaritas est quædam locatio vt voluit Petr. de Anch. in vno cōsilio. pro quo facit l. iij. ff. de vsufruct. leg. Tamen etiam si hoc esset verum, locatio illa cēseretur facta viuente domino. ideo eo mortuo finiretur. A arg. instit. de vsufruct. §. finitur. & facit quod not. Bal. in cap. j. quis dicatur dux. super parte soldata. collat. x. vbi notat quòd soldata est præstatio annua quæ à neutra parte transit in hæredem, ideo morte dantis vel recipientis finitur: & sic est in casu nostro. Et ex hoc sequitur, quòd si finitur ista prærogatiua descriptorum: ergo à fortiori illorum qui habēt ad instar ipsorum: quia destructo antecedenti destruitur consequens. l. si sic legatū. §. si mihi. ff. de leg. j. Ex quo text. dicit ibi Dy. & etiam Bart. sequitur, quòd si omnes deditæ ecclesiæ quicquid iuris habebat in tali loco, quòd nihil valeat, nisi primò appareat de iure quod habet ibi. It[em] dicit Bal. in simili q. in c. j. de feu. guar. quod vbi nullum est subiectum corruit correlatiuū. & qui vult probare relationem debet duos terminos probare, scilicet terminum referentem & terminum ad quem fit relatio, arg. illius c. & allegat in simili quod not. Innoc. & Io. And. in c. inter dilectos. de fid. instr. & vltra hoc allego etiam l. j. ff. communia prædiorū. & alia multa allegaui in vna causa Salamantiñ. ergo sequitur ꝙ destructis descriptis, destruuntur habētes ad instar eorum. Et respōdeo ad c. decet, de reg. iur. lib. vj. ꝙ loquatur nisi ex verbis priuilegij colligant contrarium, arg. c. porrò. de priuil. Item dico quòd habet locum de honestate sed nō de necessitate, vt dicit ibi glos. & qui volunt tenere contra

a Finiretur. Considerat an cōparatio quam facit de locatione sit vera. nā lex est contra. C. de loc. & conduc. l. viam veritatis.

contrarium allegant quod dicit Bal. in l. omnia priuilegia. C. de episc. & cleric. cuius dictum & Guil. tantùm intelligũt mea sententia allegantes sicut vnus rusticus baccalarius. Nam dicit ibi Bal. referens Guil. ꝙ si studio Aureliano cõceduntur priuilegia studij Tholosani, ꝙ etiam si destruatur Tholosanũ non censentur destructa priuilegia studij Aureliani: & ad hoc etiam allego quod dicit Bal. in l. quicquid. C. de adquo. diuers. iudi. vbi dicit ꝙ si priuilegia ad quorum instar alia sunt data reuocentur, ꝙ illa ad instar non reuocãtur per illum textum. Tamen salua determinatione despachamini, id est male intelligentis, si rectè aduertantur dicta Bald. in d. l. omnia priuilegia. faciunt pro opinione mea & non contra me: nam ipse concludit ibi quòd relatio quandoque se habet per modum causæ fiendæ, quãdoq; per modum causæ essendi. Primo casu sufficit quòd sit vera relatio in principio: quia incontinenti cõsummat suũ effectum: nam habet formam impressam & sic procedit illa. Secundo casu dicit quòd destructo primo termino destruitur secundus terminus correlatiuus: alleg. l. fi. ff. de accep. quod est subtile ad intelligẽdum secundum eum. Sed declaro breuius primũ casum, scilicet si vnus notarius dicit suo capite, ꝙ faciat instrumentũ sicut iacet in formulario suo ad literam, & facit: & tunc si postea destruatur formulariũ non destruitur instrumentũ: quia iam est redactũ in formã causæ fiendi. & sic procedit l. si post mortem. §. fin. ff. de contratab. & sic procedit contrarium in q. Bal. & iste est casus noster. In secundo casu pono exemplũ in l. in testamento. la. j. ff. de cõdit. & demõst. scilicet si testator mandat fieri sepulchrum ad instar monumẽti publici, tũc si illud

Destructo primo termino, destruitur secũdus terminus correlatiuus.

ſit deſtructum, & non ſit, non tenetur hæres facere monumentũ tale. facit lex alteri. ff. de adi. leg. & ſic eſt in caſu noſtro: vel clarius dicã ſic, quòd aliud eſt de iure quæſito, & aliud de iure quærendo. Primo caſu reuocato primo non reuocatur ſecundum, ſed in caſu ſecũdo ſic. & iſte eſt caſus noſter: Pone quòd ante mortem Papæ vacauit beneficiũm, & habẽs ad inſtar acceptauit illud, & fecit de eo prouideri: demum moritur Papa & ſic expirauit priuilegiũ deſcriptorum, vt dixi: tamen illud priuilegium ad inſtar non expirauit: quia iam ius eſt quæſitum illi habenti ad inſtar. & hoc eſt dicere per modũ cauſæ fiendę, vt vtamur verbis Bal. vbi ſuprà: ſed ſecus ſi nõdum vacauerat beneficium ante obitum Papæ: quia tunc deſtructo primo priuilegio deſtruitur ſecundum ad inſtar, quia agitur de cauſa eſſendi, id eſt de iure quærendo: & eſt impoſsibile quòd ſi ad inſtar alterius vbi illud ad cuius inſtar eſt deſtructum per prædicta: & ſic intelligo etiã dicta Bal. in d. l. quic[illegible] C. de aduo. diuer. iud. & ſic etiã declarat, licet non ita dominus Abb. verba Bal. in c. fi. in v. notabili. in ij. col. ne clerici vel mona. ſcilicet quòd loquatur Bal. de iure præſenti & de futuro, vt dixi. quod adducit ibi ad notata per gl. in verbo cõceſſa. in cle. dudũ. de ſepul. & pro vtroq; dicto facit dictum Hoſt. in tit. qui fil. ſint legi. §. qualiter. verſ. per ſpecialem. vbi dicit quòd ius quærẽdum facilius tollitur quàm quæſitũ. pro quo facit c. fi. de conceſ. præb. lib. vj. & faciat ad prædicta dictum Bar. in l. j. ff. de legit. tu. & vltra prædicta adduco vnam rationẽ incõuincibilem. pono quòd mortuo Papa concurrant deſcriptus & habẽs ad inſtar in beneficio vacãti vigore expectatiuarum, quis iſtorum præfe-

Ius quærẽdũ facilius tollitur, q̃ ius quæſitum.

retur?

retur? Et tu dices,quòd per supradicta præferetur habēs ad instar:quia eius priuilegiū non est reuocatum & alterius sic,quod foret ridiculum & absurdum dicere:ergo sequitur vt euitetur ridiculū & absurditas,quòd debemus dicere cōtrariū,arg.l.hoc iure.ff.de solu.& c.cum inter priorē.de exceptionibus.& c.dudum.de præb. lib.vj.vbi valet argumētum ab absurdo. Item valet argumētum,vt euitetur ridiculum.c.ridiculum.xj.q.iij.Ex quibus omnibus concludo, quòd habētes ad instar descriptorum, vt collegium,scilicet auditores & scriptores,& cæteri à Sixto,quòd mortuo Papa Sixto nihil nūc habent cum eius descripti expirauerint, & ad instar describendorū sui successoris nō potuit dedisse:quia ei nō poterit imponere legē.c.innotuit.de elec.& c.fi.de rescrip.lib.vj.& l.digna vox.C.de leg.ergo &c.Quinimo dicerē, quòd etiā si Papa cōfirmauit eorum priuilegium quo ad hoc nihil habent:quia nōdum erāt familiares descripti:ergo &c.per iura supradicta : nisi forte diceret,quòd dabat eis ad instar describēdorum &c.& hæc sufficiāt pro ista quarta prærogatiua. ¶Quintæ prærogatiuæ sunt de quibus nō apparet,scilicet quòd de consuetudine puta cardinaliū qui præferuntur descriptis & alijs quibuscunq;,quorū priuilegia nunquā vidi:& credo quòd propter vnū verbū quod solet apponi in descriptione familiarium, scilicet quòd præferantur omnibus &c.exceptis dūtaxat personis cardinalium,ipsi fundāt quòd debeant præferri omnibus quibuscunq;. Sed crederem quòd hoc nō,nisi aliàs appareat de priuilegijs eorum per prædicta. Ideo aliàs dixi quod de iure si vnus illustris concurreret cum cardinali nō illustri,vel graduatus cū nō graduato,

Argumentum ab absurdo valet in iure.

quòd præfertur eidē: licet dicatur quòd cardinalis dicatur propter dignitatē illustris, ar. c. ij. de off. deleg. lib. vj. iuncta gl. in l. j. ff. de offic. præfe. præto. Tamen regula ista requirit ꝙ sit illustris & genere & nō dignitate. Cuius verbis etiam standū: de quo aliquid dixi in xvij. q. cardinalium in tractatu meo. facit quod dicit Bald. in c. j. §. si rusticus. de pace tenē. col. x. & quod etiā ipse dicit in c. j. quis dicatur dux. in ij. & iij. col. eadem collat. vbi in simili dicitur in addi. de episcopo comite. Et ex hoc aliàs dixi in curia, & credo me dixisse in tractatu nobilitatis, quòd etiam si vnus esset comes factus ab imperatore, & nō veniret de genere comitum, ac haberet expectatiuā, quòd possit fieri de iure, arg. c. præsens. xx. q. iij. & c. inter dilectos. de fide instrumē. quòd ille nō gaudet prærogatiua huius regulæ, sed filij sui legitimi sic. quia in hoc nobilior est filius quàm pater. ad hoc facit optimus tex. in l. filiū. C. de suis & legiti. hære. vbi not. Bald. quòd filius p[illegible]t esse nobilior patre & alterius qualitatis per illam legem. Idem dico de nobilibus ex inferiori genere per istam regulā suprà in secunda parte & in tertia. Ideo dixi, quòd si pater est bastardus, tamen habet requisita ad nobilitatē, quòd licet ipse nō gaudeat hac regula, tamen eius posteri sic. & hoc casu dat pater quod ipse non habet, sicut sol dat calores quos non habet, vt declarat Bald. in l. si qua illustris. C. ad Orficianum. & dicit quòd hoc est quod nesciuit loqui glossa in l. manumissionis. ff. de iustitia & iure. & sic dico de card. quòd licet habendo cardinalatum dicatur illustris; tamen non debet gaudere prærogatiua huius regulæ, si non est de genere: quod requirit regula &c. Et si dicatur ꝙ card.

Filius potest esse nobilior quā pater.

habent

habent illam prærogatiuã,ſi vinco vincentem te,à fortiori vincam te. c. authoritate Mart. de conceſ. præb. lib. vj. & quòd ipſi præferuntur deſcriptis qui præferuntur alijs &c. dico quòd illa regula eſt multum ampla. & neſcio quomodo exceptio operetur prærogatiuam cõtra deſcriptos & cõtra alios, maximè quia verba enũtiatiua, id eſt prolata reſpectu intrinſecæ diſpoſitionis non diſponunt niſi appareat aliud ex mente loquentis, vt dicit Bal. in j. §. perſonam. in addit. per quos fiat inueſtit. col. x. & alleg. l. emptor. §. ancilla. ff. de rei vendic. & ibi etiam dicit quòd ſi verba enuntiatiua ſunt præambulum actus enuntiati, tunc nõ geſti, & tunc non diſponunt ſi incidenter proferuntur. & alleg. c. ſi Papa. de priuileg. lib. vj. & ſic poteſt dici in caſu noſtro. Tamen tacendum arbitror in illis, & etiam in alijs, in quibus de iure non habent magnam poteſtatem; quia vt dico in dicto tractatu cardinalium de iure nihil proprij habent niſi [illegible]ionẽ Papæ & quæ circa eam ſunt annexa. Et [illegible] aliquibus caſibus habent congregationem concilij, vt ibi latius dico. Item ſunt domini in curia maximè & alibi & meritò. Et ipſi ſunt cauti, quia ſemper faciũt ſibi Papam propitium, vt teneat eorum priuilegia conſuetudinaria. Et iſta ſufficiant quo ad iſtam vltimam partem ad laudem IESV Chriſti cui placeat hoc opuſculũ ad vtilitatem reipublicæ. Amen.

Cardinales eligunt ſibi Papã propitiũ.

REGVLARVM CANCELL.
IVLII PAPAE II.
FINIS.

REGVLAE, *ORDINATIONES*, ET CONSTITVTIONES CANCELLARIAE,

S. D. N.

DOMINI CLEMENTIS DIVI-NA PROVIDENTIA PAPAE VII.

Lectæ & publicatæ in Cancellaria Apoſtolica.



ANCTISSIMVS IN Chriſto pater & dominus noſter D. Clemens diuina prouidentia Papa VII. ſuorum prædeceſſorũ veſtigijs inhærendo, normam & ordinem gerendis dare volẽs in craſtinum aſſumptionis ſuæ ad ſummi Apoſtolatus apicem, videlicet die XX. menſis Nouembris, Anno Domini M. D. XXIII. Conſtitutiones, Reſeruationes & regulas infraſcriptas fecit, quas etiã extunc ſuo tempore duraturas obſeruari voluit, & quas de eius mandato &c. Ego Bartholomæus Ferratinus cãcellarius Apoſtolicæ regẽs die XXVII. dicti menſis Nouembris in dicta cancellaria publicari feci.

Reſer

¶Reſeruationes generales & ſpeciales. Et primò conſtitutionem Ad regimen.&, Execrabilis.

IN primis reſeruationes fecit ſimiles illis quæ in conſtitutionibus fe.re. Benedicti Papæ xij.quæ incipit, Ad regimé. cõtinentur. Et illas locum habere voluit, etiam ſi officiales in eadem conſtitutione expreſsi Apoſtolicę ſedis officiales ante obitum eorum eſſe deſierint, quoad beneficia quę tempore quo officiales erant obtinuerunt. Ac reſeruauit beneficia quæ per conſtitutiones piæ memoriæ Io. Papæ xxij.quæ incipit, Execrabilis. vacant, vel vacare contigerit.

¶Reſeruatio Cathedralium eccleſiarum & monaſteriorum valorem cc. florenorum exceden.

¶Item reſeruauit ſpecialiter omnes eccleſias etiam Patriarchales, Archiepiſcopales, Epiſcopales. Necnon omnia monaſteria virorum valorem cc. florenorum auri communi æſtimatione excedentiũ, quotienſcunq; illis vti voluerit.

¶Reſeruat dignitates poſt pontificales maiores in cathedra. Metro.& principales in collegiatis,& dignitates conuentuales quorumcunque ordinum:ſed non Militiarum, necnon ſuorum & Cardinalium familiarium beneficia.

¶Item reseruauit specialiter dispositioni suæ omnes dignitates maiores post pontificales in Cathedralibus & metropol. ac principales in collegiatis ecclesijs valorem decem floreñ. auri communi æstimatione excedeñ. Necnon prioratus præposituras & præpositatus, ac alias dignitates conuentuales & præceptorias generales ordinum quorumcunq;, sed non militiarum. Necnon quæcunque beneficia quæ sui etiam dum Cardinalatus fungebatur honore existentes & S.R.E. viuentium nunc & qui erunt suo tempore Cardinal. familiares continui cõmensales obtinent, & in posterũ obtinebunt eorum familiaritate durante & in quibus seu ad quæ ius eis competit aut cõpetierit etiam si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorundem, vel aliàs recesserint.

¶Reseruatio beneficiorũ collectorum, & subcollectorum.

¶Item reseruauit generaliter omnia beneficia ecclesiastica quorumcunque collectorum & vnitorum in quacunq; ciuitate vel diœces. qui suo tempore eorum officia exercuerint. Subcollectorum fructuum & prouentuũ cameræ Apostoli. debitorum, illa videlicet beneficia duntaxat, quæ durante eorum officio obtinuerint, & in quibus seu ad quæ ius tunc eis competierit.

¶Reseruatio beneficiorum Curialium dum curia transfertur.

¶Item reseruauit omnia & singula beneficia ecclesiastica quorumcunque curialiũ, quos dum cur. Rom. de loco ad locum transfertur, eam sequendo decedere cõtigerit, in quouis loco quantumcunque etiam à dicta curia remoto.

¶Re

¶Reſeruatio beneficiorũ, cubiculariorum, & curſorum.

¶Item reſeruauit idem dominus noſter Papa diſpoſitioni ſuæ omnia beneficia cubiculariorum & curſorum ſuorum.

¶Reſeruatio beneficiorũ ſancti Petri, ſancti Ioan. Lateranen. & ſanctę Mariæ maioris de vrbe eccleſiarum ac beneficiorum cardinalium à Rom. cur. abſentium.

¶Item reſeruauit diſpoſitioni ſuæ generaliter quæcunque canonicatus & præbendas ac dignitates perſonatus & officia in Baſilica principis apoſtolorum ſancti Ioan. Later. ac beatæ Mariæ maioris de vrbe eccleſijs. Necnon ad collationem prouiſionem & præſentationẽ ſeu quamuis aliam diſpoſitionem Sanctæ Rom. eccleſiæ Cardinaliũ, à Romana curia abſentium ratione ſuorum Epiſcopatuum cardinalatus, & ipſarum Cardinalatibus eccleſiarum & titulorum ſpectantia, quandiu abſentia ſua durauerit, canonicatus & præbendas dignitates perſonatus adminiſtrationes vel officia cæteraque beneficia eccleſiaſtica cum cura vel ſine cura vacantia & in antea vacatura, tam in eadẽ Vrbe, quàm in eccleſijs ciuitatibus & diœceſibus dictorũ Epiſcopatuũ cõſiſtẽtia. Ac decreuit &c.

¶Item ad prouidẽdum indemnitati plurium qui diuerſas gratias & conceſsiones à Fel. Rec. Leone Papæ x. prædeceſſore ſuo obtinuerunt, & ſuper illis literas Apoſtolicas iuxta quandam conſtitutionẽ piæ me. Adriani papæ ſexti etiam prædeceſſoris ſui immediate deſuper ædi tam propter ipſius Adriani à Romana curia abſen

absentiam & pestem, & bella ac alia impedimenta, quæ tempore sui pontificatus fuerunt, non expedierunt, voluit quòd respectiuè per eosdem prædecessores suos & de eorum mandato concessa expediãtur in forma rationi congruit, vt moris est.

¶Reseruatio omnium ecclesiarũ, quas prædecessor tempore obitus reseruauerat, pariter beneficiorum nunc vacantium tanquàm affecta.

¶Item declarauit omnium & singularum ecclesiarum Cathedraliũ & Monasteriorum prouisiones, quas præfati prædecessores sui ordinationi & dispositioni eorum. Necnon omnia & singula beneficia ecclesiastica quæ dicti prædecessores etiam præfatæ dispositioni cum interpositione decreti reseruauerant. Quæ quidem ecclesiæ & Monasteria necnon sic reseruata beneficia tempore obitus eorundem prædec ssorum vacabant, aut Ecclesiæ vel mon[illegible]ria huiusmodi si commendata, vel eis administratores deputati non fuissent, etiam tunc vacassent, remansisse & remanere per huiusmodi reseruationem, & decretũ affecta. Nullumq; de illis præter Rom. pontificẽ ea vice se intromittere vel disponere potuisse siue posse quoquo modo. Decerneñ. irritum & inane, si secus de illis attentatum forsan erat, tunc vel in posterum contigerit attentari.

¶Reuocatio expectatiuarum.

¶Item reuocauit quascunque reseruationes præterquàm super quibus per cancellariam apostolicam literæ in forma solita expediri consueuerunt: de quibusuis etiam Patriarchalibus

Me

Metropolitañ. & alijs Cathedralibus Ecclesijs, ac monasterijs & beneficijs, necnon officijs quibuslibet. in Rom. cur. vacaturis: cum prouisione seu de prouidendo mandatis & extẽsionibus inde secutis per dictos prædecessores in fauorem quorumcunq; & quibuscunq; concessas & factas: ac facultates nominandi reseruandi & conferendi quæ ab eisdem prędecess. emanauerunt, illarumque vigore factas nominationes & reseruationes. quo ad ea in quibus nondũ sunt sortitæ effectum.

¶ Reseruatio vnionũ, annexionum, & incorporationum.

¶ Item rationabilibus suadẽtibus causis ipse dominus noster omnes vniones, annexiones, & incorporationes, de quibusuis Cathedralibus necnon alijs ecclesijs ac monasterijs dignitatibus, personatibus, officijs ac beneficijs & locis ecclesiasticis per cessum vel decessum aut aliàs quomodolibet dimittẽdis qualiacunq; fuerint inuicem, vel alijs ecclesijs, monaste. men. dig. perso. officijs, benefi. & locis quomodolibet apostolica vel quauis alia authoritate factas, quæ suum sortitę nõ sunt effectum, ac quascũq; cõcessiones & mãdata super vnionibus annexionibus & incorporationibus taliter faciẽdis reuocauit cassauit & irritauit, nulliusq; decreuit existere firmitatis. Nec alicui quascunq; clausulas vel adiectiones, in quibusuis apostolicis etiã quæ motu proprio aut ex certa sciẽtia processerãt & emanauerãt literis, etiã si in eis decretũ esset illas ex tunc effectũ sortitas esse quomolibet cõtentas aduersus reuocationem cessationem & irritationem huiusmodi voluit aliquatenus suffragari vnionibus annexionibus & incor

cor

corporationibus in fauorem S.R.E. Card. quas in ſuo robore permanere voluit, in his omnibus duntaxat exceptis.

¶ Reualidatio literarum gratiam vel iuſtitiam cõtinentium, ac reſtitutio in priſtinum ſtatum ad exequendum, ac ſi inchoatio infra annum facta fuiſſet.

¶ Item prædictus dominus noſter omnes & ſingulas ab ipſis prædeceſſoribus ſuis infra annum ante diem obitus eorum conceſſas gratiæ vel iuſtitiæ literas temporibus debitis earum executoribus non præſentatas omnino reualidauit, & in ſtatum priſtinum in quo videlicet antè fuerant & eos pro quibus erant obtentæ quo ad hoc plenariè reſtituit. Ac decreuit per executores prædictos, vel ab eis ſubdelegandos perinde ad ipſarum executionem procedi poſſe & debere, ac ſi executio huiuſmodi temporibus prædictis inchoata fuiſſet.

¶ Reuocatio facultatum co[illegible]arum quibuſcunque.

¶ Item reuocauit quaſcunq; facultates cõceſſas quibuſuis Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, ac alijs Prelatis & perſonis, necnon apoſtolicæ ſedis nuntijs ac fructuũ & prouentuum Came. Apoſtolicæ debitorum collectoribus de diſpenſando cum quibuſuis perſonis ſuper matrimonio contracto vel contrahendo in gradu prohibito, ac ſuper natalium & ætatis defectibus, & de incompatibilibus eccleſiaſticis beneficijs inſimul retinendis, necnon de Notarijs publicis creãdis ac aliàs premiſsis officia ipſorum nuntiorum & collectorum directè non concernentes quo ad omnia in quibus facultates ipſæ

ipsę non sunt sortitæ effectum, etiam si Nuntijs eisdem dictæ sedis legatis de latere competens fuit concessa potestas.

¶ De dictionibus numeralibus in literis apostolicis ponendis.

¶ Item vt in apostolicis literis committendi crimen falsi peramplius tollatur occasio, Voluit statuit & ordinauit quòd in antea dictiones numerales, quæ in dictis literis ante Cal. Nonas & Idus immediatè poni consueuerunt, per literas & syllabas extensè scribantur. Et illæ ex præfatis literis, in quibus huiusmodi dictiones aliter scriptæ fuerint ad Bullariam nullatenus mittantur.

¶ De concurrentibus super beneficio iuxta qualitatem.

¶ Item voluit, quòd de concurrentibus super vacãtibus seu certo modo vacaturis beneficijs, illi quibus gratiæ motu proprio conceduntur, cæteris simili modo gratias non habẽtibus aliàs graduati non graduatis, & inter graduatos magis graduati, ac inter æqualiter graduatos prius graduati, necnõ colorato titulo possessores non possessoribus, ac inter personas alias in Cur. præsentes absentibus ab ea, ac inter præsentes non beneficiati beneficiatis, & similiter inter absentes & cæteris paribus, oriundus non oriundo, & dioecesanus nõ dioecesano. In reliquis verò singuli qui prius apostolicas desuper literas eorum executoribus prę sentauerint alijs in ipsorum de quibus agi contigerit beneficiorum assecutione præferantur.

¶ De non tollendo ius quæsitum per quamcunque commissionem.

¶ Item

¶Item ne per varias quæ pro commiſsionibus ſeu mandatis & declarationibus habendis in cauſis plerunque fiunt ſuggeſtiones iuſtitia poſtponatur, idem dominus noſter decreuit & declarauit ſuæ intentionis fore, quòd deinceps per quamcunq; ſignaturam ſeu conceſsionem gratias ſeu literas apoſtolicas pro cõmiſsionibus ſeu mandatis aut declarationibus & gratijs ſeu literis huiuſmodi etiam ſi motu proprio,& ex certa ſcientia per S. ſuam emanauerint,vel de eius mandato faciendas,nulli ius ſibi quæſitum quomodolibet tollatur.

¶In xiiij.anno in Cathedralibus,in x. autem anno in collegiatis eccleſijs poſſunt habere canonicatus & præbendas.

¶Item quòd prouiſiones ſeu cõceſsiones vel mandata de prouidendo de Cathedraliũ eccleſiarum canonicatibus & præbẽd.quæ pro quibuſuis perſonis ſi xiiij. ſuæ ætatis annum non compleuerint quomodolibet emanuerint, niſi eis(quòd illos in minori ętate recipere poſsint) per ſedem apoſtolicam ſpecialiter cõceſſum fuerit.Et quæcunque impetrationes de canonicatibus & præben.in collegiatis eccleſijs ſi impetrantes maiores x.annis fuerint:& de hoc in impetrationibus huiuſmodi expreſſa mentio non fiat,nullius roboris ſint vel momenti,& habeantur pro infectis.

¶De infirmis eorum beneficia reſignantibus.

¶Item voluit,quòd ſi quis in infirmitate conſtitutus reſignauerit aliquod beneficium, ſiue ſimpliciter,ſiue ex cauſa permutationis,& poſtea infra xx. dies à die per ipſum reſignantem

præ

præſtandi conſenſus computando de ipſa infirmitate deceſſerit, ac ipſum beneficium conferatur per reſignationem ſic factam, collatio huiuſmodi nulla ſit, ipſumq; beneficiū nihilominus per obitum cenſeatur vacare.

¶Cui conceditur de parochiali eccleſia, debet intelligere & loqui idioma illius patriæ.

¶Item voluit, quòd ſi cōtingat ipſum alicui perſonæ de parochiali eccleſia prouidere, ſeu mandare prouideri, vel gratiam expectatiuam concedere, niſi dicta perſona intelligat & intelligibiliter loqui ſciat idioma loci vbi huiuſmodi eccleſia conſiſtit, prouiſio ſeu mandatum & gratia deſuper, quo ad parochialem eccleſiam, nullius ſit roboris vel momenti.

¶De beneficio impetrato per obitum viuentis.

¶Item ſi quis ſupplicauerit ſibi de beneficio quor[illegible]unq; tanquam per obitum alicuius licet tunc viu[illegible]tis vacante prouiderit, & poſtea per obitum eius vacet, prouiſio dicto ſupplicāti per obitum huiuſmodi denuò facienda nullius ſit roboris vel momenti.

¶De vnion. & vnionū cōfirmationibus.

¶Itē voluit, ꝙ petētes beneficia eccleſiaſtica alijs vniri, teneant̄ exprimere verū annuū valorem ſecundū cōmunē ęſtimationē tam beneficij vniēdi ꝙ̄ illius cui vniri petit̄: alioquin nō valeat vnio. Et ſemper in vnionibus cōmiſsio fiat ad partes vocatis quorū intereſt. Et idē voluit obſeruari in confirmationibus vnionū factarū.

¶De mendicantibus tranſeuntibus ad alios ordines.

¶Item de mendicantibus qui ad alios ordines tranſierint pro tempore voluit conſtitutionem Fe. Re. Martini Papæ .v. prædeceſſoris ſui deſuper factam, & in libro Canc. apoſto. deſcriptam quæ incipit: Viam ambitioſæ cupiditatis &c. firmiter obſeruari.

¶De male promotis ſeu ordinatis ad ſacros ordines.

¶Item de clericis extra tempora à iure ſtatuta, ſiue ante ætatem legitimam, aut abſq; dimiſſorijs literis ad ſacros ordines ſe promoueri facientibus pro tempore etiam voluit cõſtitutionem piæ memoriæ Pij Papæ ij. ſimiliter prædeceſſoris ſui deſuper æditam & in dicto Cancellariæ apoſtolicæ libro deſcriptã, quæ incipit: Cum ad ſacrorum ordinum &c. pari modo obſeruari.

¶De moneta.

¶Item declarauit idem dominus noſter quòd libra Turonenſium paruorum & Florenc[illegible]um auri de camera pro æquali valore in [illegible]currentibus: literas & cameram apoſtolicam computari & æſtimari debeant.

¶De beneficijs vacaturis.

¶Item præfatus dominus noſter Papa voluit, decreuit & ordinauit quòd quæcunq; conceſsiones gratiæ & mandata etiam motu proprio, & cum derogatione huius conſtitutionis quæ ab eo pro quibuſuis perſonis emanauerint, de prouidendo eis de quibuſuis beneficijs vacaturis per promotionem quorũcunq; ad eccleſiam & monaſteriorũ regimina: ſi huiuſmodi cõceſsiones & mandata die promotionis promouendorũ ipſorum proceſſerint: necnõ quaſcunq;

cunq; collationes & prouisiones pro tēpore faciendas de præmissis ac quibusuis alijs beneficijs ecclesiasticis, secularibus, & regularibus, quæ per promouendos vel assumēdos ad quascunq; prælaturas inter illarum vacationū. & huiusmodi promotionis vel assumptionis tempora simpliciter vel ex causa permutationis vbicunq; resignari, vel aliàs dimitti contigerit, cū inde secutis pro tempore sint cassa & irrita nulliusq́; roboris vel momenti.

¶ Non iudicetur iuxta formam supplicationis sed literarum expeditarum.

¶ Item voluit, statuit & ordinauit idē dominus noster, quòd iudices in Ro. Cur. deputati pro tempore, etiam si sint sanctæ Ro. Ecclesiæ Card. causarū palatij apostolici Auditores, vel quicūq; alij, non iuxta supplicationū signatarū super quibusuis impetrationibus vel concessionibus, nisi sint commissiones iustitiam continentes per placet, vel per S. R. E. Vicecancellarium i[illegible] facultatē super hoc sibi concessam signatæ: sed iuxta literarū super eisdem impetrationibus & concessionibus cōfectarum tenores & formas iudicare debeāt. Et si literæ ipsæ minus bene per prœoccupationē, vel aliàs, expeditæ reperiantur: ad illorum quorum interest instantiam ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt per eius officiales quibus huiusmodi tenores & formas restringere cōuenit ad formas debitas reducendæ.

¶ De regulis Cancellariæ producendis.

¶ Item attendens idem dominus noster quòd super habēdis de Cancel. apost. Regulis & constitutionibus inibi descriptis faciliter per eos qui in Ro. Cur. indiguerint ad ipsam Cancel.

recurſus dirigi poteſt. Nec conſultũ foret, quòd ſuper earundem regularum & conſtitutionum quas iuxta varietatem occurrentium cauſarum & negotiorum aliquoties immutari conuenit probando tenore vel effectu teſtium plerunque tenacẽ deſuper memoriam non habentium depoſitionibus ſtari deberet, voluit, ſtatuit & ordinauit, quòd deinceps quilibet ex auditoribus cauſarũ Palatij apoſtolici & alij etiã ſi S.R.E. ſint Card. in ipſa Cur. pro tẽpore deputatis authoritate apo. Iudicibus etiã in cauſis actu pendentibus ſuper huiuſmodi tenore vel effectu probando dũtaxat ſtet fidemq; adhibeat cedulæ ſeu ſcripturæ deſuper à duobus de maiori parco quòd danda ſit à tergo ſignatæ: & etiam duobus alijs literarum apoſtolicarum abbreuiatoribus in ipſa Cancel. auſcultatæ: & domini Vicecancellarij ſeu dictam Cancellariã Regentis manuſcriptæ, vt moris eſt. Quicquid autem ſecus fieri contigerit, nullius ſit roboris vel momenti.

¶ De ſurrogandis Collitigantibus.

¶ Item dominus noſter litium ſuccidere cupiens anfractus, & ne noui collitigantibus aduerſarij dentur, prouidere voluit, ſtatuit & ordinauit, quòd quotiens deinceps aliquem ſuper quouis eccleſiaſtico beneficio collitigantem in iure vel ad ius ſi quod forſan eius aduerſario in dicto beneficio competierit ſurrogari conceſſerit: dummodo præfatus collitigans in dicto beneficio intruſus non fuerit, nec ſuper eo contra dictum aduerſarium poſtquam illud per triennium pacificè poſſederit lis tunc mota fuerit, aliorũ quorumlibet de præmiſſo iure, ſiue tunc vacet vel cum vacauerit impetrationes vel cõ-

cesſiones etiam motu proprio infra mẽſem ante conceſsionem huiuſmodi factæ nullius ſint roboris vel momenti.

¶ Non valeat impetratio niſi præceſſerit congruum tempus.

¶ Item voluit & ordinauit, quòd omnes gratiæ, quas de quibuſuis beneficijs eccleſiaſticis cum cura vel ſine cura ſecularibus & regularibus per obitum quarumcunq; perſonarum vacantibus in antea fecerit, nullius roboris vel momẽti ſint, niſi poſt obitum & ante datã gratiarum huiuſmodi tantum tempus effluxerit, quòd interim vacationes ipſæ de locis in quibus perſonæ prædictæ deceſſerint ad notitiam eiuſdem domini noſtri veriſimiliter potuerint perueniſſe.

¶ Non valent commiſsiones, nec proceſſus cauſarum ſuper gratia, niſi literis expeditis.

¶ Item voluit, quòd omnes & ſingulæ cauſarum commiſsiones, quas in antea fieri cõtigerit, obtentæ, vel occaſione conceſsionũ duntaxat apoſtolicarũ de beneficijs eccleſiaſticis gratiarum ſuper quibus apoſtolicæ literæ cõfectæ non fuerint, ac proceſſus deſuper habendi nullius ſint roboris vel momenti.

¶ De impetratione beneficiorũ vacantium per obitũ familiarium Cardinalium.

¶ Item voluit, quòd impetrans beneficium vacans per obitum familiarium alicuius Card. teneatur exprimere nomen & titulum ipſius Cardi. Et ſi ille in curia fuerit, eius ad id accedat aſſenſus: aliàs deſuper gratia ſit nulla. Et idem

seruari voluit etiam si dicti familiares dictorum Cardin. familiares esse desierint, seu ad aliorum Cardinalium familiaritatem similiter transiuerint, & in quibus ipsa priori familiaritate durante ius eis competierit: ita quòd quo ad illa Cardin. quorum prius familiares fuerint, suum habebunt adhibere consensum.

¶ Item idē dominus noster ad euitandū lites & contētiones quæ ex præcedenti sua constitutione exoriri possent, vestigijs prædecessorum suorum inhærendo voluit statuit & ordinauit, quòd si beneficia quæ per obitum familiarium continuorum commensalium eorundem Cardinalium in futurum vacabunt, cessantibus apostolicis reseruationibus ad alterius Cardinalis collationem, vel aliam dispositionem pertinere deberent, in dicta præsenti constitutione nō comprehendantur, quo ad hoc vt in prouisionibus talium beneficiorum super expeditione literarum illius Cardinalis, cuius familiaris defunctus ille extitit, cōsensus requiri deb[illegible]t: sed beneficia huiusmodi ad collationem, & quamuis aliam dispositionē Cardinalis ordinarij collatoris vt præfertur liberè spectare censeantur. Et si apud sedem apostolicam beneficia huiusmodi per obitum dictorum familiarium vacauerint, tūc in prouisione huiusmodi talium beneficiorum super expeditione literarum illius Cardinalis exigatur consensus, si in Romana curia præsens fuerit, ad quem eorundem collatio vel dispositio vt præfertur pertinere deberet.

¶ Signatura per Fiat, præfertur illi per Concessum.

¶ Item voluit idem dominus noster quòd cōcurrentibus eadem die super quocunq; beneficio

cio per Fiat & per Conceſſum ſignaturis,ex eis per fiat habens alteri præferatur.

¶ De impetrando beneficiũ per annum pacificè poſſeſſum.

¶Item idem dominus noſter, vt improbi lites exquirentium motus reprimãtur,voluit,ſtatuit & ordinauit,quòd quicunq; beneficium ecclesiaſticum tunc per annum immediate præcedentem pacificè poſſeſſum,& quod certè modo vacare prætenditur deinceps impetrauerit,nomen,gradum & nobilitatẽ poſſeſſoris eiuſdem & quotannis illud ipſe poſſedit: ac ſpecificam, & determinatã,ex qua clarè conſtare poterit, quòd nullum ipſi poſſeſſori in dicto beneficio ius competat,cauſam in huiuſmodi impetratione exprimere,& infra ſex menſes ipſum poſſeſſorem ad iudiciũ euocari facere: cauſamq; extunc deſuper infra annum vſque ad ſentẽtiam diffinitiuam incluſiuè proſequi debeat & teneatur.alioquin impetratio prædicta & quæcunq; inde ſecuta nullius exiſtant firmitatis. Et idem impetrans de damnis & intereſſe poſſeſſorem prædictum propterea contingentibus ei ſatisfacere. Et ſi poſſeſſorem ipſum iniuſtè,friuolè ac indebitè moleſtaſſe repertus extiterit, quinquaginta florenorum auri perſoluere cameræ apoſtolicę ſit aſtrictus. Nec alius quàm pręmiſſæ vacationis modus etiã per literas ſi neutri, aut ſurrogationis vel aliàs ſibi quo ad hoc vt beneficium huiuſmodi ea vice conſequi vel obtinere valeat quomodolibet ſuffragetur:illudq; nullatenus in anteà litigioſum propterea cenſeatur.

¶ De Triennali poſſeſſore non moleſtando.

¶Item ſtatuit & ordinauit idem dominus noſter, ſi quis quæcunque eccleſiaſtica beneficia qualiacunque ſint abſq; ſimoniaco ingreſſu ex apo. vel ordinaria collatione, aut electione & electioñ. huiuſmodi confirmatione ſeu præſentatione & inſtitutione illorum ad quos beneficiorum huiuſmodi collatio prouiſio electio & præſentatio ſeu quęuis alia diſpoſitio pertinet, per triennium pacificè poſſederit, dummodo in beneficijs huiuſmodi, ſi diſpoſitioni apoſtol. ex reſeruatione generali in corpore iuris clauſa reſeruata fuerint, ſe non intruſerint: ſuper eiſdē beneficijs taliter poſſeſsis moleſtari nequeat. Necnon impetrationes quaslibet de beneficijs ipſis ſic poſſeſsis factas irritas & inanes cenſeri debere decreuit, antiquas lites ſuper illis motas penitus extinguendo.

¶De publicatione facienda in beneficijs reſignatis.

¶Item idem dominus noſter ſtatuit & ordinauit, quòd quæcunque beneficia eccleſiaſtica ſiue in Ro. cur. ſiue extra eam reſignata, niſi de illis factę reſignationes ſi in Ro. curia infra ſex menſes, ſi extra dictam curiam factæ ſint infra menſem, extunc vbi dicta beneficia conſiſtunt publicare, & poſſeſsio illorum ab eis quos id contingit petita fuerit, ſi reſignantes iſta poſtmodum in eorundem reſignatorum poſſeſsione deceſſerint, non per reſignationem, ſed per obitum huiuſmodi vacare cenſeantur. Collationes quoque de illis tanquam per reſignationem va cātibus factæ & inde ſecutæ nullius ſint roboris vel momenti.

¶De nõ appellando ante diffinitiuam ſententiam.

¶Item

¶ Item idem dominus noster vt litibus finis celerius imponatur, & litigantium parcat̃ sumptibus & expẽsis suorum prædecessorum cõstitutionibus & statutis inhærendo, statuit & ordinauit quòd in causis in Rom. cur. pendentibus, & quas in posterũ quouis modo contigerit agitari, nulli ante diffinitiuam sententiam licet appellare. Nec appellatio si fuerit emissa debeat admitti, nisi ab interlocutoria quæ vim habeat diffinitiuæ vel à grauamine minime concernente negotium principale quod nõ possit per appellationẽ à diffinitiua sententia reparari. Nullisque causæ appellationum huiusmodi committantur, nisi in commissione exprimatur, quòd interlocutoria vim diffinitiuæ habeat, vel grauamen sit tale quòd in appellatione à diffinitiua non valeat reparari. Alioquin appellationes & commissiones in posterum & quicquid inde secutum fuerit, nullius sit roboris vel momenti, commissionibus appellationum iam iudicibus præsentatis & exhibitis in suo robore permansuris: in quibus latis super eisdem sentẽtijs secundo vel vlterius ab eis non liceat appellare. Appellantes verò & appellationes etiam ab interlocutorijs & grauaminibus huiusmodi suo vel alterius nomine prosequen. si succubuerint vltra expen. & damna ad quæ resarcienda de iure condemnatus compellitur xx. florenorum auri pœna mulctentur.

¶ Commissioni post conclusionẽ non stetur, nisi derogetur conclusioni.

¶ Item statuit & ordinauit, quòd in commissionibus de iustitia seu mandatis etiam Consistorialibus per eum seu de eius mandato vel authoritate in causis in quibus conclusum existat

in posterum concedendis, etiam si in eis de conclusione huiusmodi implicitè vel explicitè mentio facta fuerit, nihil censeatur esse concessum: nisi per concessionem commissionis huiusmodi conclusioni derogetur expressè.

¶ De literis expediendis.

¶ Item voluit & ordinauit, quòd si aliqui religiosi petant aliquod beneficium ad nutum reuocabile cum clausula, quòd exinde pro solo nutu Abbatis vel superioris non possint amoueri: literæ quo ad ipsam clausulam nullatenus expediantur, nisi idem dominus noster ponat in signatura, quòd nō possint amoueri, vel ad partem clausulam ipsam concedat.

¶ De clausulis ponendis in resignatione beneficij.

¶ Item si cōmittatur alicui beneficij resignationis receptio, ponatur clausula, attentè quoq; prouides &c. Et si ex causa permutationis resignationes fiant, ponatur clausula quòd neuter permutantiū ius acquirat, nisi quilibet ipsorum ius habuerit in beneficio per ipsum resignato.

¶ De supplendis defectibus.

¶ Voluit quòd si petantur suppleri defectus in genere, nullatenus litera desuper cōcedatur, nisi in petitione desuper huiusmodi defectus exprimantur, vel per fiat vt petitur supplicatio signata fuerit.

¶ Derogatio iuris patronatus laicorū.

¶ Item voluit quòd super quouis ecclesiastico beneficio de iure patronatus laicorum non expediantur literæ, nisi ponatur expressè quòd tale beneficium tanto tempore vacauit, quòd eius collatio ad sedem apostolicam legitimè

est

est deuoluta : vel quia tempus patronis laicis ad præsentandum à iure præfixum lapsum existat, aut ad id patronorum ipsorum accedat assensus : & si per ipsum iuripatronatus huiusmodi derogari contigerit, si ius huiusmodi ad aliquē Regem, Ducem, Marchionem, vel aliū principem pertineat, & de hoc in literis prouisionis vel mandati de prouidendo de dicto beneficio mentio facta non fuerit, non censeatur iuri huiusmodi quomodolibet fore derogatum.

¶ De commendis.

¶ Item voluit, quòd nulli seculari de regulari nec religioso de seculari beneficijs commēda detur, nisi in signatura vel per clausulam ad partem super petitione commendæ huiusmodi de commenda ipsa mentio fiat.

¶ De formationibus.

¶ Item voluit, statuit, & ordinauit, ꝙ super quibuscunq; reformationibus signatis super impetrationibus quorūcunq; beneficiorū vacantiū, vel certo modo vacaturorū, in quibus petitur ꝙ literæ sub prima data expediri posint, si ex huiusmodi expeditione sub tali data cuicunque videatur fieri posse præiudicium, literæ huiusmodi super ipsa prima data nullatenus expediantur, nisi reformationes huiusmodi per verba fiat & sub prima data signatæ fuerint.

¶ De beneficijs resignatis in Cancellaria, de resignantibus beneficia, & consensu in pensionem.

¶ Item voluit & ordinauit, ꝙ super resignatione cuiuscūq; beneficij ecclesiastici, seu cessione iuris in eo, quam in manib. suis vel in cācellaria apo. fieri cōtigerit, apostolicę literę nullatenus

tenus expediantur, nisi resignans vel cedens, si præsens in Rom. cur. fuerit personaliter: alioquin per procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum expeditioni huiusmodi in eadem cancellaria expressè consenserit & iurauerit, vt moris est. Nec literæ reseruationis vel assignationis, etiam motu proprio cuiusuis pensionis annuæ super alicuius beneficij fructibus expediri possint, nisi de consensu illius qui pensionem prędictam persoluere tunc habebit.

¶ De ingressu religionis.

¶ Item quòd non dentur literæ super beneficijs vacaturis per ingressum religionis, nisi illæ præcesserint datas desuper petitionis.

¶ Quòd non valet impetratio facta per modum in cancellaria exprimendum.

¶ Item voluit quòd si petatur aliquod beneficium vacans per modum in Cancellaria apostolica exprimendum, talis impetratio non valeat, nec literæ desuper expediantur.

¶ Cum exprimitur nomen proprium iudicis & dignitatis, iudex per seipsum tenetur exequi mandatum.

¶ Item voluit, statuit, & ordinauit, ꝙ quotienscunque per signaturam suam vel de eius mandato factam super expediendis aliquibus cum adiectione proprij nominis vel dignitatis cuiusuis iudex detur, literæ desuper expediantur cum expressione quòd idem iudex executionem faciat per semetipsum.

¶ De dispensationibus in gradu consanguinitatis.

¶ Voluit quòd in literis dispensatioñ. super aliquo

aliquo gradu consanguinitatis vel affinitatis aut aliàs prohibitis, ponatur clausula: Si mulier rapta non fuerit. Et si scienter ponatur clausula addita in quinterno.

¶Super defectu natalium.

¶Voluit quòd in dispensation. super defectu natalium quòd possint succedere in bonis temporalibus ponatur clausula, quòd non preiudicetur illis ad quos successio bonorum ab intestato pertinere debeat.

¶Super defectu ætatis.

¶Item quòd per quamcunque signaturam in quauis gratia nullatenus dispensatio veniat nisi dicta gratia totaliter effectum huiusmodi dispensation. concernat, vel aliàs nihil conferat aut operetur. Et si super defectu ætatis fit dispensatio huiusmodi, de duobus duntaxat annis dari valeat: habita prius per testes idoneos vel aliàs informatione, quo ad hoc de idoneitate personæ cui dicta dispensatio conceditur.

¶Super defectu natalium nobilium & aliorum.

¶Item voluit quòd super defectu natalium dentur graduatis seu de magnis nobilibus genitis per simplicem signaturam quatuor, etiam si canonicatus & præben. Cathedraliũ seu collegiatarum ecclesiarum, & per fiat vt petitur vltra hoc dignitates etiam maiores & principales. Alijs verò per fiat tria. Et per fiat vt petitur quatuor, si petãtur, dummodo canonicatus, & præben. cathedralium ecclesiarum vel dignitates non existant.

¶De incompatibilibus.

¶Voluit quòd super obtinendis incompati-

bili

bilibus beneficijs in theologia magiſtris, & in iure canonico vel ciuili doctoribus, & in illis cum rigore examinis, ac in eadem theologia licentiatis aut baccalarijs formatis ac magnis nobilibus per fiat quinquennium: & addito vt petitur quoad vixerit ad duo incompatibilia. Alijs verò per fiat biennium, & addito vt petitur triennium ad duo: dummodo non ſint duæ dignitates maiores poſt pontificales ſeu principales, aut duæ parochiales eccleſiæ, vel tales mixtim cum poteſtate permutandi ſi petatur.

¶ De obtinendis duabus parochialibus eccleſijs vel dignitatib. principalibus.

¶ Item voluit & ordinauit, quòd per quãcunque ſignaturam deinceps faciendã nulli cuiuſuis dignitatis, ſtatus, gradus & conditionis fuerit, detur diſpenſatio quòd duas parochiales eccleſias vel dignitates maiores poſt pontificales in cathedralibus ſeu principales in collegiatis eccleſijs, vel vna cum reliqua earum inſimul retinere valeat, niſi ipſæ eccleſiæ parochiales adeò contiguæ & inuicem propinquæ ſint, quòd ipſis per vnum commodè deſeruiri poſsit. Illarumq́; fructus &c. inſimul vltra xxiiij. Floren. auri de camera ſecundum communem æſtimationem non valeant annuatim: & de hoc in literis diſpenſationum huiuſmodi expreſſa mentio fiat. Vel niſi ſuper obtinẽdis duabus ex huiuſmodi dignitatibus vel parochialibus eccleſijs inſimul pro magnis nobilibus magiſtris vel baccalarijs in theologia formatis, aut doctoribus ſeu licentiatis in altero iuriũ per verba diſpenſamus, & de ſpeciali ſignatura ſufficiens habeatur: & ſuper illis parochialibus eccleſijs in huiuſmodi ſignatura de parochialibus mentio fiat.

fiat. Et similiter in dispensationum ad incompatibilia prorogationibus obseruetur.

¶ Nulli suffragetur dispensatio nisi literis confectis.

¶ Item cum cessiones super gratijs dispensationum quarumcunque quibusuis per ipsum dominum nostrum concessarum vel concedendarum per regulas cancellariæ apostol. sint prouidè limitatæ, licet aliquando in petitionibus super huiusmodi concessionibus oblatis multa sint petita: ne quis talium concessionum prætextu id dispensatiuè tenere aut facere præsumat ad quod concessiones huiusmodi se nõ extendunt: voluit idem dominus noster quòd nulla talis dispensatio cuiquam suffragetur, antequàm super eam literæ apostolicæ sint cõfectæ.

¶ De non promouendis ad sacros ordines.

¶ Item voluit quòd petentibus secum dispensari vt ratione beneficiorum non teneantur se facere promoueri in Rom. cur. vel in studio per fiat, septennium: aliàs verò quinquenniũ detur, dummodo infra annum à tempore datæ dispensatio huiusmodi ad subdiaconatus ordinem sint promoti.

¶ De fructibus in absentia percipiẽdis.

¶ Item de fructibus in absentia percipiendis detur in Rom. cur. vel in studio residendo per quamcunque signaturam septennium: & alibi quinquennium.

¶ De duobus decanatibus in Alemania non obtinen.

¶ Item idem dominus noster attendens, quòd in Alemaniæ partibus cathedraliũ & collegiatarum

tarum ecclesiarum decanatibus cum animarum cura etiam onus incūbit capitulo residendi defectus & negligentias diuinorum & aliàs excessus corrigēdi, & singula in ecclesijs ipsis vt debito ordine dirigantur disponendi & ordinandi : quodq; non absq; graui dispendio ecclesiasticæ disciplinæ & status ecclesiarum ipsarum vnus tales plures decanatus obtinere possit, fe.rec. Pij secundi, Iulij secundi prædecessorum suorum vestigijs inhærendo voluit, statuit, & ordinauit præfatus dominus noster ꝙ nulla per eum vel per sedem apostolicam cuiquam in dictis partibus concessa vel per eum concedenda de quibusuis dignitatibus & alijs incompatibilibus beneficijs insimul obtinendis dispensatio sibi super duobus talibus Decanatibus insimul recipiēdis & retinendis quomodolibet suffragetur. Quinimo ꝙ quilibet huiusmodi duo tales insimul dispensatiuè in eisdem partibus obtinens, teneatur infra annum alterum ex illis pro alio compatibili, & quòd talis decanatus non sit, aut quòd dispensatiuè obtinere possit incompatibili beneficio permutare. Alioquin huiusmodi anno elapso ille ex huiusmodi decanatibus quem primo assecutus fuerit vacare cēseatur eo ipso.

¶ De indulgentijs dentur Festa per cancellariam dari solita.

¶ Item voluit quòd in literis indulgētiarum solum dentur Festa per Cancellariam dari solita. Et quòd durent per viginti annos, nisi petantur pro vna die : & tunc durent perpetuo.

¶ De clausulis ponendis in literis indulgentiarum.

¶ Item voluit quòd in literis indulgentiarum pona

ponatur quòd si Ecclesię siue Capellę, vel aliàs aliqua indulgentia fuerit per ipsum concessa, de qua inibi specialis mentio facta non sit, huiusmodi literæ sint nullæ.

¶ Super indulgentijs cõcessis ad instar.

¶ Item voluit idem dominus noster, quòd literæ non expediantur super indulgentijs ad instar nisi specificentur.

¶ De temporibus indulgentiarum.

¶ Item voluit, quòd per fiat si ecclesia cathedralis vel insignis collegiata aut solenne monasterium fuerint tres, alioquin duo anni, & totidem quadragenæ : & per fiat vt petitur cathedrali collegiatæ, vel monasterio quatuor. Alij tres anni dent. Pro singulis verò diebus octauarũ centũ dies apponant: & pro capella per fiat vnus, & per fiat vt petitur duo anni cõcedãtur.

¶ De beneficijs vacantibus & certo modo vacaturis.

¶ Item voluit & ordinauit quòd in gratijs beneficialibus de vacantibus aut certo modo vacaturis factis quibuslibet, si plura petantur beneficia vnum cuiuscunq; annui valoris per simplicem signaturam, & addito vt petitur duo, aut tria & non vltra beneficia petita veniant, dummodo etiam illorum fructus &c. C. libras Turoñ. paruorum secundum com. æsti. siue tantundem in alia moneta non valeant annuatim.

¶ De valore beneficiorum exprimendo in impetratione.

¶ Item voluit quòd in gratijs quas quibusuis personis de beneficijs vacantibus, seu certo modo vacaturis fieri cõtigerit, illorum & aliorum quorumcunque beneficiorum, quæ dictæ

personæ tunc obtinuerint,seu de quibus eis fuerit prouisum vel cõcessum,aut mandatum prouideri,verus annuus per marchas argenti,aut sterlingorum vel librarum Turoneñ. paruorum seu Florenorum auri,aut ducatorum, aut vnciarũ auri,seu alterius monetæ valor se.com. æsti. exprimatur : nisi personæ prædictæ beneficia quæ tũc obtinuerint,aut in quibus vel ad quæ ius eis competit iuxta ipsarum oblationes vel aliàs dimittere teneãtur:alioquin præfatæ gratiæ sint nullæ.Et idem seruetur in gratijs quas à sua S. motu proprio emanare contigerit quo ad beneficia de quibus per S.suam pro tempore prouidetur seu prouideri mandatur,aut aliàs disponitur:ac literis per quas etiam pro tempore ad ecclesiarum patriarchalium metropolitanarum & cathedralium,ac monasteriorum regimina promotis conceditur quòd monasteria & alia beneficia ecclesiastica secularia & regularia per eos obtenta , ac in quibus & ad quæ ius eis competit retinere posint.

¶De clausulis in beneficijs vacantibus ponendis.

¶Voluit & ordinauit, quòd quando prouidet seu mandat prouideri alicui de beneficio ecclesiastico vacañ.tunc dari poterunt clausulæ si petãtur,etiam si illud quouis modo &c. seu per constitutionem Execrabilis.vacet, ac specialiter reseruatum inter alios litigiosum sit, & eius collatio deuoluta fuerit, & si pro collitigante vel surrogationem aut si neutri vel si nulli &c.petente sit cum specificeris exprimatur. Nec detur aliqua generalis reseruatio dispositiuè nisi desuper in concesione specialis & expressa ac purè & non sub conditione

conditione mentio fiat:& tūc reliquæ reseruationes inibi contentæ veniant. Si verò tempore expeditionis inde literarū generalis reseruatio huiusmodi probari non posit, aut in nouis prouisionibus aut pro collitigantibus si neutri vel si nulli &c. sit expressum quòd ab aliquibus asseretur illum cuius beneficiū conceditur collectorem, subcollectorē, abbreuiatorem vel familiarem &c. fuisse, clausula ponatur. Etiam si dictum beneficium ex eo quòd talis collector vel subcollector abbreuiator vel familiaris &c. fuit dispositioni Apost. generaliter reseruatum existat, dummodo non sit in eo alicui specialiter ius quæsitū. In reliquis verò nulla clausula detur vnde reseruatio generalis elici posit, nisi desuper signatura per duplex Fiat signata sit, aut reformatio vel aliàs specialiter habeatur.

¶ Qualitates beneficiorum exprimantur in impetratione.

¶ Item voluit, quòd super beneficijs ecclesiasticis de qualitatibus illorū videlicet an dignitates personatus vel officia sint, eisq; cura immineat animarū, & ad illa cōsueuerint qui per electionem assumi, mentio fiat: aliàs gratiæ desuper factæ sint nullæ. Et si qualitates huiusmodi affirmatiuè vel conditionaliter non exprimantur, negatiua expresio desuper fiat in beneficijs quæ tales qualitates vel ex eis aliquas consueuerunt habere.

¶ De beneficijs vacan. per contractum matrimonij.

¶ Item si reseruetur beneficiū per contractum matrimonij, non dentur alij modi vacationum de futuro, nec censeatur beneficium reseruatum specialiter vel affectum, nisi sequatur matrimo-

nium. Sed in beneficijs per promotionem vel assecutionem aut ingressum religionis vacaturis ponatur clausula, etiam petatur, cum beneficia huiusmodi permissa vel alio quouis modo &c. prætérquàm per obitum obtinentis vacare contigerit etiam si vacent.

¶ De religiosis recipiendis quæ clausulæ dabuntur.

¶ Item voluit, quòd si petatur aliquē in religiosum recipi ac sibi de quouis ecclesiastico beneficio prouideri per simplicē signaturam fiat, receptio huiusmodi duntaxat detur adiecto si petens idoneus sit, & aliud canonicum nō obstat: & exprimatur si certus numerus regularium sit ibidem: cui etiam non derogetur nisi expresse concedatur. Et si numerus ipse non existat, ponatur, dummodo receptionis locus huiusmodi nimium propterea non grauetur.

¶ De translatione religiosorum & impetratione beneficiorum.

¶ Item si regularis petat sibi de beneficio ab aliquo monasterio vel alio regulari loco dependen. prouideri, & apparet ex petitione huiusmodi quòd alterius monasterij vel loci religiosi sit, licet inibi translatio non petatur, nihilominus illa veniant.

¶ De clausula, si est ita.

¶ Item ꝙ in literis super beneficijs per constitutionem Execrabilis, vacan. ponatur clausula, si est ita. Similiter de quibuscunq; narratis informationem facti requirentibus.

¶ Petenti prouideri de vacaturo dentur literæ de vacaturo.

¶ Item petenti sibi prouideri de vacaturo dentur

dentur literæ de vacaturo & econuerso, prout expedierit impetranti.

¶ Executoriales dentur sub Bulla.

¶ Voluit & ordinauit, quòd mãdata Apost. super sentẽtijs in Rom. cur. latis executioni de mãdãdis sub bulla expediãtur, aliàs sint nulla.

¶ Reuocationes decimarum impositionum indulgentiarum.

¶ Idem reuocauit quascunq; decimarũ, subsidiorum, vigesimæ & aliorum onerum impositiones quæ à præfato Adriano prædecessore suo ex quauis causa, etiam in subsidium expeditionis contra Turcos & alios orthodoxæ fidei hostes emanauerũt, tam super decimarum, vigesimę, & onerũ huiusmodi exactione quàm alias quascunq; facultates quibusuis fructuũ & prouentuũ Canc. apost. debitorũ collectorib. & Apo. sedis nuntijs etiã cum plena potestate legati de latere ab eodem prædecessore cõcessas eorum collectoriæ officium & cõmissa eisdem nuntijs principaliter seu alia quæuis negotia non cõcernentes. Suspendit quoq; ad suæ S. & sedis Apost. beneplacitum quascũq; plenarias indulgentias quæ ab eodem prædecessore ex quauis causa etiam expeditioni huiusmodi concessa fuerunt: necnon deputandi & eligẽdi confessores qui plenariè absoluant & alia faciant: ad earundem indulgẽtiarum effectum reliquás ve facultates in literis indulgentiarum huiusmodi ipsas quomodolibet cõcernentes quo ad ea in quibus indulgentiæ & facultates ipsæ in aliqua sui parte sunt sortitæ effectum: ita vt illis qui implentes iniuncta eis in literis indulgentiarum huiusmodi iam consecuti sunt facultatem eligendi confessorem qui absoluat eos

plenariè in mortis articulo per huiusmodi suspensionem non præiudicetur, quin facultate ipsa vti posſint in futurũ. Decreuit quoq; irritum & inane quicquid facultatũ reuocatarum earundẽ prætextu in posterũ cõtigerit attẽtari.

¶ Quòd vigore clausulæ maioris valoris fructus in tertia parte augeri posſint.

¶ Item cum nonnulli in impetrationibus beneficiorum ecclesiasticorũ pro tempore vacantiũ & certo modo vacaturorum, asserẽdo illorũ fructus &c. certũ per eos expressum annuũ valorem non excedere, nonnunq̃ obtineant à S. sua, vt huiusmodi valorẽ annuũ augere posſint, & verior posſit in cõfectione literarum super eisdẽ impetrationibus exprimi summa ad quam valorẽ ipsum augere valeant aliter non specificata, nec de virtute huiusmodi cõcesſionis prædictæ in posterũ hæsitari contingat, declarauit prætextu concesſionis huiusmodi valorem ipsum vsq; ad tertiã partem valoris expresſi & in prima quæ desuper fiet literarum expeditione duntaxat augeri posse: & eas quas literis iam expeditis cum expresſione valoris specificati, aut non integro augmento prædicto denuò desuper expediri contigerit literas cum aliquo augmento valoris huiusmodi nullius esse roboris vel momenti, etiam si motu proprio beneficiales gratiæ & dispositiones quæcunq; à sanctitate sua emanarent.

¶ Clausula absolutionis nõ suffragetur falsificatoribus & impedientibus nuntios Apostolicos.

¶ Itẽ ne personis pro quibus literæ suæ emanabunt ob generalem absolutionem à censuris

ecclesiasticis, quibus ligatæ forent ad earundem literarum effectum indifferenter concedi & in literis Apost. apponi solitã prestetur occasio censuras ipsas vilipendẽdi & insordescendi in illis, statuit & ordinauit huiusmodi absolutionem & clausulam in literis quas in futurum cum illa concedi continget: non suffragari non parentibus rei iudicatæ, incẽdiarijs, violatoribus ecclesiarum, falsificãtibus & falsificari procurãtibus literas & supplicationes Apostolicas & illis venientibus receptoribus & fautoribus eorum, & res vetitas ad infideles deferentibus, violatoribus ecclesiasticæ libertatis, via facti ausu temerario Apost. mandatis nõ obtẽperantibus, & nuntios vel executores Apost. sedis & eius officialium eis commissa exequentes impedictibus: qui propter præmissa vel aliquod eorum excommunicati à iure vel ab homine per quatuor menses scienter excommunicationis sententiam huiusmodi sustinuerint. Et generaliter quibuscunque alijs qui censuris aliquibus etiam quàm vt præfertur quomodolibet legati in illis per annum continuum insorduerint.

¶Officiales nihil exigant vltra debitum.

¶Item idem dominus noster intendens exactionibus quas S. sua non sine displicentia plerunque fieri intellexit per officiales Rom. Cur. qui constitutis eisdem emolumentis pro exercitio officiorum quæ obtinent non contenti, vltra à prosequẽtibus negotiorũ quorũlibet expeditionẽ in eadẽ exigere nõ verẽtur, obuiare volẽs districtè præcipiẽdo inhibuit omnibus & singulis quæuis officia in eadẽ Cur. obtinentib. ne de cætero quicq̃ prætextu officiorum quæ

Absolutio illorum qui in supplicationibus vel literis ignoranter scribunt.

¶ Primò quòd possit committere absolutionem illorum qui ignoranter in supplicationibus vel in literis apostolicis aliquid scriberent, corrigerent vel delerent.

¶ Quòd possit corrigere nomina & cognomina.

¶ Item quòd possit corrigere nomina & cognomina personarum & beneficiorum, dum tamen de corpore constet.

¶ Quòd potest committere omnes causas.

¶ Item quòd possit omnes causas beneficiales etiam non deuolutas committere in curia cum potestate citandi ad partes.

¶ Quòd possit aggrauare processus & sententias.

¶ Item quòd processus authoritate apostolica decretos aggrauare possit cum inuocatione brachij secularis, & sententias executioni demandari facere contra intrusos & intrudendos per literas apostolicas desuper conficiendas & non aliàs.

¶ De conseruatorijs.

¶ Item quòd possit concedere quibusuis petentibus conseruatorias per trienniū in forma.

¶ De celebrando ante diem in locis interdictis.

¶ Item quòd possit quibuslibet nobilibus personis petentibus dare indultum de celebrādo & celebrari faciendo ante diem in locis interdictis, & per triennium reconciliari faciendo ecclesias & cœmeteria polluta in forma.

¶ Quibus concedi poteſt indultum de fructibus percipiendis.

¶ Item protonotarijs & literarum apoſtolicarum ſcriptoribus, & de quibus iuxta illorum ſufficientiam & idoneitatem ſibi videatur abbreuiatoribus ſua officia in Rom. cur. pro tempore exercentibus indultum de percipiendis in abſentia ſuorum beneficiorum fructibus etiam ſi aliàs eis tale indultũ quauis authoritate conceſſum fuerit.

¶ Quibus conceditur altare portatile.

¶ Dominis terrarum & locorum, necnon abbatibus & per priores gubernari ſolitorum monaſteriorum prioribus ac ſuperioribus prꝑlatis, ac magnorum principum cõſiliarijs altare portatile in forma.

¶ Quòd poſsit admittere reſignationes.

¶ Item quòd poſsit recipere & admittere reſignationes beneficiorum eccleſiaſticorum quorumlibet, etiam generaliter vel ſpecialiter reſeruatorum ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis, & deſuper ſupplicationes per conceſſum ſignatæ pro literis apoſtolicis inde conficiendis, vt moris eſt.

¶ Quòd poſsit ſignare ſupplicationes.

¶ Item quòd poſsit ſignare ſupplicationes duorum referendariorum manibus ſignatas de nouis prouiſionibus ſi neutri, & ſurrogation. pro colligantibus, in quibus non detur clauſula generalem reſeruationem importans.

¶ De ſignandis prouiſionibus.

¶ Item quòd poſsit ſignare ſupplicationes, etiam manibus duorum referendariorum ſignatas

tas de beneficijs ecclesiasticis vacantibus secularibus & regularibus dispositioni apostolicæ generaliter non reseruatis, quorum cuiuslibet valor C. floreñ. auri de camera, vel totidem librarum Turoneñ. paruorum seu tandem in alia moneta secundum communem æstimationem valorem annuum non excedat.

¶ Super defectu natalium.

¶ Itē quòd posit signare supplicationes manu vnius referendarij signatas super defectu natalium ad omnes sacros ordines & duo beneficia ecclesiastica cum cura vel sine cura seinuicem cōpatientia, etiam si canonicatus & præb. vel officia collegiatarum ecclesiarum fuerint.

¶ Super defectu ætatis.

¶ Item quòd in gratijs expectatiuis concedere posit ad obtinēda beneficia dignitates personatus administrationes vel officia curata defectum ætatis patientibus, qui xx. suæ ætatis ann peregerint, & de quibus sibi, quòd aliàs ad hoc idonei sint, fides facta fuerit: quòd huiusmodi eorum gratiæ ad ipsa beneficia dignitates personatus administrationes ac officia valeant, suumq; sortiantur effectū. Et quòd illarum vigore quamprimū ad ętatē legitimā peruenerint huiusmodi beneficia dignitates personatus administrationes vel officia acceptare, & de illis sibi prouideri facere ac ea recipere & retinere posint & valeant.

¶ De reformationibus.

¶ Itē ꝙ in expectatiuis & de beneficijs generaliter vel specialiter nō reseruatis impetrationū quarūlibet reformationes de non obstañ. & dispēsatioñ. omissis, ac beneficiorū valorib. & qualitatibus nataliūq; defectib. signare posit.

Super

INDEX COPIOSVS IN REGVLARVM Cancellariæ Apostolicæ commentum.

Card

Eccle

INDICIS FINIS.

REGVLAE, *ORDINATIONES,* ET CONSTITVTIONES CANCELLARIAE S. D. N. DN. PAVLI *Diuina prouidentia* Papæ III.



Quatuor item Regulæ Cãcellariæ eiuſdem S. D. N. Pauli, poſt primas promulgatæ, cum regula alia de Menſib. reſeruatis.

Deputatio Executorum ſuper Reformatione officialium Romanæ Curiæ.

REGVLAE, ORDINATIONES, ET CONSTITVTIONES CANCELLARIAE, S. D. N. DOMINI PAVLI DIVINA PROVIDENTIA PAPAE III.



ANCTISSIMVS in Christo pater, & dominus noster, domin⁹ Paulus diuina prouidétia Papa III. suorum prędecessorũ vestigijs inhærendo, normã & ordiné rebus gerendis dare volens in crastino assumptionis suæ, videlicet die XIIII. mensis Octobris anni D. M. D. XXXIIII. reseruationes, cõstitutiones, & regulas infrà scriptas fecit, quas etiam extunc suo tépore duraturas obseruari voluit, & quas nos Hippolytus sancti Laurentij in Damaso, Diaconus Cardinalis sanctæ Romanæ ecclesiæ Vicecancellarius, die Iouis V. mensis Nouembris, anni prædicti in Cancellaria apostolica publicari fecimus.

Re

Reseruationes generales, & speciales, & primo constitutionum Ad regimen. &, Execrabilis.

IN primis reseruationes fecit similes illis, quæ in constitutione fel. rec. Benedicti Papæ XII. quæ incipit, Ad regimen. continentur, & illas locum habere voluit, etiam si officiales in eadẽ constitutione expressi apostolicæ sedis officiales ante obitũ eorũ esse desierint, quo ad beneficia, quæ tempore, quo officiales erant obtinuerant, ac reseruauit beneficia, quæ per constitutionem piæ memoriæ Io. Papæ XXII. quæ incipit, Execrabilis. vacant, vel vacare contigerit.

Reseruatio cathedralium ecclesiarum, & monasteriorum valorem ducentorũ florenorum excedentium.

ITem reseruauit generaliter omnes ecclesias patriarchales, primitiales, archiepiscopales, episcopales, necnon omnia monasteria virorum valorem ducentorum florenorum auri communi æstimatione excedentia, & voluit quòd excessus huiusmodi in literis exprimatur. Reseruauit dignitates post pontificales maiores in cathedralibus etiam Metropolitanis, & principales in collegiatis, ac dignitates conuentuales, quorumcunque ordinum, sed non militiarum, necnon suorum, & Cardinalium familiarium beneficia.

ITem reſeruauit generaliter diſpoſitioni ſuæ omnes dignitates maiores poſt pontificales in cathedralibus & metropolitanis, ac principales in collegiatis eccleſijs, ualorem decem florenorum auri communi æſtimatione excedentes: necnon prioratus, præpoſituras, præpoſitatus, ac alias dignitates conuentuales, & præceptorias generales ordinum quorumcunque, ſed non militiarum, ac quæcunque beneficia quæ tunc etiam dum cardinalatus fungebatur honore exiſtentes, & ſanctæ Romanæ eccleſiæ viuentium nunc, & qui erunt ſuo tempore Cardinalium familiares continui commenſales obtinent, & in poſterum obtinebunt eorũ familiaritate durante, ac in quibus, ſeu ad quæ ius eis competit, aut competierit, etiam ſi ab ipſa familiaritate per obitum Cardinalium eorundem, vel aliàs receſſerint, ac fe. re. Pauli II. & Innocentij VIII. Romanorum pontificum prædeceſſorum ſuorum veſtigijs inhærendo declarauit dignitates, quæ in cathedralibus, vel metropolitanis poſt pontificales non maiores exiſtunt, & quæ ex Apoſtolicæ ſedis indulgentia, vel ordinaria authoritate aut conſuetudine præſcripta, vel aliàs quouis modo in collegiatis eccleſijs principalem

præ

præeminentiam habere noſcuntur, ſub reſeruatione prædicta comprehendi debere.

Reſeruatio beneficiorum collectorũ & ſubcollectorum.

ITem reſeruauit generaliter omnia beneficia eccleſiaſtica quorumcunque collectorum, & vnicorum in quacunque ciuitate vel diœceſi, qui ſuo tempore eorum officia exercuerint, ſubcollectorum fructuum, & prouentuum cameræ Apoſtolicæ debitorum, illa videlicet beneficia duntaxat, quæ durante eorum officio obtinuerint, ac in quibus, ſeu ad quæ ius tunc eis competierit.

Reſeruatio beneficiorum curialium dum curia transfertur.

ITem reſeruauit omnia, & ſingula beneficia eccleſiaſtica quorumcunque curialium, quos dum Curia Romana de loco ad locum transfertur, eam ſequendo decedere contigerit, & in quouis loco quantumcunque etiam à dicta Curia remoto.

Reſeruatio beneficiorum cubiculariorum, ac curſorum ſuorum.

ITem reſeruauit generaliter idem D. N. Papa diſpoſitioni ſuæ omnia beneficia cubiculariorum, & curſorum ſuorum.

Reſer

Reseruatio beneficiorum sancti Petri, sancti Ioannis Lateran. & sanctae Mariae maioris de vrbe ecclesiarum, ac beneficiorum Cardinalium à Romana Curia absentium.

Item reseruauit dispositioni suae genera liter quoscũq; canonicatus, & praeben- as: ac dignitates, personatus, & officia in rincipis Apostolorũ sancti Ioannis Late nen. ac Beatae Mariae maioris de vrbe ec- esijs, necnõ ad collationẽ, prouisionem, praesentationẽ, seu quãuis aliam disposi- onẽ sanctae Romanae ecclesiae Cardinaliũ Rom. Cur. absentium ratione suorũ epi- opatuum Cardinalatus & ipsorũ Cardi- alium titulorũ spectantia, quandiu absen a sua durauerit canonicatus, & prębẽdas, gnitates, personatus, admininistrationes, el officia, caeteraq; beneficia ecclesiastica m cura, vel sine cura vacantia, & inanteà icatura, tã in eadẽ vrbe quàm in ecclesijs, uitatibus, & dioecesibus dictorũ episcopa um consistentia, ac decreuit irritum &c.
Item voluit idẽ dominus noster Papa ꝙ cõcessa per Clementem praedecessorem um, & de eius mãdato expediãtur in for- a rationi congruit, sub die coronationis ae, vt moris est, & idem quoad cõcessa per licis recordationis Leonem Papam x. & drianum Papam v i. etiam praedecessores

ſuos ad ſex menſes duntaxat ab ipſa die coronationis incipiendos obſeruari voluit.

❧ Reſeruatio omnium eccleſiarum, quas prædeceſſores tempore obitus reſeruauerant pariter beneficiorum nunc vacantium tanquàm affecta.

ITem declarauit omnium, & ſingularum eccleſiarũ cathedralium, & monaſteriorum prouiſiones, quas præfati prædeceſſores ſui ordinationi, & diſpoſitioni eorum, necnon omnia & ſingula beneficia eccleſiaſtica, quæ dicti prædeceſſores etiã præfatæ diſpoſitioni cum interpoſitione decreti reſeruauerãt: quæ quidem eccleſię, & monaſteria, necnon ſic reſeruata beneficia tẽpore obitus eorundẽ prædeceſſorũ vacabant, aut eccleſiæ, vel monaſteria huiuſmodi ſic commẽdata, vel eis adminiſtratores deputati nõ fuiſſent, etiã tunc vacaſſent remanſiſſe, & remanere per huiuſmodi reſeruationem, & decretum affecta, nullusq́; de illis præter Rom. põtificem, ea vice ſe intromittere, vel diſponere potuiſſe, ſiue poſſe quoquomodo: decernẽs irritum & inane, ſi ſecus de illis attẽtatum forſan erat tunc, vel in poſterum contigerit attentari.

❧ Reualidatio literarum gratiam vel iuſtitiam continentium, ac reſtitutio in priſtinum ſtatum ad exequendũ, ac ſi inchoatio intra annum facta fuiſſet.

ITem prædictus Dominus noster omnes & singulas ab ipsis prædecessoribus suis ntra annum ante diem obitus eorum con cessas gratiæ vel iustitiæ Literas tempori- bus debitis earum executoribus nō præsen atas omnino reualidauit, & in statum pri tinum in quo videlicet antè fuerāt, & eos pro quibus erant obtentæ quo ad hoc ple- narię restituit, ac decreuit per executores prædictos, vel ab eis subdelegandos perin- le ad ipsarum executionem procedi posse, & debere, ac si executio huiusmodi tempo ibus prædictis inchoata fuisset.

ITem reuocauit quascunq; expectatiuas, & collationes, mutationes, ac reualida- iōnes, & extensiones, eas quomodolibet oncernentes, etiam si qui per eas in cano- icos sub expectatione præbendæ vel por ionum creati aut recepti fuissent. Necnon lias quàm super quibus per Cancellariam postolicam literæ in forma solita expedi i consueuerunt, reseruationes etiam men iles, perinde ac si non emanassent de qui- usuis etiam Patriarchalibus, Metropolita is, & alijs Cathedralibus ecclesijs, ac Mo- asterijs, & beneficijs vacaturis cum proui- onibus, & commendis alijsq; dispositio- ibus, seu de promouendo & commendan o, aliasq; disponendo mandatis & exten-

ſionibus inde ſecutis. Necnon abſq; conſenſu coadiutorias, ſeu coadiutorum deputationes, etiã cum ſucceſsione, per dictum Clementem & alios Rom. Pontifices ſuos prædeceſſores in fauorem quorumcunque, & quibuſcunque etiam Sanctæ Roman. eccleſiæ Cardinalibus, & ſub quibuſuis verborum formis, etiam motu proprio & de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine ſeu Conſiſtorialiter conceſſas, & factas, ac facultates nominandi, reſeruãdi, conferendi, commendandi, & aliàs diſponendi, quæ ab eiſdem prædeceſſoribus emanarũt, illarumq; vigore factas nominationes, & reſeruationes, quo ad ea in quibus nondum verè, nõ autem per decretum in illis appoſitum ſunt ſortitæ effectum, nec alicui quaſcunq; declarationes aut præſeruatiuas, vel extunc prout ex die reuocationis huiuſmodi reſtitutiuas & reualidatiuas clauſulas, vel adiectiones, etiam ſi in eis decretum eſſet, illas extunc effectum ſortitas eſſe, & ius in re quæſitum fore, aduerſus reuocationem huiuſmodi, in alieno ſuffragari, ac tenores & formas omnium præmiſſorum pro expreſsis habere voluit.

ITem rationabilibus ſuadentibus cauſis ipſe D. N. omnes yniones, annexiones, incorporationes, ſuppreſsiones, extinctiones,

nes, applicationes, & dismembrationes
etiam perpetuas de quibusuis Cathedrali-
bus, necnon alijs ecclesijs, Monasterijs, di-
gnitatibus, personatibus, officijs, ac locis
& beneficijs ecclesiasticis per cessum, vel
decessum, aut quamuis aliam dimissionẽ,
seu amissionem qualiacunque fuerint inui
tem vel alijs ecclesijs monasterijs mensis di
gnitatibus, personatibus, officijs, benefi-
cijs, & pijs, ac alijs locis vniuersitatibus etiã
studiorum generalium, & collegijs etiam
in fauorem sanctæ Romanæ ecclesiæ Car-
dinalium seu ecclesijs monasterijs & benefi
cijs per eos obtẽtis quomodolibet aposto-
lica vel alia quauis authoritate factas quæ
suum sortitæ non sunt effectum, ac quęcun
que concessiones, & mandata super vnio-
nibus, annexionibus, & incorporationi-
bus, ac alijs præmissis taliter faciẽdis reuo-
cauit, cassauit, & irritauit, nulliusq́; decre-
uit existere firmitatis: nec alicui quascũq;
clausulas, vel adiectiones in quibusuis Apo
stolicis etiã quę Motu proprio aut ex certa
sciẽtia etiam consistorialiter processerant,
& emanauerant literis, etiã si in eis decretũ
esset illas extũc effectũ sortitas esse, aut ius
quæsitũ fore quomodolibet contentas ad-
uersus reuocationẽ cassationẽ & irritatio-
nẽ huiusmodi voluit aliquatenus suffragari.

Reuocatio facultatum concessarum quibuscunque.

ITem reuocauit quascũq; facultates concessas quibusuis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, ac alijs Prælatis & personis, necnon Apostolicæ sedis nuntijs: ac fructuum, & prouentuũ Cameræ Apostolicæ debitorum Collectoribus de dispensando cum quibusuis personis super matrimonio contracto, vel contrahendo in gradu prohibito, ac super nataliũ & ætatis defectibus, & de incompatibilibus beneficijs ecclesiasticis in simile retinendis, necnon de notarijs publicis creandis, ac de disponendo quomodolibet de quibusuis beneficijs ecclesiasticis, & aliàs à præmissis officia ipsorum nuntiorũ & collectorum directè non concernẽtes. Necnon facultates, & indulta quibusuis Cardinalibus, aut alijs personis de quibusuis beneficijs ecclesiasticis certarũ Ciuitatũ, & diœcesum in quibus ipsi non erãt nec vnquam fuerãt veri ordinarij collatores, sed de ipsorũ ordinariorũ consensu, aut etiam sine eorũ consensu seu sede Episcopali, vel etiam Archiepiscopali vacan. disponendi, aut vicarios perpetuos, seu tẽporales, qui etiam eisdem Cardinalibus aut personis huiusmodi beneficia conferrent, vel commendarent, deputandi, aut ipsi

ofi vicarij per quofcunq; Romanos Ponti
ces prædeceffores fuos deputati fuiffent,
tiam perinde ac fi veri,& nõ ficti inibi or-
inarij Collatores effent:ac etiam cum de-
reto quòd difpofitiones de eifdem benefi
ijs abfq; eorũdem Cardinalium vel perfo
arum confenfu,etiam per Sedem Apofto
icam pro tempore factæ nullius effent ro-
oris quomodolibet cõceffa, etiam fi in li-
eris defuper confectis fint claufulæ reftitu
oriæ,reintegratoriæ, & derogatoriarum
erogatoriæ, & aliæ efficaciores quas pro
xprefsis haberi voluit, quoad omnia in
uibus facultates ipfæ nõ funt fortitæ effe-
tum, etiam fi nuntijs eifdem dictæ fedis le
at. de latere cõpetens fit cõceffa poteftas.
Decernens irritum &c.

ITem reuocauit quafcunq; facultates, &
literas defuper cõfectas per quas quicun
que fui prædeceffores Romani Pontifices
uibufuis perfonis ordinariã collationem
eu aliam difpofitioné beneficiorum eccle
iafticorũ de iure vel cõfuetudine habenti-
us,& quauis etiã Patriarchali, Archiepi-
copali, Epifcopali vel alia dignitate, non
amen Cardinalatus honore fungentibus,
uauis cõfideratione vel intuitu feu etiam
Motu proprio & ex certa fciẽtia,ac de Apo
tolicæ poteftatis plenitudine concefferãt,

vt quandiu viuerent, vel ſuis Eccleſijs, ſeu Monaſterijs præeſſent, aut ad aliud tempus de beneficijs eccleſiaſticis generaliter reſeruatis ſeu effectis ad eorum collationem, prouiſionem, præſentationé, electionem, aut quamuis aliam diſpoſitionem communiter vel diuiſim ſpectantibus diſponere liberè & licitè valerent, aut etiam ad id per eóſdem prædeceſſòres vicarij perpetui vel ad tempus conſtituti forent.

De dictionibus numeralibus in literis Apoſtolicis ponendis.

ITem vt in Apoſtolicis literis cõmittendi crimen falſi peramplius tollatur occaſio, voluit, ſtatuit, & ordinauit, quòd in anteà dictiones numerales quæ in dictis literis ante Calendas, Nonas & Idus immediatè poni conſueuerunt, per literás, & ſyllabas extenſæ ſcribantur: & illæ ex præfatis literis in quibus huiuſmodi dictiones aliter ſcriptæ fuerint, ad bullariam nullatenus mittantur.

De concurrentibus ſuper beneficio iuxta qualitatem.

ITem voluit quòd de concurrentibus ſuper vacãtibus, ſeu certò modo vacaturis beneficijs, illis quibus gratiæ motu proprio concedũtur: cæteris ſimili modo gratias nõ habentibus, aliàs graduati non graduatis: & inter graduatos magis graduati,

aut inter æqualiter graduatos prius graduati. Necnon colorato titulo possessores non possessoribus, ac inter personas alias: in Curia præsentes absentibus ab ea, ac inter præsentes non beneficiati beneficiatis, & similiter inter absentes, & cæteris paribus oriundus non oriundo: & diœcesanus non diœcesano, in reliquis verò singuli qui prius apostolicas desuper literas eorum executoribus præsentauerint alijs in ipsorum de quibus agi contigerit beneficiorum assecutione præferantur.

De non tollendo ius quæsitum per quācunque commissionem.

ITem ne per varias quæ pro commissionibus seu mandatis & declarationibus hābendis in causis plerūq; fiunt suggestiones iustitia postponatur, idē dominus noster decreuit & declarauit suæ intentionis fore quòd deinceps per quācunq; signaturam seu cōcessionem aut gratiam vel literas apostolicas pro cōmissionibus seu mādatis aut declarationibus huiusmodi, etiā si motu proprio & ex certa scientia, ac etiā ante motam litem à sanctitate sua emanauerint, vel de eius mandato faciēdas, nulli ius sibi quæsitum quomodolibet tollatur.

In XIIII. anno in Cathedralibus, in X. autem anno in Collegiatis ecclesijs possunt habere Canonicatus & præbendas.

ITem quòd prouisiones seu cōcessiones, vel mādata de prouidēdo de Cathedralium ecclesiarū Canonicatibus & præbendis, quæ pro quibusuis personis si XIIII. suæ ætatis annum non compleuerint quomodolibet emanauerint, nisi eis (quòd illos in minori ætate recipere possint) per sedem Apostolicam specialiter concessum fuerit: & quæcunque dispositiones de Canonicatibus & præbendis in collegiatis ecclesijs, si impetrantes maiores decem annis non fuerint, & de hoc in impetrationibus huiusmodi expressa mentio non fiat, nullius roboris sint vel momenti, & habeantur pro infectis.

De infirmis eorum beneficia resignantibus.

ITem voluit quòd siquis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficium siue simpliciter, siue ex causa permutationis, & postea infra XX. dies à die per ipsum resignantē præstādi consensus computandos de ipsa infirmitate decesserit, ac ipsum beneficiū quauis authoritate cōferatur per resignationem sic factam, collatio huiusmodi nulla sit: ipsumq; beneficiū nihilominus per obitum censeatur vacare.

Cui conceditur prouideri de parochiali ecclesia debet intelligere & loqui idioma illius patriæ.

Item

ITem voluit quòd si cõtingat ipsum alicui personæ de parochiali ecclesia proui
dere seu mãdare prouideri vel gratiã expe
ctatiuã concedere, nisi dicta persona intel
ligat & intelligibiliter loqui sciat idioma
loci vbi hmõi ecclesia cõsistit, prouisio seu
mãdatũ & gratia desuper quo ad parochia
lẽ ecclesiã, nullius sint roboris vel momẽti.

De beneficio impetrato per obitũ viuentis.

ITem si quis supplicauerit sibi de beneficio quocunque tanquàm per obitum ali
cuius licet tunc viuentis vacante prouideri & postea per obitum eius vacet, prouisio, & quæuis alia dispositio dicto supplicanti per obitum huiusmodi denuò facien
dæ, nullius sint roboris vel momenti.

De vnionibus & vnionum confirmatione.

ITem voluit quòd petentes beneficia ecclesiastica alijs vniri, teneantur exprime
re verum annuum valorem secundum com
munem æstimationem tam beneficij vnien
di quàm illius cui vniri petitur: alioquin
vnio non valeat, & semper in vnionibus
commissio fiat ad partes vocatis quorum
interest, & idem voluit obseruari in confir
mationibus vnionum factarum.

De mẽdicantib⁹ trãseũtib. ad alios ordines.

ITem de mendicantibus qui ad alios ordines transierint pro tempore, voluit
con

constitutioné fel.rec. Martini Papæ quinti prædecessoris sui desuper factam, & in libro cancellariæ apostolicæ descriptã, quæ incipit, Viam ambitiosæ cupiditatis &c. firmiter obseruari.

De male promotis seu ordinatis ad sacros ordines.

ITem de clericis extra tempora à iure statuta siue ante ætatem legitimã, aut absq; dimissorijs literis ad sacros ordines se promoueri facientibus pro tempore etiam voluit constitutioné Piæ me. Pij Papæ ij. similiter prædecessoris sui desuper editam & in dicto Cancellariæ Apostolicæ libro descriptam, quę incipit, Cum ad sacrorum ordinum &c. pari modo obseruari.

De moneta.

ITem declarauit idem dominus noster quòd libra turonensiũ paruorũ, & florenus aurei de camera pro æquali valore in concernentibus literas & cameram Apostolicas computari & æstimari debeant.

De beneficijs vacaturis per promotionem ad ecclesias vel monasteria.

ITem præfatus dominus noster Papa voluit, decreuit, & ordinauit, quòd quæcunq; cõcessiones gratiæ & mãdata etiam motu proprio, & cum derogatione huius constitutionis, quæ ab eo pro quibusuis

perso

ersonis emanauerint de prouidēdo eis de
uibusuis beneficijs vacaturis per promo-
ionem quorumcunque ad ecclesiarum &
nonasteriorū regimina, si huiusmodi con
essiones & mandata diem promotionis
romouendorum ipsorum præcesserint.
Jecnon quæcunq; collationes, prouisio-
es, ac dispensationes pro tempore facien-
æ de præmissis, ac quibusuis alijs benefi-
ijs ecclesiasticis secularibus & regulari-
us, quæ per promouendos vel assumēdos
d quascunq; prælaturas inter illarum va-
ationis & huiusmodi promotionis vel as
ımptionis tempora simpliciter vel ex cau-
ı permutationis vbicunque resignari vel
liàs dimitti cōtigerit cum inde secutis pro
empore sint cassæ, & irritæ nulliusque ro-
oris vel momenti.

Non iudicetur iuxta formam supplicatio-
num, sed literarum expeditarum.

Item cum ante confectionem literarum
gratia Apostolica sit informis : voluit,
tatuit, & ordinauit idem dominus noster
uòd iudices in Romana curia & extra eā
ro tempore etiam si sint sanctæ Romanæ
cclesiæ Cardinales causarum Palatij Apo
tolici auditores vel quicunque alij non iu
ta supplicationum signatarum super qui-
usuis impetrationibus vel concessioni-
b us

bus, nisi in dicta curia duntaxat sint commissiones iustitiam cōtinentes per placet, vel per sanctæ Romanæ ecclesiæ vicecancellarium iuxta facultatem super hoc sibi concessam signatæ, sed iuxta literarum super eisdē impetrationibus & concessionibus confectarum tenores & formas iudicare debeant, decernens irritum &c. & si literæ ipsæ per præoccupationem vel aliàs minus bene expeditæ reperiantur, ad illorum quorum interest instantiam ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt per eius officiales, quibus huiusmodi tenores & formas restringere conuenit, ad formas debitas reducendæ.

De regullis Cancellariæ producendis.

ITem attendēs idem dominus noster Papa quòd super habendis de Cancellaria Apostolica regulis & constitutionibus inibi descriptis faciliter per eos qui in Romana curia indiguerint ad ipsam Cancellariam recursus dirigi potest, nec consultum foret quòd super earundem regularum & constitutionum quas iuxta varietatem occurrentium causarum & negotiorum aliquotiens immutari conuenit probando tenore vel effectu testium plerunque tenacem desuper memoriam non habentium depositionibus stari deberet, voluit, statuit

uit,& ordinauit, quòd deinceps quilibet
x auditoribus causarum Palatij Apostoli-
i,& alij etiam si sanctæ Romanæ ecclesiæ
nt Cardinales,in ipsa curia pro tempore
eputatis authoritate Apostolica iudici-
us,etiam in causis actu pendentibus super
uiusmodi tenore vel effectu, probando
untaxat stet fidemque adhibeat schedulæ
u scripturæ desuper à duobus de maiori
arco quòd danda sit à tergo signatæ, &
iam duobus alijs literarum Apostolica-
i abbreuiatoribus in ipsa Cancellaria au-
ultatæ,& domini Vicecancellarij, seu di-
am Cancellariam regentis manu subscri
æ,vt moris est:quicquid autem secus fie-
contigerit, nullius sit roboris vel mo-
enti.

De surrogandis collitigantibus.

Tem dominus noster litium succinde-
dere cupiens anfractus,& ne noui colli-
gantibus aduersarij dentur prouidere,
lluit,statuit,& ordinauit quòd quotiens
inceps aliquem super quouis ecclesia-
co beneficio collitigantem in iure vel
ius, si quod forsan eius aduersario in di
o beneficio competierit surrogari con-
sserit, dummodo præfatus collitigans
dicto beneficio intrusus non fuerit, nec
per eo contra dictum aduersarium post-
quàm

quàm illud per triénium pacificè possederat, lis tunc mota fuerit aliorũ quomodolibet de præmisso iure siue tunc vacet, vel cum vacauerit, impetrationes vel concessiones, etiam motu proprio intra mensem ante concessionem huiusmodi factæ nullius sint roboris vel momenti: & nihilominus fe. rec. Pauli ij. & Innocentij viij. ac Adriani vj. Roman. pontificum prædecessorum suorum vestigijs inhærendo cupiens eorum fraudibus obuiare, qui viuentium beneficia illorũ præsertim, quibus aut propter senium, aut infirmitatem imminet vitæ periculũ impetrant vt illis decedentibus tanquam collitigantes in illorũ iuribus facilius surrogentur, voluit vt deinceps nullius in iure vel ad ius in beneficio defuncti, quod illo viuente in casibus præmissis vel similibus impetrauit aliquo modo surrogetur, ac surrogatio, & gratia si neutri, si nulli, siue nouæ prouisionis, aut perinde valere taliter impetranti nullatenus suffragetur. quod etiam strictissimè obseruari mandauit in impetrationibus beneficiorũ per priuationem & amotionem ex quibusuis criminibus, & excessibus forsan perpetratis, etiam si vsq; ad diffinitiuã sententiam, quæ tamen in rem non transiuerit iudicatam processum foret.

Non

Non valet impetratio per obitum nisi præcesserit congruum tempus.

ITem voluit & ordinauit quòd omnes gratiæ quas de quibusuis beneficijs eccle iasticis cum cura vel sine cura secularibus & regularibus per obitum quarumcunque personarum vacantibus inanteà fecerit, nullius roboris vel momenti sint, nisi post obitum & ante datam gratiarum huiusmo li tantum tempus effluxerit, quod interim acationes ipsę de locis in quibus personæ rædictæ decesserint, ad notitiam eiusdem lomini nostri verisimiliter potuerint per-enisse.

Non valet commissiones nec processus causarum super gratia nisi literis expeditis.

ITem quòd omnes & singulæ causarum cõmissiones quas inanteà fieri contigeit obtentæ, vel occasione concessionum untaxat apostolicarum de beneficijs ecleesiasticis gratiarum super quibus apostocæ literæ confectæ nõ fuerint, ac procesis desuper habẽdi nullius sint roboris vel nomenti.

De impetratione beneficiorum vacantium per obitum familiarium Cardinalium.

ITem voluit quòd impetrans beneficium vacans per obitum familiaris alicuius ardinalis teneatur exprimere nomen, &

titulum ipſius Cardinalis,& ſi ille in curia fuerit eius ad id accedat aſſenſus, aliàs deſu per gratia ſit nulla. & idem ſeruari voluit etiam ſi dicti familiares eorundem Cardinalium familiares eſſe deſierint, ſeu ad aliorum Cardinalium familiaritatem ſimilem tranſierint,quoad beneficia quæ familiaritate priori durante obtinuerint,& in quibus priori ipſa familiaritate durante ius eis competierit,ita quòd quorum ad illa Cardinales prius familiares fuerint,ſuũ habeant adhibere conſenſum.ac felicis re. Sixti iiij.Innocentij viij.& Adriani vj. Romanorum Pontificum prædeceſſorum ſuorum inhærendo veſtigijs declarauit præſentem conſtitutionem locum non habere in illis beneficijs quæ non ſolum ratione familiaritatis continuæ commenſalitatis huiuſmodi,ſed etiam ratione officiorum quæ familiares ipſi tempore obitus eorum in dicta Curia vel extra eam obtinerent aut antea obtinuiſſent dictæ diſpoſitioni generaliter reſeruata vel affecta fuiſſe apparerent. Necnon illos quo ad effectum dictæ conſtitutionis familiares eorundem Cardinalium cenſeri, qui ipſorum Cardinalium familiares continui cõmenſales ad minus per quatuor menſes fuiſſe probarentur. Decernens irritum &c.

Item

ITem idem dominus noster ad euitandum lites & contentiones quæ ex præ-
:edenti sua constitutione exoriri possent,
/estigijs prædecessorum suorum inhæren-
lo, voluit, statuit & ordinauit quòd si be-
neficia quæ per obitum familiarium con-
inuorum commensalium eorundem Car
linalium in futurum vacabunt cessantibus
Apostolicis reseruationibus ad alterius
Cardinalis collationem vel aliam dispo-
itionem pertinere deberent in dicta præ-
edenti constitutione non comprehen-
lantur, quoad hoc vt in prouisionibus ta-
ium beneficiorum super expeditione li-
erarum illius Cardinalis cuius familia-
is defunctus ille extitit consensus requi-
i debeat, sed beneficia huiusmodi ad col-
ationem & quamuis aliam dispositio-
em Cardinalis ordinarij collatoris vt
ræfertur liberè expectare censeantur, &
apud Sedem Apostolicam beneficia hu-
ıismodi per obitum dictorum familia-
ium vacauerint, tunc in prouisione hu-
ısmodi talium beneficiorum super expe-
itione literarum illius Cardinalis exi-
atur consensus, si in Rom. Curia præ-
ens fuerit, ad quem eorundem collatio
el dispositio vt præfertur pertinere de-
eret.

Signatura per fiat præfertur illi per concessum.

ITem voluit idem dominus noster quòd concurrentibus eadē die super quocunque beneficio per Fiat & concessum signaturis ex eis per Fiat etiam vt petitur habens alteri per cōcessum etiam motu proprio habenti præferatur.

De impetrando beneficium etiā per annum pacificè possessum.

ITem idem dominus noster vt improbi lites exquirentium motus reprimantur voluit statuit & ordinauit quòd quicunq; beneficium ecclesiasticum tunc per annum immediatè præcedentem pacificè possessum & quod certo modo vacare prætenditur deinceps impetrauerit, nomē, gradum & nobilitatem possessoris eiusdem & quot annis illud ipse possedit, ac specificam & determinatam, ex qua clarè poterit constare quòd nullum ipsi possessori in dicto beneficio ius competat, causam in huiusmodi impetratione exprimere, & intra sex menses ipsum possessorem ad iudicium euocari facere, causamque extunc desuper intra annum vsque ad sententiam diffinitiuam inclusiuè prosequi debeat & teneatur, alioquin impetratio prædicta & quæcunque inde secuta nullius existant firmitatis.

atis.& idem impetrãs de damnis & inter-
sse possessoré prædictum propterea con-
ingentibus ei satisfacere,& si possessorem
psum iniustè friuolè & indebitè molestas-
e repertus extiterit quinquaginta flore-
ios aurei persoluere Cameræ Apostolicæ
it astrictus,nec alius quàm præmissæ vaca-
ionis modus etiam per literas si neutri aut
urrogationis,vel aliàs, sibi quoad hoc vt
peneficium huiusmodi ea vice cõsequi aut
obtinere valeat quomodolibet suffrage-
ur,illudq; nullatenus inanteà litigiosum
propterea censeatur.

De triennali possessore non molestando.

ITem statuit & ordinauit idem dominus noster,quòd si quis quæcunque ecclesia-
tica beneficia qualiacunque sint absque si-
noniaco ingressu ex quouis titulo Aposto
ica vel ordinaria collatione aut electio-
ne, & electionis huiusmodi confirmatio-
ne seu præsentatione,& institutione illo-
um ad quos beneficiorum huiusmodi col-
atio prouisio electio & præsentatio seu
quæuis alia dispositio pertinet,per trien-
nium pacificè possederit,dummodo in be-
neficijs huiusmodi(si dispositioni Aposto-
icæ ex reseruatione generali in corpore iu
is clausa reseruata fuerint) se non intru-
erit,super eisdem beneficijs taliter posses-

ſis moleſtari nequeat, necnon impetrationes quaslibet de beneficijs ipſis ſic poſſeſsis factas irritas & inanes cenſeri debere decreuit, antiquas lites ſuper illis motas penitus extinguendo.

De publicatione facienda in beneficijs reſignatis.

ITem idem dominus noſter ſtatuit & ordinauit quòd quæcunque beneficia eccleſiaſtica ſiue in Rom. curia ſiue extra eam reſignata, niſi de illis factæ reſignationes ſi in eadem Curia infra ſex menſes, ſi verò extra dictam Curiam factæ ſint, infra menſem extunc vbi dicta beneficia conſiſtunt publicatæ fuerint, vel poſſeſsio illorum ab eis quos id contigerit petita extiterit, ſi reſignantes iſta poſtmodum in eorundem reſignatorum beneficiorum poſſeſsione deceſſerint, non per reſignationem ſed per obitum huiuſmodi vacare cenſeantur, collationes quoque & quæuis aliæ diſpoſitiones de illis tanquàm per reſignationem vacantibus factæ & inde ſecutæ nullius ſint roboris vel momenti.

De non appellãdo ante diffinitiuã ſentẽtiã.

ITem idem dominus noſter vt litibus finis celerius imponatur & litigantium parcatur ſumptibus & expenſis, ſuorum prædeceſſorum conſtitutionibus &

ſtatu

ſtatutis inhęrẽdo ſtatuit & ordinauit, quòd
in cauſis in Romana Curia pendentibus, &
quas in poſterum quouis modo contigerit
agitari, nulli ante diffinitiuam ſententiam
liceat appellare, nec appellatio ſi fuerit e-
miſſa, debeat admitti: niſi ab interlocuto-
ria quæ vim habeat diffinitiuæ, vel à graua
mine minime concernente negotium prin
cipale, quod non poſsit per appellationem
à diffinitiua ſententia reparari: nullisque
cauſæ appellationum huiuſmodi commit-
tantur, niſi in cõmiſsione exprimatur quòd
interlocutoria vim diffinitiuæ habeat, vel
grauamen ſit tale quòd in appellatione à
diffinitiua non valeat reparari. Alioquin
appellationes & cõmiſsiones in poſterum
ac quicquid inde ſecutũ fuerit nullius ſint
roboris vel momenti, commiſsionibus ap-
pellationum iam iudicibus præſentatis, &
exhibitis in ſuo robore permãſuris, in qui-
bus latis ſuper eiſdem ſententijs ſecundò
vel vlterius ab eis non liceat appellare, ap-
pellantes verò & appellationes etiã ab in-
terlocutorijs, & grauaminibus huiuſmo-
di ſuo vel alterius nomine proſequentes, ſi
ſuccubuerint vltra expenſas & damna ad
quæ reſarcienda de iure condemnatus com
pellitur, viginti florenorũ auri pœna mul-
ctetur.

Commisſioni poſt concluſionem non ſtetur, niſi derogetur concluſioni.

ITem ſtatuit & ordinauit, quòd in commisſionibus de iuſtitia ſeu mandatis etiā conſiſtorialibus per eum de eius mandato vel authoritate in cauſis in quibus concluſum exiſtat in poſterum cōcedendis, etiam ſi in eis de concluſione huiuſmodi implicitè vel explicitè mentio facta fuerit, nihil cenſeatur eſſe conceſſum, niſi per conceſſionem commisſionis huiuſmodi concluſioni derogetur expreſsè.

De literis expediendis.

ITem voluit & ordinauit, quòd ſi aliqui religioſi petant aliquod beneficium ad nutum reuocabile cum clauſula quòd ex inde pro ſolo nutu Abbatis vel ſuperioris amoueri non posſint, literæ quoad ipſam clauſulā nullatenus expediantur niſi idem S. D. N. ponat in ſignatura quòd non posſint amoueri vel ad partē clauſulam ipſam concedat.

De clauſulis ponendis in reſignatione beneficij.

ITem ſi committatur alicui beneficij reſignationis receptio, ponatur clauſula, attentè quoque prouideas &c. & ſi ex cauſa permutationis reſignationes fiant, ponatur clauſula, quòd neuter permutantium

ius

us acquirat, nisi quilibet ipsorum ius ha-
buerit in beneficio per ipsum resignato.

De supplendis defectibus.

VOluit quòd si petantur suppleri defe-
ctus in genere, nullatenus literæ desu
per concedantur, nisi in petitione desuper
huiusmodi defectus exprimantur, vel per
Fiat vt petitur, supplicatio signata fuerit.

Derogatio iuris patronatus.

ITem voluit, quòd super quouis benefi-
cio ecclesiastico de iure patronatus lai-
corum non expediãtur literæ nisi ponatur
expresse quòd tale beneficium tanto tem-
pore vacauit quòd eius collatio ad sedem
Apostolicã legitimè est deuoluta, vel quia
tempus patronis laicis ad præsentandum à
iure præfixum, lapsum existat, aut ad id pa-
tronorum ipsorum accedat assensus, & si
per ipsum iuri patronatus huiusmodi dero
gari cõtigerit, si ius huiusmodi ad aliquem
regem, ducem, marchioné, vel alium prin-
cipem pertineat, & de hoc in literis proui-
sionis vel mandati de prouidendo de dicto
beneficio mentio facta non fuerit, non cen
seatur iuri huiusmodi quomodolibet fore
derogatum.

De commendis.

ITem voluit, quòd nulli seculari de regu-
lari, nec religioso de seculari beneficijs

commenda detur, nisi in signatura, vel per clausulã ad partẽ super petitione commendæ, huiusmodi de cõmenda ipsa fiat mẽtio.

De reformationibus.

ITem voluit, statuit, & ordinauit, quòd super quibuscunq; reformationibus signatis super impetrationibus quorũcunq; beneficiorum vacantiũ vel certo modo vacaturorũ, in quibus petitur quòd literæ super prima data expediri possint, si ex huiusmodi expeditione sub tali data mirumque videatur posse fieri præiudicium, literæ huiusmodi sub ipsa prima data nullatenus expediantur, nisi reformationes huiusmodi per fiat, & sub prima data signatæ fuerint.

De beneficijs resignatis in Cancellaria, & de resignantibus beneficia, ac consensu in pensionem.

ITem voluit, & ordinauit quòd super resignatione cuiuscunque beneficij ecclesiastici seu cessione iuris in eo, quam in manibus suis, vel in cancellaria Apostolica fieri contigerit, apostolicæ literæ nullatenus expediantur; nisi resignans vel cedens (si præsens in Romana curia fuerit) personaliter: alioquin per procuratorem suum ad hoc ab eo specialiter constitutum expeditioni huiusmodi in eadem Cancellaria expresse consenserit & iurauerit, vt moris

est:

eſt: & ſi ipſum reſignantem vel cedentem pluries ſuper vno & eodem beneficio in fauorem diuerſarum perſonarum ſucceſsiuè conſentire contigerit, voluit ſanctitas ſua quòd primus conſenſus tenere debeat, & alij poſteriores cõſenſus, ac literæ illorum prætextu etiam ſub priori data expeditæ pro tempore nullius ſint roboris, vel momenti, nec literæ reſeruationis, vel aſsignationis, etiã motu proprio cuiuſuis pẽſionis annuę ſuper alicuius beneficij fructibus expediri poſsint, niſi de cõſenſu illius qui penſioné prædictam perſoluere tunc habebit.

De ingreſſu religionis.

ITem non dentur literæ ſuper beneficijs vacaturis per ingreſſum religionis niſi ille præceſſerit datam deſuper petitionis.

Quòd non valet impetratio facta per modum in Cancellaria exprimendum.

ITem voluit, quòd ſi petatur aliquod beneficium vacans per modũ in Cancellaria Apoſtolica exprimendum talis impetratio non valeat, nec literæ deſuper expediantur.

Cum exprimitur nomen proprium iudicis & dignitatis iudex per ſeipſum tenetur exequi mandatum.

Item

ITem voluit, ſtatuit, & ordinauit quòd quotieſcunque per ſignaturam ſuam, vel de eius mandato factam ſuper exequendis aliquibus, cum adiectione proprij nominis, vel dignitatis cuiuſuis iudex detur, literæ deſuper expediantur cum expreſsione quòd idem iudex executionem faciat per ſeipſum.

De diſpenſationibus in gradibus conſanguinitatis.

VOluit quòd in literis diſpẽſationum ſuper aliquo gradu conſanguinitatis, vel affinitatis, aut aliàs prohibito ponatur clauſula, ſi mulier rapta non fuerit, & ſi ſcienter, ponatur clauſula addita in quinterno.

Super defectu natalium.

VOluit quòd in diſpẽſationibus ſuper defectu nataliũ quòd poſsint ſuccedere in bonis temporalibus, ponatur clauſula quòd nõ preiudicetur illis ad quos ſucceſſio bonorũ ab inteſtato pertinere debeat.

Super defectu ætatis.

ITem quòd per quamcunque ſignaturam in quauis gratia nullatenus diſpenſatio veniat, niſi dicta gratia totaliter effectum huiuſmodi diſpenſationis concernat, vel aliàs nihil conferat, aut operetur, & ſi ſuper

er defectu ætatis fit diſpenſatio huiuſmo-
i, de duobus duntaxat annis dari valeat,
abita prius per teſtes idoneos vel aliàs in-
ormatione quo ad idoneitatem perſonæ
ui dicta diſpenſatio conceditur.

Super defectu natalium ex nobilibus, & graduatorum.

Tem voluit, quòd ſuper defectu nataliũ dentur graduatis, ſeu de magnis nobili-
us genitis per ſimplicem ſignaturam qua-
ior, etiam ſi canonicatus, & præbendæ ca
edralium, ſeu collegiatarũ eccleſiarum,
per fiat vt petitur, quatuor ſi petantur,
ummodo canonicatus, & præbendæ ca-
edralium eccleſiarum, vel dignitates non
iſtant.

De incompatibilibus.

VOluit quòd ſuper obtinendis incom
patibilibus beneficijs in Theologia
agiſtris, & in iure canonico, vel ciuili do
oribus, & in alijs cum rigore examinis,
in eadem theologia licentiatis, aut bac-
larijs formatis, ac magnis nobilibus per
t quinquenniũ, & addito vt petitur quo-
vixerint ad duo incõpatibilia, alijs ve-
, per fiat biennium, & addito vt petitur
iennniũ ad duo, dũmodo non ſint duæ di-
itates maiores poſt pontificales ſeu prin
pales aut duæ parochiales eccleſiæ vel ta-
les

les mixtim cum poteſtate permutandi ſi petatur.

❧ De obtinendis duobus parochialibus eccleſijs vel dignitatibus principalibus.

ITem voluit, & ordinauit, quòd per quãcunque ſignaturam deinceps faciendam nulli cuiuſuis dignitatis, ſtatus, gradus, & conditionis fuerit, detur diſpenſatio quòd duas parochiales eccleſias, vel dignitates maiores poſt põtificales, in cathedralibus, ſeu principales in collegiatis eccleſijs vel vnam cum reliqua earum inſimul retinere valeat, niſi ipſæ eccleſiæ parochiales adeò contiguæ & inuicẽ propinquæ ſint, quòd ipſis per vnum commodè deſeruiri poſsit, illarumq́ue fructus &c. inſimul vltra xxiiij. florenos auri de camera, ſecundum communem æſtimationem non valeant annuatim, & de hoc in literis diſpenſationis huiuſmodi expreſſa mentio fiat, vel niſi ſuper obtinendis duabus ex huiuſmodi dignitatibus vel parochialibus eccleſijs, inſimul pro magnis nobilibus magiſtris vel baccalarijs in theologia formatis, vel doctoribus, ſeu licentiatis in altero iurium per verba diſpẽſamus, & de ſpeciali ſignatura ſufficiens habeatur., & ſuper illis parochialibus eccleſijs huiuſmodi ſignatura de parochialibus mẽtio fiat, & ſimiliter in diſpen-

ſationum ad incompatibilia prorogatio-
nibus obſeruetur.

Nulli ſuffraget diſpēſatio niſi literis cōfectis.

ITem cum conceſsiones ſuper gratijs di-
ſpenſationum quarumcunque quibuſuis
per ipſum dominum noſtrum cōceſſarum,
vel concedendarum per regulas Cancella-
riæ apoſtolicæ ſint prouidè limitatæ, licet
aliquando in petitionibus ſuper huiuſmo-
di conceſsionibus oblatis multa ſint peti-
ta: ne quis taliū conceſsionum prætextu,
id diſpēſatiuè tenere, aut facere præſumat,
ad quod cōceſsiones huiuſmodi ſe nō extē-
dunt: voluit idē dominus noſter q nulla ta
lis diſpēſatio cuiquā ſuffragetur, antequàm
ſuper ea literæ apoſtolicæ ſint confectæ.

De non promouendis ad ſacros ordines.

ITem voluit quòd ſecum petentibus di-
ſpenſari, vt ratione beneficiorū non te-
neātur ſe facere promoueri in Romana cu
ria, vel in ſtudio per fiat ſeptenniū, aliàs ve
rò quinquenniū detur, dūmodo intra annū
à tempore datæ diſpenſationis huiuſmodi
ad ſubdiaconatus ordinem ſint promoti.

De fructibus in abſentia percipiendis.

ITem de fructibus in abſentia percipien
dis detur in Romana curia, vel in ſtudio
reſidendo per quamcunque ſignaturam ſe-
ptennium, & alibi quinquennium.

De

De duobus decanatibus in Alemania nõ obtinendis.

ITem, idem dominus noster attendens ꝙ in Alemaniæ partibus cathedralium & collegiatarum ecclesiarum decanatibus animarum cura, & onus incũbit capitulo præsidenti defectus, & negligẽtias diuinorum, ac alios excessus corrigendi, & singula in ecclesijs ipsis, vt debito ordine dirigantur disponendi & ordinandi, quodq́ue nõ absque graui dispẽdio ecclesiasticæ disciplinæ & status ecclesiarũ ipsarũ vnus tales plures decanatus obtinere posit, fe. re. Pij II. & Iulij etiam II. prædecessorũ suorum vestigijs inhærẽdo, voluit, statuit, & ordinauit præfatus dominus noster, quòd nulla per eum vel sedẽ apostolicã cuiquàm in dictis partibus concessa, vel per eum concedenda de quibusuis dignitatibus, & alijs incõpatibilibus beneficijs insimul obtinẽdis dispensatio sibi super duobus talibus decanatibus insimul recipiẽdis & retinẽdis quomodolibet suffragetur: quinimò quòd quilibet huiusmodi duos tales decanatus insimul dispẽsatiuè in eiusdẽ partibus obtinẽs teneatur infra annũ alterũ ex illis pro alio cõpatibili, & quòd talis decanatus non sit aut quòd dispensatiuè obtinere posit incompatibili beneficio permutare, alioquin huiusmodi an

anno elapſo, ille ex huiuſmodi decana-
ıus quem primo aſſecutus fuerit vacare
ıſeatur eo ipſo.

❧De indulgentijs.

Tem voluit quòd in literis indulgẽtia-
rum ſolum dẽtur feſta per Cancellariam
ri ſolita, & quòd durent per viginti an-
s, niſi petantur pro vna die, & tunc du-
ıt perpetuo.

De clauſulis ponendis in literis indulgen-
ıarum.

Tem voluit quòd in literis indulgẽtia-
ıum ponatur quòd ſi eccle. ſiue capellæ,
aliàs aliqua indulgẽtia fuerit per ipſum
ıceſſa de qua inibi ſpecialis mentio fa-
non ſit, huiuſmodi literæ ſint nullæ.

❧Super indulgentijs conceſsis ad inſtar.

Tem voluit idem dominus noſter quòd
iteræ non expediantur ſuper indulgen.
ad inſtar niſi ſpecificentur.

❧De temporibus indulgentiarum.

Tem voluit quòd per fiat ſi eccleſia Ca-
hedralis vel inſignis collegiata, aut ſo-
ne Monaſteriũ fuerit, tres alioquin duo
ıi & totidem quadragenæ: & per fiat vt
itur Cathedrali collegiatæ vel mona-
rio quatuor, alijs tres anni dẽtur, pro ſin
lis verò diebus octauarum centum dies
ponantur: & pro capella per fiat vnus, &
fiat vt petitur duo anni concedantur.

❧ De beneficijs vacātibus & certo modo vacaturis.

ITem voluit, & ordinauit quòd in gratijs beneficialibus vacātibus, aut certo modo vacaturis factis quibuslibet, si plura petantur beneficia, vnũ cuiuscunq; annui valoris per simplicē signaturā, & additio vt petitur duo aut tria & nõ vltra beneficia petita veniāt, dummodo etiam illorũ fructus &c. centum libras turonen. paruorum secundum cõmunem æstimationem, siue tantundē in alia moneta nõ valeāt annuatim.

❧ De valore beneficiorum exprimendo in impetrationibus.

ITem voluit ꝙ in gratijs quas quibusuis personis de beneficijs vacantibus seu certo modo vacaturis fieri contigerit, illórumq; & aliorum quorũcunq; beneficiorũ quæ dictæ personæ tũc obtinuerint, seu de quibus eis fuerit prouisum vel concessum, aut mandatum prouideri verus annus per marchas argenti sterlingorum vel libras turonen. paruorũ seu florenos auri aut ducatos vel vncias auri, seu aliam monetam, valor sécundũ communem æstimationem exprimatur, nisi personæ prædictæ beneficia quæ tũc obtinuerint, aut in quibus, vel ad quę ius eis cõpetit iuxta ipsarũ oblationes vel aliàs dimittere teneantur, alioquin

gra

gratiæ præfatæ ſint nullę. & idẽ ſeruetur in gratijs quas à ſanct. ſua motu proprio emanare cõtigerit, quoad beneficia de quibus per Sanct. ſuam pro tempore prouidetur ſeu prouideri mandatur, aut aliàs diſponitur, ac literis per quas etiam pro tempore ad eccleſiarum patriarchalium, metropolitanarum & cathedralium, ac monaſteriorum regimina promotis conceditur, quòd monaſteria & alia beneficia eccleſiaſtica ſecularia & regularia per nos obtenta, & in quibus & ad quæ ius eis competit retinere poſsint.

De clauſulis in beneficijs vacãtib: ponẽdis.

VOluit & ordinauit quòd quãdo prouidet ſeu mandat prouideri alicui de beneficio eccleſiaſtico vacãte, tunc dari poterunt clauſulæ ſi petantur, etiam ſi illud quouis modo &c. ſeu per conſtitutionem execrabilis vacet, ac ſpecialiter reſeruatum inter alios litigioſum ſit, & eius collatio deuoluta fuerit, & ſi pro collitigante vel ſurrogationem aut ſi neutri vel ſi nulli &c. petente: ſi tunc lis ſpecificè exprimatur, nec detur aliqua generalis reſeruatio diſpoſitiuè, niſi deſuper in conceſsione ſpecialis, & expreſſa ac purè, & non ſub conditione mentio fiat, & tunc reliquæ reſeruationes inibi contentæ veniant. Si verò tẽpore ex-

peditionis inde literarum generalis reſeruatio huiuſmodi probari non poſsit, aut in nouis prouiſionibus, ſeu pro collitigantibus ſi neutri vel ſi nulli &c. ſit expreſſum quòd ab aliquibus aſſeritur illum cuius beneficium cõceditur collectorem ſubcollectorem abbreuiatorem vel familiarẽ &c. fuiſſe, clauſula ponatur etiam ſi dictum beneficiũ ex eo quòd talis collector vel ſubcollector abbreuiator ſeu familiaris &c. fuit, diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter reſeruatum exiſtat: dummodo non ſit in eo alicui ſpecialiter ius quæſitum, in reliquis verò nulla clauſula detur, vnde reſeruatio generalis elici poſsit, niſi deſuper ſignatura per duplex fiat ſignata ſit, aut reformatio vel aliàs ſpecialiter habeatur.

Qualitates beneficiorum exprimantur in impetratione.

ITem voluit quòd ſuper beneficijs eccleſiaſticis de qualitatibus illorũ videlicet an dignitates perſonatus vel officia ſint eiſq; cura immineat animarũ, & ad illa cõſueuerint qui per electionẽ aſſumi, mentio fiat: aliàs gratiæ deſup factæ ſint nullæ, & ſi qualitates huiuſmodi affirmatiuè vel cõditionaliter nõ exprimãtur, negatiua expreſſio deſuper fiat, in beneficijs quæ tales qualitates vel ex eis aliquas cõſueuerũt habere.

De

De bñficijs vacãtib. p cõtractũ matrimonij.

ITem si reseruetur beneficium per contractum matrimonij nõ dentur alij modi vacationum de futuro, nec censeatur beneficium reseruatum specialiter vel affectũ nisi sequatur matrimonium. sed in beneficijs per promotionem vel assecutionem, aut ingressum religionis vacaturis ponatur clausula etiam si non petatur cum beneficia huiusmodi præmisso vel alio quouis modo &c. præterquàm per obitum obtinentis vacare contigerit etiam si vacent.

De religiosis recipiendis quæ clausulæ dabuntur.

ITem voluit quòd si petatur aliquem in religiosum recipi & sibi de quouis beneficio ecclesiastico prouideri per simplicẽ signaturam fiat receptio huiusmodi duntaxat detur adiectio, si petens idoneus sit & aliud canonicum non obsistat. & exprimatur si certus numerus regulariũ sit ibidem, cui etiam nõ derogetur nisi expressè concedatur: & si numerus iste non existat, ponatur dummodo receptionis locus huiusmodi nimium propterea non grauetur.

De translatione religiosorum & impetratione beneficiorum.

ITem si regularis petat sibi de beneficio ab aliquo monasterio vel alio regulari loco dependente prouideri, & appareat ex

petitione huiusmodi quòd alterius monasterij vel loci religiosus sit: licet inibi trãslatio nõ petatur, nihilominus illa veniat.

De clausula, Si est ita.

ITem quòd in literis super beneficijs per constitutionem Execrabilis, vacantibus ponatur clausula, Si est ita. similiter de quibuscunque narratis informationem facti requirentibus.

Petenti prouideri de vacaturo dentur literæ de vacaturo.

ITem petenti sibi prouideri de vacaturo dentur literæ de vacaturo, & econuerso prout expedierit impetranti.

Executoriales dentur sub bulla.

VOluit & ordinauit quòd mandata Apostolica super sententijs in Rom. curia latis executioni demãdandis, sub bulla expediantur, aliàs sint nulla.

De reuocatione decimarum impositionum ac suspensione indulgentiarum.

ITem reuocauit quascunq; decimarum, subsidiorum, vigesimæ, & aliorum onerum impositiones, quæ à præfato Clemẽte prædecessore suo ex quauis causa, etiam in subsidium expeditionis contra Turcas & alios orthodoxæ fidei hostes emanarũt, & quascũq; facultates super decimarum vigesimę & onerum huiusmodi exactione quibusuis fructuum & prouentuum Cameræ

Apo

Apostolicæ debitorum Collectoribus, & Apostolicæ sedis nuntijs ab eodem prædecessore concessas. suspendit quoque ad suæ Sanct. & sedis Apostolicæ beneplacitum quascunq; plenarias indulgentias ab eodé prædecessore ex quauis causa etiam expeditionis huiusmodi concessas quæ per nuntios vel quæstores deferebantur, necnon deputandi & deligendi cõfessores qui plenariè absoluant, & alia faciant ad earũdem indulgentiarum suspensarum effectum reliquásve facultates ipsas indulgẽtias quomodolibet concernentes præterquàm quoad ea in quib⁹ indulgẽtię & facultates ipsę in aliqua sui parte sunt sortitæ effectũ, ita vt illis qui implentes iniũcta eis indulgentiarum huiusmodi iàm consecuti sunt facultatem eligendi confessorem qui absoluat eos plenariè in mortis articulo per huiusmodi suspensionem non præiudicetur quin facultate ipsa vti posśint in futurum. Decreuit quoque irritum & inane quicquid facultatum reuocatarum earundem prætextu in posterum contigerit attẽtari.

ITem reuocauit cassauit & annullauit ac irritas declarauit quascunque facultates percipiendi pretium officiorum Rom. Curiæ pro tempore vacantium in toto vel in parte, ac quasuis collationes & concesśio-

nes aliasq; dispositiones per fe.re. Clementem Papam VII. prædecessorem suum de dictis officijs etiam ex die collationum concessionum & dispositionum eorũdem inanteà vacaturis in fauorem quarumcunq; personarum ecclesiasticarum, monasteriorum, piorum locorũ, collegiorum, seu eorum mensarum etiam perpetuo, etiam in vim contractus & ex titulo oneroso ac sub alia quauis verborũ forma quam & pręmissorum tenores pro expressis haberi voluit concessas, & factas quoad officia quæ post obitum ipsius prędecessoris vacarunt & in posterum quomodolibet vacabunt.

Quòd vigore clausulæ maioris valoris fructus in tertia parte augeri possint.

ITem cum nonnulli in impetrationibus beneficiorum ecclesiasticorũ pro tempore vacantiũ, & certo modo vacaturorum, asserendo illorum fructus &c. certum per eos expressum annuum valorem non excedere, nonnunquàm obtineant à Sanct. sua, vt huiusmodi valorem annuũ augere possint, vt verius possit in confectione literarũ super huiusmodi impetrationibus summa ac valor ipse annuus exprimi, aliter desuper nõ specificato, ne de virtute huiusmodi concessionis in posterum hæsitari cõtingat, declarauit prætextu concessionis huiusmo

iuſmodi valorē ipſum vſq; ad tertiā partem valoris expreſsi, & in prima quæ deſuper fiet literarum expeditione dūtaxat augeri poſſe, & eas quas literis iam expeditis cum expreſsione valoris ſpecificati aut non integro augmento prædicto denuò deſuper expediri contigerit literas cum aliquo augmento valoris huiuſmodi nullius eſſe roboris vel momenti, etiam ſi motu proprio beneficiales gratiæ & diſpoſitiones quæcunque à ſanctitate ſua emanarent.

Clauſula abſolutionis nō ſuffraget falſificatoribus, & impedictibus nūtios apoſtolicos.

ITem ne perſonis pro quibus literæ ſuæ S. emanabūt ob generalem abſolutionē à cenſuris eccleſiaſticis quibus ligatæ forēt ad earundē effectum indifferentes cōcedi, & in literis apoſtolicis apponi ſolitā, præſtetur occaſio cēſuras ipſas vilipendendi & inſordeſcendi in illis, ſtatuit, & ordinauit huiuſmodi abſolutionem & clauſulam in literis quas in futurū cum illa concedi continget, non ſuffragari nō parentibus rei iudicatæ, incendiarijs, violatoribus eccleſiarum, falſificatoribus, & falſificari procurantibus literas, & ſupplicationes apoſtolicas, & illis vtētibus receptoribus, & fautoribus eorum, ac res vetitas ad infideles deferētibus, violatoribus eccleſiaſticæ libertatis

via facti ausu temerario apostolicis mãdatis non obtemperantibus, & nuntios vel executores apostolicę sedis, & eius officialium eis commissa exequẽtes impedientibus, qui propter præmissa vel aliquod eorum excommunicati à iure vel ab homine per quatuor menses scienter excõicationis sententiã huiusmodi sustinuerint, & generaliter quibuscũq; alijs qui cẽsuris aliquib⁹ etiã alijs quàm vt præfertur quolibet ligati in illis per annũ continuũ insorduerint.

Officiales nihil exigant vltra debitum.

ITem idẽ dominus noster intendens exactionibus quas sanctitas sua non sine displicentia plerũq; fieri intellexit per officiales Rom. Cur. qui constitutis sibi emolumentis pro exercitio officiorum quæ obtinent non contenti vltra à prosequentibus negotiorum quorumlibet expeditionẽ in eadem exigere non verentur obuiare volens, districtè pręcipiendo inhibuit omnibus & singulis quęuis officia in eadẽ Curia obtinentibus ne decætero quicquam prætextu officiorũ quæ obtinent quouis colore etiam celerioris expeditionis vltra emolumenta huiusmodi exigere, seu ad hũc effectum expeditionẽ eorum quæ eis incumbunt malitiose differre sub excommunicationis, & præter illam suspensionis à perce

ptio

ptione emolumentorũ, huiuſmodi pro prima ad ſemeſtre, & pro ſecũda ad annum, & pro tertia vicibus quibus ſic excederẽt, priuationis officiorũ per eos obtentorum, in quibus ſic exceſſerint pœnis, ac voluit quòd S. R. E. Vicecancellarius, Camerarius, & maior Pœnitentiarius, excedentes ipſos reſpectiuè prout eis ſubſunt, per ſubſtractionem emolumentorum eorundem, ac aliàs vt præmittitur compellant ab huiuſmodi illicitis exactionibus abſtinere, & contra eos per prædictas pœnas, & aliàs, prout melius viderint expedire procedãt.

Quòd Cardinales non comprehendãtur ſub regulis poſt hãc primam editionem faciẽdis.

ITem cum ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales ipſi ſanctiſsimo domino noſtro aſsiſtant & propterea debeant ſpecialibus prærogatiuis & priuilegijs gaudere, idem dominus noſter ſtatuit, & ordinauit, decreuit, & declarauit quòd in quibuſcunq; conſtitutionibus, & regulis per Sanct. ſuam in poſterum poſt hanc primam editionem & ſuarum conſtitutionũ, & regularũ publicationem faciendis non includantur ipſi Cardinales, niſi illæ eorundẽ Cardinalium fauorem concernãt vel ipſæ cõſtitutiones edendæ de eorundẽ Cardinalium vel maioris partis eorum cõſilio editæ fuerint.

¶ De

¶ De potestate reuerẽdissimi domini Vicecancellarij,& Cancellariam regentis.

Absolutio eorũ qui in supplicationibus, vel literis, ignoranter scribunt.

PRimo quòd possit committere absolutionem illorum qui ignoranter in supplicationibus, vel in literis Apostolicis aliquid scriberent, corrigerent, vel delerent.

Quòd possit corrigere noia & cognomina.

ITem quòd possit corrigere nomina & cognomina personarũ, ac beneficiorũ, dum tamen de corpore constet.

Quòd possit committere omnes causas.

ITem quòd possit omnes causas beneficiales etiam non deuolutas committere in Curia, cum potestate citandi ad partes.

Quòd possit aggrauare ꝓcessus & sentẽtias.

ITem quòd processus authoritate Apostolica decretos aggrauare possit cum inuocatione brachij secularis, & sententias executioni demandari facere contra intrusos & intrudẽdos per literas Apostolicas desuper conficiendas,& non aliàs.

De conseruatorijs.

ITem quòd possit concedere quibusuis petentibus conseruatorias per triẽnium in forma.

De celebrãdo ante diem in locis interdictis.

ITem quòd possit quibuslibet nobilibus personis petentibus dare indultum de

cele

celebrãdo,& celebrari faciendo ante diem in locis interdictis,& per triennium reconciliari faciẽdo ecclesias,& cœmeteria polluta in forma.

❧ Quibus concedi posſit indultum de fructibus percipiendis.

ITem protonotarijs & literarum Apostolicarum ſcriptoribus,ac de quibus iuxta illorum ſufficiẽtiã & idoneitatem ſibi videbitur abbreuiatoribus ſua officia in Ro. Curia pro tempore exercentibus indultum de percipiendis in abſentia ſuorum beneficiorum fructibus,etiam ſi aliàs eis tale indultũ quauis authoritate cõceſſum fuerit.

❧ Quibus conceditur altare portatile.

DOminis terrarum & locorũ, necnon abbatibus, & per Priores gubernari ſolitorum monaſteriorũ prioribus, & ſuperioribus prælatis,& magnorum principum conſiliarijs altare portatile in forma.

❧ Quòd poſsit admittere reſignationes.

ITem quòd poſsit admittere & recipere reſignationes beneficiorum eccleſiaſticorum,quorumlibet etiam generaliter,vel ſpecialiter reſeruatorum ſimpliciter,vel ex cauſa permutationis, & deſuper ſupplicationes per conceſſum ſignare pro literis apoſtolicis inde conficiendis, vt moris eſt.

Quòd

Quòd posſit ſignare ſupplicationes.

ITem quòd poſsit ſignare ſupplicationes duorum referendariorum manibus ſignatas de nouis prouiſionibus ſi neutri & ſurrogationibus pro collitigantibus, in quibus non detur clauſula generalem reſeruationem importans.

De ſignandis prouiſionibus.

ITem quòd poſsit ſignare ſupplicationes, etiam manibus duorum referendariorum ſignatas de beneficijs eccleſiaſticis vacantibus ſecularibus, & regularibus diſpoſitioni apoſtolicæ generaliter non reſeruatis quorum cuiuſlibet valor centum florenorum auri de camera, vel totidem librarum turonenſium paruorũ ſeu totidem in alia moneta ſecundum communem æſtimationem valorem annuum non excedat.

Super defectu natalium.

ITem quòd poſsit ſignare ſupplicatiões manu vnius referendarij ſignatas ſuper defectu nataliũ ad omnes ſacros ordines, & duo beneficia eccleſiaſtica cum cura, vel ſine cura, ſe inuicem compatientia etiam ſi canonicatus & præbendæ vel officia collegiatarum eccleſiarum fuerint.

Super defectu ætatis.

ITem quòd in gratijs expectatiuis cõcedere poſsit ad obtinẽda beneficia dignitates

tates personatus administrationes, vel officia curata defectum ætatis patiētibus qui xx. suæ ætatis annū peregerint, & de quibus sibi quòd aliàs ad hoc idonei sint fides facta fuerit quòd huiusmodi eorum gratiæ ad ipsa beneficia dignitates personatus administrationes, ac officia valeāt suumque sortiātur effectum, & quòd illarum vigore quamprimū ad ætatē legitimam peruenerint huiusmodi beneficia dignitates personatus administrationes vel officia acceptare, & de illis sibi prouideri facere ac ea recipere, & retinere possint & valeant.

De reformationibus.

ITem quòd expectatiuis & beneficijs generaliter vel specialiter non reseruatis impetrationum quarumlibet reformationes de non obstan. & dispēsationum omissarum, ac beneficiorum valoribus, & qualitatibus, nataliumque defectibus signare possit.

Super defectu ætatis pro magnatibus.

ITem quòd in expectatiuis pro nobilibus vel graduatis saltem viginti annos habentibus, & ad obtinenda beneficia dignitates personatus administrationes vel officia cum cura defectum ætatis patientibus ad illa dispensationum supplicationes signare possit de duobus annis.

De

De maioribus præbendis.

ITem quòd sufficientibus & idoneis ac de quibus quòd tales sint ei facta fides extiterit, in expectatiuis signare posit ad maiores ecclesiarum præbendas, in quibus iuxta illarum statuta & consuetudines de maioribus ad maiores gradatim debet fieri ascensus.

De prorogationibus suscipiendorum ordinum.

ITem quòd posit ad ordines suscipiendos arctatis prorogare terminos de dictis suscipiendis ordinibus vsque ad proxima tunc à iure statuta tempora in quibus sic arctati succesiuè ad ipsos ordines promoueantur.

PLACET publicentur, & describantur. A.

Lectæ & publicatæ fuerunt suprascriptæ Regulæ, ordinationes & constitutiones Romæ in Cancellaria Apostolica. Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo trigesimo quarto. Die verò Iouis quinta mensis Nouembris, Pontificatus præfati Sanctiss. Domini nostri Anno primo.

Fe. de Cesis Electus Tudertin. Custos.

Regul.

REGVLAE *QVATVOR CANCELLARIAE APOstolicæ S. D. N. Pauli, Diuina prouidentia Papæ III.*

Regula prima reductionis facultatum, concessionum & indultorũ legatis in terris Ecclesiæ concessorum, iuxta dispositionem iuris communis.



SANCTISSIMVS in Christo pater & dominus noster, dominus Paulus diuina prouidentia Papa tertius attẽdẽs quòd sedis Apostolicę legati de latere in prouincijs Rom. Ecclesiæ immediatè subiectis deputati vigore specialiũ facultatũ eis ab eadẽ sede concessarũ sæpius per sonis suarũ legationũ per importunitatẽ petentiũ, aut aliàs multa cõcedũt à quibus sua sanctitas abstinet, quod à ratione alienũ videtur, volensq; in pręmissis salubriter prouidere: vestigijs suorũ prædecessorũ, & maxime fel. re. Iulij ij. & Clemẽtis vij. inhæren do: ex pręmissis & alijs rationabilibus causis animũ suũ mouentibus, omnes & singulas facultates, cõcessiones ac indulta quęcũ

que sub quibuscunque tenoribus & clausulis etiam derogatoriarum derogatorijs, quibusuis Legatis de latere in prouincijs Ciuitatibus & locis eidem Rom. ecclesiæ immediatè subiectis, destinatis & deputatis, etiam si ex ipsius Rom. ecclesiæ Cardinalibus fuerint anthoritate Apostolica cõcessas & concessa, causas beneficiales & spirituales duntaxat concernentes & concernentia, ad dispositionem iuris communis reduxit: ita vt ipsi legati quo ad illas causas, eorum facultatibus quantum eis à iure communi conceditur, & non aliàs vti possint: decernens irritum & inane quicquid secus earundem facultatum prætextu à dictis legatis vel quibuslibet alijs quauis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari: facultates autem iurisdictionem & gubernationem temporalem prouinciarum eisdem legatis commissarum, in suo robore permanere voluit.

Regula secunda de infirmis resignantibus.

ITem idem sanctissimus D. N. qui per certam constitutionem suam in crastino suæ assumptionis ad summi apostolatus apicem editam voluerat quòd si quis in infirmitate constitutus resignasset aliquod beneficium simpliciter siue ex causa permutationis, & postea intra xx. dies à die per

ipsum

ipsum resignãtem præstandi cõsensus computandos de ipsa infirmitate decessisset, ac ipsum beneficium conferretur per resignationem sic factã, collatio huiusmodi nulla esset, ipsumque beneficiũ nihilominus per obitum censeretur vacare. Voluit & declarauit quòd si quis resignans aut aliàs quomodolibet dimittens beneficium aut illius commendæ cedẽs, seu ipsius beneficij vnionis dissolutioni consentiens, etiam vigore supplicationis desuper dum esset adhuc sanus signatæ, & post datã eiusdem supplicationis in infirmitatem incidẽs, ac infirmus existens coram cameræ vel Cancellariæ Apostolicæ, aut quocũque alio notario resignationi vel dimisſioni aut commendæ vel vnionis dissolutioni huiusmodi consensum sine quo literæ Apostolicæ per cameram vel Cancellariam expediri non possint præstiterit, & deinde intra xx. dies decesserit, cum aliàs per premissa constitutioni prædictæ fraus fieri posſit, & iuxta ipsam constitutionem dicti xxi. dies à die per ipsum resignantem præstandi consensus computare debeant, eidem constitutioni etiam in casibus prædictis locus existat.

Decernens sic per quoscunque iudices & commissarios quauis authoritate fungentes etiam sanctæ Rom. ecclesiæ Cardinales

& Palatij Apoſtolici cauſarum auditores interpretari ſententiari & iudicari debere ac irritum & inane ſi ſecus &c.

Regula tertia de conſenſibus præſtandis.

ITem idem Sanctiſsimus D.N. ad obuiandũ fraudibus quæ in retardatione annotationis conſenſuũ in Cãcellaria vel Camera Apoſtolica præſtãdorũ in libris Cancellariæ vel Cameræ huiuſmodi de more faciendis, nonnũquàm cõmitti ſolent, veſtigijs prædeceſſorũ ſuorum inhærẽdo, voluit ſtatuit & ordinauit quòd omnes & ſinguli conſenſus in quaſcunq; reſignationes & ceſsiones ac vnionum diſſolutiones aliaſque diſpoſitiones pro literarum Apoſtolicarum deſuper expeditione neceſſarij vigore ſupplicationum ſuper illis pro tempore ſignatarum, coram notarijs Cancellariæ vel Cameræ de cætero quomodolibet præſtandi, debeant per eoſdem notarios de illis rogatos intra xv. dies poſt miſſionem ipſarum ſupplicationum ad regiſtrum vel ſummiſtam ſub excõmunicationis latæ ſententiæ pœna in ordinarijs & authenticis libris ſcribi & annotari. Diem autem miſsionis dictarum ſupplicationũ ad regiſtrum vel ſummiſtam annotabit datarius pro tempore in calce ſupplicationum conſenſum aliquem requirentium per hæc

verba,

verba, videlicet, Missa die tali. N. datarius. quæ verba voluit ad plenam probationem missionis prædictæ sufficere. Præterea voluit quòd notarij de talibus consensibus rogati in annotatione illorũ in dictis libris facienda teneantur de die missionis huiusmodi sicut de datis supplicationũ expressam mentionem facere, vt die præstationis consensus & die missionis supplicationum huiusmodi simul iunctis, ex illorum inspectione euidenter appareant ipsi consensus intra tempus prędictum in dictis libris annotati. Et notarij requisiti decætero deponendo aliquos consensus in libris prædictis si ex inspectione dierum præstationis consensuum & missionis supplicationum, viderint dictum tempus ad annotandum consensus vt præfertur præfixum esse lapsum, tales consensus in dictis libris annotare sub eadem excommunicationis latæ sententiæ pœna nullatenus præsumant, & nihilominus annotatio de illis post tempus prædictum pro tempore facta ipsique consensus taliter annotati, ac instrumenta desuper pro tempore confecta viribus omnino careant, nulliusq; sint roboris vel momenti. Narratiua quoq; per verbum hodie vel nuper in literis apostolicis super materijs ad quarum expeditionem cõsensus ali-

quis requiritur pro tempore expeditis posi ta, contra præmissa minime attédi debeat, nec aliquem effectum operetur. Decernens sic per quoscunq; Iudices & Commissarios quauis authoritate fungentes interpretari & iudicari debere ac irritũ &c. si secus fiat. Insuper voluit quòd si dicti Notarij in prę missis aut aliquo præmissorum negligentes vel culpabiles fuerint, vltra dictam excommunicationis sententiam pro prima vice suspensionis à perceptione emolumentorum officiorum ad tres menses, per Datarium præfatum irremissibiliter exigendorum & fabricæ basilicæ Sancti Petri de vrbe applicandorum, & si secundariò deliquerint ipsorum officiorum priuationis pœnas incurrant eo ipso.

Regula quarta de extensione consensuum.

ITem idem Sanctissimus D.N. cui innotuit quòd Notarij Cameræ & Cancellariæ Apostolicę, qui consensus in resignationes & cessiones vigore supplicationum desuper signatarum coram eis præstitos intra certum tempus iuxta constitutiones desuper editas in ordinarijs & authenticis libris scribere & annotare tenebantur, videntes nonnunquàm illos intra tempus huiusmodi in eisdem libris minime annotatos loco ipsorum consensuum dabant

par

partibus instruméta resignationum & cessionum ac literarum Apostolicarum expeditioni præsidentes exhibitis coram eis huiusmodi instrumétis literas super dictis resignationibus & cessionibus illas admittendo vel admitti mandãdo absq; eo quòd ipsi notarij dictos consensus à tergo ipsarum literarum apposuissent tam per Cancellariã quàm camerã expediebãt. Quodq; nonnulli Iudices Roman. Cur. Transsumpta supplicationũ super prouisionibus beneficiorum & alijs gratijs signatarum & registratarum, ac illarum prætextu literas & mandata de adipiscenda possessione beneficiorum in illis expressorum antequàm literæ Apostolicæ super huiusmodi supplicationibus expeditæ essent concedebant. Volens abusibus & fraudibus huiusmodi congruis remedijs obuiare, inhibuit, tam Cancellariæ & Cameræ prædictarũ, quàm alijs quibuscunque Notarijs sub excommunicationis & xxv. duc. per Datarium nostrum ab eis & eorum singulis irremissibiliter exigendorum, & fabricæ basilicæ sancti Petri de vrbe, applicandorum eoipso quoties cõtrà fecerint incurrendis pœnis, ne decætero instrumenta resignationũ siue cessionum beneficiorũ vel officiorũ in dicta Curia etiã sine supplicatione pro tem-

pore factarum, seu consensuum coram eis præstitorum, nisi ipsi consensus in dictis libris sint legitimè scripti & annotati partibus tradere. Ac dictis præsidentibus ne prætextu dictorum instrumentorum literas Apostolicas super resignationibus & cessionibus prædictis cum illarum admissione, dicendo quòd de illis per publica documéta extitit legitimè facta fides, vel mandando illas admitti constito quòd coram Notario & testibus in dicta Curia factæ sint, decætero expedire. Necnon quibusuis iudicibus dictæ curiæ quauis authoritate fungentibus ne transsumpta supplicationum Apostolicarum, néve literas seu mandatum ipsarũ supplicationum vigore possessionem beneficiorũ ecclesiasticorum apprehédendi dare & concedere quomodolibet præsumant. Decernens irritum &c.

PLACET publicentur, & describãtur. A.

Lectæ & publicatæ fuerunt suprascriptæ Regulæ Romanæ in Cancellaria Apostolica die Mercurij XXIII. Decẽbris, anno Domini Millesimo quingentesimo trigesimoquarto. Pont. præfati S. D. N. anno primo.

Fe. de Cesis electus Tudertin. Custos.

REGVLA CANCELLARIAE APOSTOLICAE S. D. N. PAVLI DIVINA PROVIDENTIA PAPAE III.

De Mensibus reseruatis.



ANCTISSIMVS in Christo pater, & dominus noster, dominus Paulus diui na prouidētia Papa III. qui prædecessorum suorū vesti gijs inhærēdo, gratias expectatiuas pauperibus, & alijs clericis secularibus, & regularibus in principio mensis Maij proximè futuri cōcedere disposuit. Cupiēs interim donec prima generalis expeditio gratiarū earundē, per sanctitatem suam concedendarum fiat, pauperibus eisdē, & alijs benemeritis personis de beneficijs ecclesiasticis prouidere, omnia, & singula beneficia ecclesiastica, cum cura, & sine cura qualitercunque qualificata, secularia, & ordinū quorūcunque regularia vbilibet existentia, in singulis Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iulij,

Augusti, Octobris, & Nouembris mensibus, donec eadem generalis expeditio fiat, aliàs quàm per resignationẽ extra Romanã Curiam vacatura ad collationẽ, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem quorumcunque collatorũ, & collatricum, secularium, & regularium, nõ tamen sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinaliũ, nec sub concordatis inter sedẽ Apostolicã, & quoscunq; alios initis, & per eos qui illa acceptare, & obseruare debuerunt, acceptatis, & obseruatis, quæ lædere non intendit, comprehensorũ quomodolibet pertinentia: dispositioni suæ generaliter reseruauit, & voluit quòd in supplicationibus, seu concessionibus gratiarũ, quæ de dictis beneficijs tunc vacantibus, etiam motu proprio fient, de mense, in quo vacauerint dispositiuè mentio fiat: alioquin gratiæ huiusmodi sint nullæ.

PLACET, publicetur, & describatur. A.

Lecta & publicata fuit suprascripta regula Romæ in Cancellaria Apostolica die Martis XV. Decembris, anno Domini Millesimo quingentesimo trigesimoquarto. Pont. præfati S. D. N. anno primo.

Fe. de Cesis electus Tudertin. Cancellariæ Apostolicæ custos.

DEPVTATIO *EXECVTORVM, VIDELICET, D. DATARII & Regentis Cancellariæ, super reformatione officialium Romanæ Curiæ.*



OTV proprio &c. Cùm dudum fe. re. Leo Papa x. prædeceſſor noſter ſolerti cura ſuper gregem dominicum ſibi commiſſum inuigilans & ſummo ſtudio proſpiciens vt eccleſia quæ corpus CHRISTI exiſtit, capiti ſuo Saluatori noſtro quàm conuenienter conueniri poſſet famularetur, ac nota abuſuum & peruerſarum conſuetudinũ nullibi præſertim Romæ vnde tota Chriſtianitas probos mores ediſcere conſueuit reſperſa appareret, Lateranen. Concilio ne pro morũ & officialium Rom. Curiæ reformatione Indicto, diuerſa ſalutaria inſtituta inter alia reformationem officialium Curiæ huiuſmodi concernentia vbique terrarũ, & præſertim in ipſa Alma vrbe totius Chriſtianitatis pri

primaria obseruāda per suas literas edidit, prout in ipsis literis plenius cōtinetur. Nos postmodū diuina fauente clementia ipsius prædecessoris successores effecti toto cordis affectu exoptantes vt ecclesia in semitis veritatis & iustitiæ dirigatur, & quæ per dictum prædecessorē propterea instituta fuerunt ad omnipotentis Dei gloriam compleātur, nec in eadem curia quicquam incongruum quod illius decentiam offuscare posit inueniatur, ac exactionibus quas plerunque nonnulli illius officiales, emolumentis eis pro officiorum suorum exercitio constitutis non contenti, vltra à prosequentibus in dicta Curia expeditiones, sicut displicenter accepimus, exigere non verentur, obuietur. Venerabiles fratres nostros Christoforum Cassanen. Datarium nostrum & Petrum Castellimaris Episcopos Cancellariæ apostolicæ Regentem, & quemlibet eorum qui etiam Referendarij & prælati nostri domestici existunt, Executores literarum reformationis officialium Curiæ huiusmodi per dictum Leonem prædecessorem vt præfertur editarum, & in eis contentorum authoritate Apostolica ex certa nostra scientia, constituimus & deputamus. Ipsisq; omnia & singula officia & illorum collegia, ac officiales

les Curiæ huiuſmodi in his, quæ reforma-
tione, emendatione, & correctione indige
re cognouerint authoritate noſtra refor-
mandi, emendandi, corrigendi, & ad debi-
tam inſtitutionis eorundem officiorũ ſe-
mitam iuxta earundem literarum formam,
& tenorem reducendi. Necnon quæcunq;
ab ipſis officialibus nunc, & pro tempore
indebitè exacta realiter, & cum effectu reſti
tui faciendi. Ipſoſque officiales ad obſerua
tionem reformationis, & reductionis, nec-
non reſtitutionem huiuſmodi per cenſu-
ras, & pœnas eccleſiaſticas, ac etiam pecu-
niarum eorũ arbitrio moderandas, ac ſu-
ſpenſionis emolumentorum officiorũ per
eos obtentorum ad tempus prout ſibi vi-
debitur, necnõ inobedientia exigente per-
petuæ priuationis eorundem officiorum
cogendi & compellendi. Ac omnia, & ſin-
gula, quæ iuxta inſtitutiones officiorum
huiuſmodi pro illorum debito exercitio
& partium commodo neceſſaria nouerint,
& opportuna faciendi, ſtatuendi, exequen-
di, & ordinãdi, necnon quæ per eos ſtatui,
ordinari, & diſponi contigerint firmiter
obſeruari faciendi. Ac contradictores &
inobedientes quoſlibet & rebelles cuiuſ-
cunq; dignitatis fuerint, etiam per eaſdem,
& alias formidabiles de quibus eis videbi-
tur

tur censuras, & pœnas, ſublato diffugij & appellationis obſtaculo eadem authoritate noſtra compeſcendi plenam & liberam authoritatem, poteſtatem, & facultatem concedimus & impartimur: habituri gratum & ratum quicquid per eoſdem executores ſuper his fieri & diſponi contigerit, & facturi ea inuiolabiliter obſeruari Mandan. Venerabili fratri noſtro Hieronymo Epiſcopo Vvigornien. Curiæ cauſarũ Cameræ Apoſtolicæ generali auditori, necnõ dictæ vrbis Gubernatori, vt eiſdem executoribus, in præmiſsis fauores, & auxilia opportuna præſtent. Ac diſtrictius inhiben. omnibus & ſinguiis officialibus prædictis, & quibuſuis alijs cuiuſcunq; dignitatis &c. ſub cenſuris, & pœnis arbitrio noſtro infligendis ne ipſos executores in præmiſsis, aut eorũ aliquo directè vel indirectè quouis prætextu impedire, vel perturbare quoquomodo præſumant. Eiſque præcipiẽtes vt ipſis executoribus in præmiſsis omnibus & ſingulis realiter, & cum effectu pareant, & intendant. Ac decernen. irritum &c. Non obſtan. præmiſsis, conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis: necnõ collegiorum ſtatutis etiam Iuramento &c. roboratis, ac priuilegijs, & indultis Apoſtolicis illis ſub quibuſcunque tenoribus, &

for


formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis concessis & approbatis, quæ eis aduersus præmissa nullatenus suffragari posse volumus. Necnon omnibus illis quæ præfatus prædecessor voluit non obstare. Cæterisque contrarijs quibuscunque.

Placet, & ita motu proprio constituimus & deputamus. A.

Lecta die Iouis, decimaquarta Ianuarij, Anno primo Pauli tertij. Millesimo quingentesimo trigesimoquinto.

Fe. de Cesis electus Tudertinen. Cancellariæ Apostolicæ Custos.

REGVLARVM CANCELLARIAE APOSTOLICAE INNOCENTII VIII. IVLII II. CLEMENTIS VII. AC PAVLI III. FINIS.



LVGDVNI,
EXCVDEBANT IOANNES ET
FRANCISCVS FRELLO=
NII, FRATRES.
1545

